



L2L

21-12-6



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14



21-12-6

387

I. BAPTISTÆ

MANTVANI
CARMELITÆ THEO-

LOGI, PHILOSOPHI,
Poetæ & Oratoris claris-
fimi Operum

TOMVS TERTIVS.

Cum Indice librorum qui hoc Tomo
habentur.

Non habet a quo

Denuo apparet

de quodam

sum Indicis

logio

anno 1563

Leontine al expre-

ssione de

6 Jan anno 1577

Per comisione de los

los inquisidores de la

provincia de la

comunidad de la

orden de la

Religion de

Diego de Ribera

ANTVERPIA
Apud Ioannem Bellerum, sub insigni
Aquilæ aureæ.

1576.

Del Collegio delat. imp. de J. de

R, 2002

T E R T I I T O M I

Index.

- ALFONSVS, pro Rege Hispanie de victoria
ad Granatam Fol. 1.
Trophæum Gonzagæ pro Gallorum ex Italia expulsione,
99.
De fortuna Francisci Gonzagæ Carmen, 187.
Carmen Panægyricum in Robertum Sansenierimatem, 193.
Somnium Romanum, 208.
Carmen panægyricum in Brixiam, 221.
De Villa Ioannis Baptiste Refrigerij, 233.
De quercu Iulia Carmen, 239.
Siluarum libri IIII, aucti & restituti, 242.

Doctrina & morum integritate insig-

ni S. Theolo. professori Petro Lupo, Carmeli-
tarum Machliniensium Priori vigilan-
tissimo F. Laurentius Cupæ-
rus Carmeliteanus Mon-
tis Geraldii.

S. P. D.



R A C I A Vetus magnis semper
laudibus ferre, & illustribus macta-
re honoribus consuevit, eos qui egre-
gium aliquid ad vitæ mortalis usum
excogitassent; & Graiorū tantapris-
corum erga nouarum rerum inuen-
tores gratitudo fuit, vt eos in astra ferrent, optarent
que Deos, atque annua sacralitarent a quibus benefi-
cium aliquid essent consecuti. Sic factus Apollo de
superis unus, quia Medicinam & Musicam reperit artes: sic in album relata diuarum Ceres, quod leges
& adorea farra inuenit: sic vina corymbiferum Bac-
chum: sic Mercurium facundia: & Herculem domi-
ta monstra Deos indigetarunt. Quibus etiam heroï-
bus atque semideis tholo, & ad alta laquearia tem-
pli dona, corollas, aliaque anathemata suspendebant.
Antiquorum etiam Romanorum laudabilis ea con-
suetudo fuit, vt excellentem semper virtutem, tan-
quam recte factorum comitem, honore prosequen-
tentur, vt ita rerum gestarum famam posteritatem
mendant; quod sane coronæ militares, variae qui-

demillæ, sed octo præcipua, satis arguunt, Triumphalis, Obsidionalis, Ciuica, Muralis, Castrensis, Naualis, Oualis, & Oleagina. Nam postrema hac vti solebant qui quamquam prælio non interfuerint, triumphum tamen procurabant. Qui verò aut bello non ritè indicto, vel cum humili hoste, puta fugitiis, pyratis, seruisque, conflixisset, vel ditione facta incruentam victoriam reportasset, Myrteam coronam capite gestans urbem introibat ouans; quæ ouatio triumphus minor dicebatur, quod victoriæ facilitati Veneris frondem satisfacere crederent, vt non Martius sed Venerius quidam triumphus significaretur. Qui bello nauali classem primus impetuisset corona rostris exornata donabatur. Qui primus hostium castra pugnando introijisset, castrensi corona, hæc insigne valli habebat, ab Imperatore donabatur. Qui primus murum hostium ascendisset corona murorum insignita pinnaculis honorabatur. Quicuem in belloliberasset querna fronde cingebatur. Qui obsidione castra liberasset, coronam Gramineam accipiebat, quæ è viridi gramine decerpto inde vnde obfessos aliquis liberasset concinnabatur, atque hæc omnium erat nobilissima. Nam summum apud antiquos victoriæ signum erat, herbam porrigeret vicos, quasi terra & humo cederent, & hanc coronam universus exercitus, populusque & miles seruatus dabant Imperatori. Qui deniq; iusto bello triuphabat, Lauro antiquitus, & mox opulentia Romanorum crescente, ex auro corona ei mittebatur obryso, longeque purissimo, ita Laureæ factæ sunt postmodum aureæ.

D E D I C A T O R I

aureæ. Triumphi porrò formam Appianus huiuscemodifuisse scribit. Sertis redimiti omnes præcinetibus tubis, currus spolijs refertos deducebant. Ferrebatur & ligneæ turres captarū vrbiū simulacra, aurū deinceps & argentū, partim rudibus mäsis, partim signatū. Coronæ præterea quas virtutis gratia vrbes deditissent. Cididi subinde boues & elephati subsequebatur. Post hos Carthaginensium aut Numidarū principes bello capti, Imperatorē lictores præibat purpureis amicti vestibus, tū cytharœdorū ac tibicinū turbæ, qui coronis aureis redimiti, suo quisq; ordine canéres psallentesq; procedebat. Horū in medio quispiā talari veste fimbriis ac armillis auro spléudentibus amictus gestus varios edebat, hostibusq; deuictis insultas risus vndique ciebat. Post thuris & odorum copia Imperatorem circumstabant, quem C V R R V D E A V R A T O multifariamque refulgenti, candidi vehebant equi, auream capite gestantem coronam lapillis gemisque exornatam. Is veste succinctus purpuream, patrio more aureis intextam sideribus, altera manu eburneum sceptrum, altera laurum præferebat, quæ Romani victoriæ signa profitentur. Currum exercitus in turmas aciesque diuisus sequebatur. Milites redimiti Lauro, Laurum manibus præferebant, quibus meritorum insignia adiuncta erant. Aderant & qui hos laudibus vehebant, alios mordacibus salibus adspargebant, nonnullos infamia notabant. His pompe splendoribus Imperator Capitolio adscensu superato, amicis epulis nitidissima elegantia præbebatur, & mastato summo Ioui tauro albo, ab amicis & Se-

D E D I C A T O R I A

E P I S T O L A

natu eadem pompa donum reducebatur , & congiaria multa militi, populoque distribuebat ; ita semper honos virtutis præmium fuit.

Consideranti tamen mihi eas quas adhuc homines hominibus virtutes & plurimas & maximas utilitates attulerunt, iij quod mortalibus quamplurimum conductixerit fecisse videntur , qui viuos præsentesq; viuæ vocis institutione , tum doctiores, tum meliores reddiderunt , & absentes ac posteros litterarum monumentis, artes disciplinasque suas continentibus beauerunt . Nam iuxta Platonis sententiam, autumo neminem sibi solum nasci, sed ortus nostri partem patriam, partem amicos sibi non immerito vendicare posse. Qui ergo ita se natos & doctos sciuerunt à natura variarum rerum inuentores , vt se mortalibus ijs rebus quarum vsu valerent, consulere censerent oportere , neque id in vita absentibus, neque post mortem posteris præstare posse intelligeret, litterarum instrumentis, quæ facile ad omnes peruenire possent, artes disciplinasque suas omnes prodderunt. Sapientissimus siquidem ille Solomon, The saurus, inquit , inuisus, & sapientia abscondita, quæ utilitas in utrisque? Quod Persius etiam confirmare videtur, dicens : *Scire tuum nihil est, nisi scire hoc te sciat alter .* Quæ proculdubio sententia non longè distat à lege nostra Christiana , qua prima pietate Deum, secunda proximum nostrum diligere, amplecti , & docere iubemur. Sic enim sidera posse exspectare homines, atque Olympi ascendere in arcem attestatur Hebreus ille vates Daniel, dum ait : *Qui docti*

docti fuerint fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos , quasi stellæ in perpetuas æternitates . Nam : *Via virtutis dextrum petit ardua callem.*

Eadem hæc & Sibylla Æneam Virgilij libro sexto docens, ait :

Facilis descensus Averni,

Sed renocare gradum, superasque euadere ad auras

Hoc opus, hic labor est, pauci quos æquus amauit

In piper, aut ardente exxit ad æthera virtus

Dij geniti potuere.

Factum ergo suum hoc tam sapiens, tam præclarum, illi qui doctrinam suam litteris euulgarunt , quantum eis diligentia consequi licuit, perpetuum esse voluerunt , vt essent fama super æthera noti, sed quoniam multis casibus oportunum est, magna ex parte eius fructu vita humana adhuc caruit. In alijs enim negligentia , in alijs ignoratio plus potuit, quosdam etiam insitum odium impulit, vt bonas artes funditus vellet euertere, id quod de Nerone proditum scimus. Possem equidé hoc loco commemorare, imo deplorare potius, innumerabilium librorum tam Græcorum quam Latinorum iacturā quam accepimus, siue sacros siue prophanos spectare lubeat, quorum vel omnia vel pleraque, harum trium causarum aliqua, interierunt.

Quod ipsum ne Mantuaninostri lucubrationibus contingenter, Ioannes Bellerus typographus , quoniam hinc rari inuentu erant, denuo excudendas suscepit, & quia plurimis mendis inquinatae erant, mi-

E P I S T O L A

Hi emaculandas tradidit. Quamobrem perturbatum & inquinatum opus partim ex libris vetustis, partim ex ingenio, expurgaui, vt in calce Quarti Tomi perspicuum fiet, & in quatuor tomos distinxii.

Voluj verò tertium hunc tibi Reuerende Magister noster nuncupare, vt à grauioribus interdum tetricisq; studijs theologicis, feriatus ad hęc poemata tanquam in hortum aliquem longe amoenissimum te conferas, in quibus ea verborum & rerum maiestas & splendor est tam sapientiae quam eloquentiae, vt certatim in illis palmā sibi vendicare verba atque sententiae videantur. Neque te interim hęc à sacris abducent. Nam tametsi topographicè admodum primo Alphonsi libro Hyberniam, Celticam, Iberiam atque Italiam nobis depingat, mox tamen secundo Alphōsi libro, spirituum epiphaniam (quos postea gentilitas credidit esse Deos) disputatione sacra luculenter explicat, deinde cur citius quidam, serius alij occumbant mortales enarrat. Hinc quomodo lymbus qui olim infantes patrum antiquorum animas tenebat, per Christum referatus, ne vacuus maneat, nunc fusiones, qui fonte lustrico non sunt abluti continet. Et quomodo piornm manes sacrificio, eleemosynis, & peregrinationibus pietatis ergo suscepitis in cathartico regno expurgentur, exinde die septimo Requiem æternam ipsis sacerdotes utiliter in templo precari, & ieunijs expiari posse. Tandem quomodo cathartica spelæa & animarum, quæ purgantur, sedes egressi in paradysum terrestrem & illinc in cœlum recipientur. At bone Deus quam
præcla

D E D I C A T O R I A

præclarè super paradyso, eiusque fluminibus, & de arbore scientia boni & mali multa dilucidè canit, non vt in sexto Æneidos Virgilii, sed vt in Christia norum scholis theologicis professores doctissimi con-

sueuerunt. Äqui proinde bonique quod of-
fero consule, & me tui amantisimum, vt
facis, semper redama. Vale. An-
tvuerpiæ ad Scaldim Anno.

C 15. I 5. LXXVI. In
festo S. Mathiæ
Apostoli.

* 4

IOANNES IOVIANVS PON-
tanus, Baptiste Carmelitano, Philosopho
nobilissimo, S. P. D.

 T initæ Romæ memor
sum amicitiæ, & ingenij
tui excellens vis, momen-
tis penè singulis id efficit,
vt doctrinæ, vel summa etiam cum
admiratione, meminerim tuæ. An
eius obliuiscar, quem Latinæ Musæ
non memorabilem modo, verùm ma-
ximè etiam admirabilem, & nostris fa-
ciunt, & futuris facturæ sunt sacerulis?
Et quāquam señes memoriæ imbe-
cillitate laboramus omnes, virtus ta-
men tua, quæque in te est eximia re-
rum cognitio, vel confirmare quidem
atque augere in nobis insitam illam
à natura vim potest, quam & memi-
nitimus & reminiscimur. De Princi-
pe-

pe verò tuo illustrando, bonam tibi
promittere volūtatem possum, verum
quid promittat, cui nihil omnino est
quod det, in pœnu? Non deero tamen
virtutibus fortissimi ac magnanimi du-
cis. Quod auté ad vitæ reliquū attinet,
vtar tuo, id est, religiosissimi ac sapien-
tissimi viri consilio, atq; eò libentius,
quòd fortuna ipsa vix habet, quod de
cætero in me feriat: Cùm ne id quidē
in me iuris habeat, vt de ipsa querar,
quāuis, eruptis honoribus, magistrati-
bus, liberis, summa cū iniuria atq; inso-
lentia. Sed vtatur illa iure suo, quo mi-
nus auté vtar ipse meo, nunquā id effi-
ciet. Mitto ad te degustatiūculas ex hi-
storia mea quas dā, quæ aures fortasse nō
omnino offendōt. Tu paucis ex his cor-
ijcere poteris reliqua. Est enim in mani-
bus de poëticis numeris, de q; historię le-
ge dialogus, de magnanimitate liber, de
stellis

E P I S T O L A

stellis volumē abundē magnū, item de fortuna, quibus absoluēdis, vel expurgandis potius do operā, quorū post iudex ipse futurus es. Benē vale, & religionē cole, in qua & beatus modò viuis, & ex ea post ad Deos migrās, cum ilis æuo fruiturus es sempiterno. Neapo Kalend. Iunijs. M. CCCCXCIX.

*PHILIPPVS BEROALDVVS,
venerabili fratri Hieronymo Carmelite Salutem.*

Dicitur Erlegi nuper diuina diuini Baptista Carmelitæ poëmata quæ euidenter ostendunt parentem rerum naturā in progenerādis poetis ingenij haudquaquam decoxisse, Mantuamq; nobis alterū Maronem ex palingenesia Pythagorica reddidisse. Evidem vates omnes priscos adorando puto, maximeq; Virgiliū, cui hic noster proximus longo quidē interual lo,

P. B E R O A L D I

lo sed tamē proximus, in quo ingeniū copiosum & mira doctrinæ multijugæ fœlicitas exuberat, fœcundus prorsus artifex, vt pote qui versuū millia plura cōdiderit, adeò vt Musæ, vt Apollo, vt Dionysius, vt dij omnes poëtici, nullū hoc seculo indulgentius fouisse videantur. Cuius poëmata terfa, erudita, cōsummata, præferunt quandā facilitatem fœlicissimam, quæ omnia commendat facilis scriptoris, & doctrina religiosior, & Ecclesiasticū dogma intertextū, quibus veluti pigmentis preciosis colorata splédescunt. Meritò itaq; viuens ea fruitur gloria quā post cineres paucissimi cōsequuutur, eamq; viuus sentit, quæ post fata præstari magis solet, venerationē. Interest posteritati suæ monstraturq; digito prætereuntiū, nec solū habetur in manibus & ediscitur, verū etiam in scholis enarratur, & inde faluber-

saluberrima Tyriunculis dictata Gráma
tistę præscribūt. Gaudeo ipse mecū &
gestio, quod talé virū non solū familia-
riter nouerim, sed etiā habeā confessio-
ré. Cæterū tu nō minima laude dignus
es mi Hieronyme, qui tua diligētia effe-
cisti, ne vnquā mori posset, & sicuti est
immortalis, ita immortaliter perennet.
Nāq; poēmata nouitij Maronis nostri
omnia in vnū quasi corpus cōpacta, &
ex archetypo diligētissime descripta tra-
didisti Benedicto bibliopolæ impresso-
ri elegātissimo, vt formis excuderētur,
sub cuius incude impressoria & nostra
quoq; qualiacūque penē infinita volu-
mina sunt excusa. Prouinciā pfectō lau-
dabilē suscepisti, vt quæ prius sparsim
intercisīq; diuulsa veluti mēbra legebā
tur, ea nūc cōnexa et cōstipata instar cor-
poris ītegrī habeātur. Debēt tibi plurimū
huiuscē sacri poēmatis studiosi, debet nō

parū ipse cōditor, nec enim satis est cō-
dere legenda, nisi excusor, buccinator,
ordinator, accesserit, Vale & me ama.

HELIAS CAPREOLVS

Brixianus Ioanni Taberio. S.

ISIvana sit Pythagore palingenesia, Maronē no-
bis alterū hæc ætas rediuiū produxit Baptistā
hunc Mantuanū, qui virtute poētica synchro-
nos omnes, ex antiquis etiam cōplures a se lon-
gè reliquit. Cæterum vetustatis reuerentia, ope-
rum multitudine, elegantiaque Virgilius sit ex-
tra aleā omnium quasi Pontifex maximus: Ille tamen res hu-
manas, hic noster diuinās cecinīt, nullo præsertim inuitatus
Mæcenate, sui tantum ipsius, nō alienus imitator. In Calami-
tatis quām grauis & magnificus? In gemina parthenice ne-
mo nō putet secreta illū colloquia, quasi Numā aut Mosen po-
tius alterū cælitus habuisse. Idē disciplinarū omniū scientissi-
mus, vitæ severitate morūq; sanctimonia vniuersæ religionis
Carmelitanae rector patrū decreto cōstitutus est. Quod L. Sylla
apicē felicitatis suæ Metelli Pij amicitiā reputauit, quād nos
Taberi amātissime istius inuiē gratulari possimus tāti homi-
nis præcipuā benivolentiā cōsecuti? Quā nihil equidē gratius
præciosiusq; in rebus nostris duxerī. Scis tu quoties nos impen-
dentiū bellorū tempestatē cōquerentes qua verbōrū serenitate
præsens cōfirmauit. O magnū amicitiæ numē. Excogitauit ho-
mo diuinus quo pacto etiā cōsoluerit absentes. Petrus Neuola
rius dignissimus tali præceptorē discipulus, inter Carmelitas
Theologus cōcionatōr, eloquētia, moribus, doctrinaq; admirabilis,
aureū illius de patiētia libellū ad nos Brixiam nuper at-
tulit, omnis molestiæ præsentaneum medicamentum, quem
quām legimus hoc Virgilanum fortiter exhibemus. Quō
fata trahunt, retrahuntq; sequāmur. Quicquid erit su-
peranda omnis fortuna ferendo est. Te ergo Taberi suauis
sime

E P I S T . C A P R E O L I .

sime, qui degis in musarum Contubernio, natura & arte ad ea
quæ humanitatem exornant accommodatior, opus ipsum,
etiam si sub invito forè authore publico tamen vñi exponen-
dum cures obsecro. Rem Caspari quoque Brunello optatis-
mam, qui vt est acri in politicis ingenio, grauissimo consilio,
litteratura non medocri, ita eruditissimum quemque fouet,

Baptistamque in primis vt diuum favorabiliter obseruat, omni-

nium denique amicorum desiderio, immo studiosis omnibus

satisficeris. Spero enim per hoc audebunt ad ingruen-

tis fortunæ nunquam perpetuò bone injurias. Ho-

ratio libenter concinere: Quocirca viuite

fortes. Fortiaque aduersus opponite

pectora rebus. Vale. Brixiae.

III. Nonas Decembr.

M. CCCC. XCVIII.

BAPTISTAE MAN-
TVANI CARMELITAE,
THEOLOGI:

ALPHONSI LIBERI.

AD REVERENDISS. CONDISSAL-
num Heredium Tarazonensem Ar-
chiepiscopum.

IODOCI BADII ASCEN-
SII IN BAPTISTAE MAN-
tuani Alphonsum Argumen-
ti enarratio.



Esperia Gentis bellum orditurus, &
arma Magnanimi Ferrantis eram.
Proposuerat poëta iussus à pontificiū
maximo Alexandro 6. ordiri Bellū
Ferrantis, seu Ferdinandi Hispania-
rum regum clarissimi, quod tunc fe-
liciter gerebat in Saracenos pro recipienda Grana-
ta, quam nuper felicissimè recepit, sed quia nōdum
profligatum tunc erat, & poëta pluribus vrgebatur
negocijs, constituit veluti præludium quoddam Al-

phon-



ARGVMENTVM.

phonsum prius dicere, quem sex libris, ut Vergilius vno, sed eodem sexto, Aeneam per tota subterranea sed cathartica deducit regna, quamplurima inducitur parerga, nam de statu inferorum sane multa discutit, & de paradiſo terrestri non pauca, multaque de cœlis, sed non pauciora de rerum quæ hic gerabantur enarratione. In qua poëſi cūm plurimū delector poëta ex tot tantarumq; rerum varietate, & occultarum aut vera aut verisimili enarratione, etiam prodeſſe fudet, idq; plurimis & copiosè. Primiū quidem Alphonſo in prima adolescentia rapto, dū inducit matri ſororiq; plentiflum viraginibus in memoriam tam horrendos cruciatuſ, quos apud inferos patiuntur, qui hinc non ſatis purgati egressi fuerint, niſi ſacrificijs, precibus, oblationibus, elemosynis, iejunis & cæteris pijs viuentium operibus adiuuentur. Deinde Regi Reginaq; dum immortali eos celebrat monumento. Nam & maiorum gloriā, & viuentium virtutem, ſicut aliud agere videatur, abundē prosequitur. Tum rei Christianæ, ad quam protegendam & augendam omnes inuitat Hispanorum celebratione, ac demum (ne ſingula percurrâ) omnibus Christianis, dū eos à ſceleribus tantorum cruciatuum commemoratione deterret, vt legentibus opus ipsum longè latèq; patet. More autem ſuo, proponit in principio, ſed per inſinuationem ad argumentum venit. Inuocat ibi Summe Detin, & narrat ibi. Venerat Alphonsus &c.

Hesperis

BAPT. MANT. ALPHONSI LIB. I. 2



*Esperie gentis bellum orditurus & arma
Magnanimi Ferrantis eram, ſic iuſſera
Rector, ab excelsa Romam qui tempe
rat arce.*

*Sed rutor, hiftantis moles onerosa laborum
Inuidet incæptis, nequid fortuna latenter
Explicat euentum, ſeries abſcondita rerum
Non ſinit heroo ſuras vefire cothurno.
Rem ſane immensam, graue pondus & Hercule manus
Atq; decennali quod Laomedontia bello
Troia tulit, rex magne, animis ingentibus audes.
At quoniam virtus ardens ac numine tanto
Fulta modum ſuperat, ſeſeq; attollit in horas
Altius, ad cælum aspirans feliciter audes.
Iamdudum modo cæde madens modo ſanguine nullo
Illita te paſsim ſequitur vittoria, & alas
Porrigit in Libyam, tibi ſubiectura peruſtum
Solibus Athlantem rapidis, Anthæaq; regna.
Ipsa gigantais maiora laboribus acta
Pensat, & illuſtri cupid inſignire triumpho.
Fama tubas inflare parat, Laus organa cantu
Impletura, nouem vocat ad ſpectacula nymphas.
Cùm tibi deuoto gaudens Reuerentia cultu
Per nemora & saltus alacres inbet ire ministros
Qui laureta ſecent, & iam ſpoliatur Apollo
Delphicus, Eurotas nemorum decus omne ſuorum*

aa 2 Perdit,

BAPTISTAE MANTVANI

Perdit, & attonis descendit in aquora ripis.
 Audiui gemuere rota, vicina comantes
 Plastravebunt hederas tremulis aurita corymbis.
 Plausus Idumeis veniens spadicibus auram
 Verberat, & virides redolent a vertice lauri.
 Ipse manu correpta ferens vexilla nitentes
 Iunxit equos, Tyrio instrauit velamine currum.
 Barbara atollens sublimibus arma trophais
 Aere catenatam longo locat ordine gentem.
 Per bifores fidei valvas, honor ecce coronam
 Fert aliam, & tecum obfessam festinat in urbem.
 Stelliferum, late fugientibus vndiq. nimbis
 Pandit, & ascendens apicit tibi gloria, caelum.
 Perge breui sudore opus est, genus astra superbunt
 Iampridem & supericrudelem odere rapinam.
 Interea dum Mars bellis flagrantibus hostem
 Fulminat & nostris scelerum caput arcet ab oris,
 Nosalia ordiri, sed non aliena parumper
 Fas erit, ac magnis tenui praludere cantu
 Orsibus, atq. diu residem tentare monaulon.
 Alphonfus modi carmen erit germanus Elise
 Raptus ab imperio teneris innoxius annis,
 Quantum regna sinunt prime & licentia vite,
 Et stygijs lustrandus aquis, per stagna profunda
 Nubis, & astriferum repetens cum patribus orbem.
 Summe Deum, cui tartarei regna infima mundi
 Victrici spoliare manu clementia quondam
 Suasit, & ad caelum patres reuocare sepultos?,

Huc

ALPHONSI LIBER I.

3

Huc ades, & noctem infernam fluctusq. seueros
 Da facilis sulcare via, da horrentia claustra
 Tartarea penetrare domus, iterumq. reuerti.
 Ad superos rbi clausa latent Titonia tempe.
 Quicquid erit labor iste meus tibi surgit, in altum
 Mens abit illapsu caelesti afflata, tuasq.
 Nititur in laudes, opus est tua gloria nostrum.
 Venerat Alphonfus breuis ad confinia virae
 Ultima & in fatum cursu properabat anhelo.
 Cum iuuenem miserans inter suspiria mortis
 Dura laborantem sumptis Audentius alis
 In Carpetanos descendit ab ethere campos.
 Iamq. poli summum bigis concenderat axem
 Luna gubernatrix tenebrarum & mobilis vnde
 Ter quinos iam nata dies, accensaq. toto
 Sydere lucebat fatali noxia vultu.
 Ipse leui clausus tacitura per atria nimbo
 Clam volat, & thalamum sublustra in nocte silentem
 Intrat, anhelantem genitrix rbi languidatum
 Contemplata, graues premit alto pectore curas.
 Et lachrymas agre coibens turgentia fletu
 Lumina demissio in cilium claudebat amictu.
 Ut consumpta graui vita instrumenta marasmo,
 Continuo efflatus tenuem migravit in auram
 Spiritus, ut face consumpta fugit ultimus ignis.
 Tollitur exemplò clamor, iam liber aperto
 Corde dolor fluit ex oculis, erumpit in auras,
 Regia fæmineo longè sonat ardua planctu.

aa 3

Cen

BAPTISTAE MANTVANI.

Cen quando exanimum flebat super Hectora coniunctus
 Andromache, & socrus Priami super ora iacentis.
 Occidit Ascanio similis puer, Astyanacti
 Indole par, qui pace Solon, qui Marte fuissest
 Pyrrhus Achilleides, si non mentitur imago.
 Si cœli hostiles sinerent, & numina laua.
 Ut vulgata procul mors immatura per omnem
 Labitur Hesperiam graue & illatibile monstrum
 Corda premens hominum mœror, cui squallida sordent
 Ora situ, impexi crines sine lege per armos,
 Barba inulta riget, cilij impendet amictus
 Ater & obscura vultus obnubilat umbra.
 Hument rore gena, toruo caua lumina visu
 Igne rubent madido, totoq; miserrima imago
 Corpore, demijs facies funesta lacertis
 Nunc dextro nunclauo humero inclinata recumbit.
 A tergo ingentes suprà caput erigit alas
 Cocytii pice nigrantes, multoq; fluentes
 Imbre Acheronii aque, quo dū volat, oppida & agros
 Irrigat excuso, spargitq; per omnia luctum.
 It cœlo lugubre sonans, & tristia noctu
 Somnia per thalamos, & per conclauiam mittens.
 Exemplò in luttus, atq; in suspiria versæ
 Collachrymant vrbes, populi cecidisse queruntur
 Spē Hesperiæ, Nomadumq; metu maris ultima plorat
 Littora, Pyrenes iuga nubo teguntur, Anasq;
 Vndiq; marentes audit lamenta per agros.
 Qualia cum primos irato numine partus

Nili-

ALPHONSI LIBER I.

4

Niligena fleuere vrbes, Thabe inclyta centum
 Liminibus, Memphisq; caput iurru a superbum
 Sensit, & Argirotell's vi. ina Canopo.
 Aedibus in medys paries levat alta columnas
 Porticus, & flexu longe testudin' ampo
 Caudu odoratis lauros, stygiamq; cupressum.
 H., gemebundi avro famu, i & ferragine Ibera
 Internunt gemm' q; onerant subline pberetrum
 Ruga iq; super iuuenem ambitione locatum
 Conspurgunt redolente thymo, nardiq; liquorcm
 Alcyrium irrorant, miseri solatia casus
 Exigua humana officium pietatis inane.
 Exanimata diu tandem sibi reddit, verum
 Reginam se oblita parens ex adibus altis
 Venit in amplexus nati gelidumq; cadauer
 Acclini fouet agra sinu, premit oribus ora.
 Mox sublata cornis iras, itur atq; madentes
 Vulnerat vngue genas, & anbeli pectoris astum
 Euomit accusans superos & sydera frustra
 Ite domum matres, gandete superflite prole,
 Dixit, ego infelix sola hic mea pignora plangam.
 Ferte iocos aliò ferte omnia gaudia, mecum
 Perpetui luctus, maneant suspiria mecum.
 Interea proceres lugubri ad funera pompa
 Conueniunt habitu tristes & imagine mœta.
 Et iam sublatum labrymis comitantur obortis
 Confecti squallore senes biniq; sequuntur
 Composito incessu, & turba sine lege frequentes.

aa 4

Duns

BAPTISTAE MANTVANI

Dum tumulo supremi alto soluuntur honores,
Umbra suis fato membris exclusa recenti
Obstupuit, Petro similis cum missus Olymbo
Nuncius excusit manicas, & abena repente
Ostia, ferratos circumstridentia postes.
Miratur se se informem sine imagine nudam,
Et sine corporeis exilem sensibus umbram.
Se sentire tamen magis, & cognoscere longe
Altius, & causas animo penetrare latentes
Experiens, mira vagam levitate moueri
Gaudet, & hoc vita genus euasisse caducum.
Magna videt nare umbrarum simulacra per auras
Nocturnarum auium formas referentia, quedam
Nyctimenes, Minoiadum quedam ora sororum.
Semper enim seu lucis eant, seu tempora noctis
Aera peruvolitant laruae, sed ludit imago
Lubrica mortales oculos. Audentius ergo
Circunfusam aciem vultu imperiosus & ore
Alloquitur, clamans Deus imperat ite sub orcum.
Quid vobis cum luce anima Phlegetontis opace
Quid cum sole? dominus vobis abscondita ab astris.
Vos immane nefas & ineluctabile nocti
Destinat aeterna, primo vexantis ab uno
Caelicolas diuos. At nunc in bella vocatis
Mille modis homines, tanta est insanias, tantus
Liuer, & indomito rabies tam dira veneno.
Ite sub aeternis flagrantem ardoribus orcum
Ite Acherontias (Deus imperat) ite sub undas.

Præ-

ALPHONSI LIBER I.

5

Principites illi noctem subiere profundam
Non aliter quam post nimbos aestate serena
Circunfusa iugis frondentibus Apennini
Alba fugit nubes, quoties aquilonibus acta
Spargitur & subito tenuem laxatur in auram.
Inter Hyperboreos axes Thœbumq; cadentem
Insula in extremo super arua Britannica mundo
Cingitur aquoribus vastis, ubi grandia cete
Magna mole natant, equitans ubi carula delphin
Feruorem pelagi, & Neptuni nunciat iram.
Et quia solis iter fugiens discedit ab austro
Syðus ad artus, gelidaq; rigescit ab artico,
Aniuibus trahit bybernis Hybernia nomen.
Hic terra ingenti ore patens immane barathrum
Ad Stygios trahit vjsq; lacus, sub inane profundum
Mille per anfractus, via precipitesq; per umbras
Labitur, introrsumq; ruit sine fine vorago.
Indigena puteum appellant, Plitricius olim
Insignis pietate senex ea Barbara regna
Dum coleret, multa flexit prece numen Olympi
Ut nouis infernos fieret descensus ad annes,
Quo absterrente genus dura intractabile gentis
Perfidiam patrum exueret, veterumq; deorum
Ablueret sacro ritus in fonte nefandos.
Huc igitur paſsis veniens Audentius alis
Cum puero in ventos & in aera tollitur altum.
Mox ingressus iter dulci sermone pauentem
Hortatur puerum liquido se credere celo

aa 5

Ne

BAPTISTAE MANTVANI

Ne dubitet, neve horrefcat per inania ferri,
Atq; pro: ul terras sub se spectare iacentes.
Ne formider, vti grauib;us, qui corpora membris
Viva gerunt, sed eat tractum securus in omnem.
In subiime volans, iuuenis dum scandere O'lympum
Credit, & ad superos aditu se emergere aperto,
Eatus abit, cœnamq; sibi promittit in astris.
Ibant vt fugiens olim Minoia regna
Dedalus, atq; mari nomen factura propago.
Iam superant nubes, agiturq; per æra duplex
Sulcus, & inflatis si quando per æquora velis
Eurus agit classem, spumant à pectore fluctus,
Et puppim insequitur scissæ caua semita ponto.
Aethereis loca iam subeunt contermina flammis.
Vndiq; aquæ terraq; patent, sedet æquore in alto
Versicolor tellus, circum maria vndiq; latrant.
Pyrenæa procul nneo iuga candida nimbo
Prospiciunt dextra, & longæ caliginis iristar
Boiorum Italiaq; alpes, vbi vallibus imis
Semper hyems habitat, glacieq; eterna sub ipso
Solsticio & tristi quando canis astutæ astro.
Linquitur ad lauam regio, quæ terminat orbem
Gallaica gentis tumulo terra inclyta sancto.
Pratereunt Grauios, Antabraq; regna, superq;
Iam tandem Oceanî campos sine fine patentes
Est iter, ac volucrit trans arua Britannica lapſia
Delati gressum inclinant Hybernitæ ad antra.
Iamq; solo immisi vicina horrenda subintrant

Clauftra

ALPHONSI LIBER I.

6

Clauftra domus, vbi perpetuo frigentia vento
Spelunca obscuras pandunt caua guttura fauces.
Ignarus quo ductor eat, miratur ab alto
In terras puer ignotas descendere cursum,
Nec tamen audet adhuc interpellare magistrum,
Sed sequitur nutum senis officiosus ad omnem.
Continuè regadum, genibusq; in marmore fixia
Aßergunt in fronte molam, Christi q; provocato
Nomine, circundant lustrali petitora signo,
Et taciti iunctis orant ad pectora palmis.
Mox iter inuadunt, quæ se salebrosa per umbras
Fert via, multipli veniens in tartara flexu.
Horruit abstrusa immanem telluris hiatum
Regia progenies, tremebundoq; incipit ore.
Sante pater, quæ causa precor nos ire sub altam
Cogit humum? Cæli ne opifex me lumine cassum
Trudit ad infernas sedes, vbi Cerberus ante
Atria latratu complet tria guttura rauco?
Hei mibi quid sceleris viridi Deus imputat auo.
Scis pater ut regni proceres, vrbesq; per osse
Fratriis in humanos fastus, animumq; leuorum,
Me quoq; confortem regni fecere paterni.
Mox ut ad imperium tractus diadema recepi,
Etsi atas illa est armis minus apta ferendis,
Mens fuit asserere immensum quacunq; per orbem
Regna tenent Mauri, quæ gens Othomana subegit,
Vjsq; ad Hyperboreos montes Ripheaq; saxa,
Et validam Aegæa classem vettare profundo,

Ac

Ac superare armis decus, aut aquare paternum.
 Audieram magnum Froilam, fortemq; Ramirum,
 Audieram Alphonos, & nomina magna per orbem
 Ferrantis, proauosq; alios, qui laude superba
 Clara per ora virum volitant, senuisse sub armis,
 Et maiora fide potuisse fidelibus ausis.
 Hec mecum puer audaci sub pectori voluens
 Ad par Martis opus magna ambitione ferebar.
 Iam toruis Arabes oculis, Maurosq; videbam
 Infensus populo infami, gentemq; perosus
 Barbaricam, ritusq; feros ac perfida corda.
 Mors prohibet cur suq; cui fraudata iuuentus.
 Forfitan haec mentem pietas animosa superbam
 Arguit, & vicio datur esse ferociter ausus.
 Num illicium, pater Audenti, Saracena tumultu
 In regna armigero, atq; odys capitalibus ire?
 Sic aut, At senior teneris miratus in annis
 Tam regalem animum, tam fortia corda, fidemq;
 Tam validam. Frustr trepidas cauat tartara dixit.
 Pone metum; neq; sollicitet te improuida cura
 Chare puer, latos Erebi non tendis ad amnes,
 Clusa vbiterrifico tormenta aeterna profundo
 Sub quibus infelix ardet Cilianus, ob ingens
 Id facinus quo tristis adhuc Hispania languet.
 Namq; vbi cognouit violatum a rege pudorem
 Virginis, infamemq; dolum, correptius acerbo
 Flammantis rancore animi Maurusia rursum
 Aequora traiecit, Saracenaq; venit in arua.

Cordaq;

Cordaq; sollicitans gentis furibunda superba
 Duxit in Hesperiam Numidis de saltibus hostem.
 Talibus auxilijs agros populatus & vrbes
 Antiquum euerit solium, grauiore flagello
 Vltus adulterium, vindex sceleratior ipso
 Corruptore, minuscrimen maiore piandum
 Esse ratus, semel Hesperiam pessundedit omnem,
 Impius in patriam, in reges, in templa, Deumq;
 Tartara & inferni carcer Iouis vnde renerti
 Non datur, immanes animas quibus ultima luxit
 Cœlesti sine luce dies prædantur, & atris
 Infodiunt latebris, quibus Iscariotes ab alto
 Pendet adhuc scopulo, volitansq; per aëra Simon,
 Infamis magus, & lucri execrabilis author.
 Vapulat hic velut eternis immobile saxum
 Ictibus expositum Pellai infamia Nili
 Arrius, hic gemina ducens ab origine mundum
 Latrat in obscuro Manes absconditus antro,
 Eunomiusq; Deum lacerans, & tota sub orcum
 Hæresiarcharum soboles intrusa latentem.
 Presidet his Machometus Arabs, Agarenus in orbem
 Missus ab his olim regnis & in ista reuersus
 Regna iterum. Nam dij veteres cum surgere gentem
 Christigenam, ritusq; nouos inolescere templis
 Conspicent, petiere domum Plutonis opacam.
 Hic vbi secretis arcana silentia rebus.
 Cum tandem super imperijs agitata fuissent
 Multareformandis, sceleri modus iste repertus

Rev.

BAPTISTÆ MANTVANI

Rex & tartarei populus cum patribus orci
 Sanxit auernali mittendam à sede Megeram.
 Quæ modò concepti fœtus in corpora furtim
 Se insinuans, sic formet opus, sic temperet artus
 Ut mens si qua domum fluat intratura recentem,
 Inueniat clausos aditus, & inhospita teœta.
 Ipsa sed in membris habitans alimenta per omne
 Corpus agat, foueatq; altricem in corpore vitam
 Nec sit homo, sed membra hominū sub imagine crescāt
 Dum reddit interēd crudi fœda umbra Neronis,
 Nam neq; tartareis inuenta nocentior antris,
 Addita dirarum numero, suffecta Megara est.
 Ad patrandum igitur facinus sata nocte profunda
 Venit, & ingenio vafro, immani, atq; cruento,
 Fit Machometus, atrox hominum violator, & armis
 Et ficta pietate potens, vt mobile vulgus
 Ad se illexit opes cumulans, noua bella parauit.
 Ausus enim Romæ imperium tentare proteruo
 Ingenio, audentem sumptis Heraclius armis
 Terruit, & forti Nabathæam milite gentem
 Fudit, vt arenam Libya solet austri arenam.
 Cladibus his non est rabies sedata, quod armis
 Non valuit, fraude aggreditur, furor impius astu
 Tectus ad ancupium vulgi totam appulit artem.
 Congressus fugit humanos, cadit horrida mento
 Caſaries, pallid facies, stygiumq; colorem
 Induit, obscuram subeunt cauda lumina frontem.
 Colloquiumq; Dei simulans de valle profunda

ALPHONSI LIBER I.

8

More Numa confita refert oracula vulgo.
 Artibus h̄is freris diuinam inuertere legem,
 Deprauare fidem, Christiq; inuadere regnum
 Capit, & binctorum pestis noua venit in orbem
 Corripiens Asia populos & Punicâ regna,
 Finibus à Mauris, nubes vbi sustinet Athlas,
 Vsq; ad inundantes Nilo stagnante lacunas.
 Vipereum genus hoc igitur, sobolemq; Megara,
 Cui pater atq; Deus Pluto est, contundere bello
 Et delere iubet pietas, non quarimus ergo
 Tartara, nec tanta scelerum caligine sordes.
 Namq; vbi verbipotens sacroq; salutifer ore
 Sontem animam fando instaurat, damnata sacerdos
 Tartarea serat antra domus,adolenda supersunt
 Supplicio tibi paucalier cum mitibus umbris.
 Quod verò in Libycas gentes eatanta parabas
 Bella animis imberbis adhuc, à sanguine regum
 Magnanimo, fortis, excelsa, genus indicat ortum.
 In sobolem transire patris cum semine virtus
 Sapè solet, refertq; satus quo quisq; parente est.
 Add: q; audit & laudes, & clara parentum
 Facta mouent animos, generosaq; corda nepotum
 Sollicitant, & calcar habent, abiguntq; veternum.
 Id voluisse satis, quoties infirma reluetant
 Membra operi, toties operi par sola voluntas.
 Hec senior. Contra proles ita regia fatur,
 Postquam corda metu paulum sedata remisso.
 O parcer, humanas si noxia corpora mentes

Mon

sola

BAPTISTAE MANTVANI

Sola habebant, quæ me fluxa compage solutum
Nescio qua segnem grauitas & inertia lento.
Reddit adhuc, & adhuc curis mortalibus angor.
Ante oculos est mœsta domus, suspiria matris
Audio, & ex animo nunquam discedit imago
Germanæ dilecta mea, iactura remordet
Imperi rerumq; frui quibus ante solebam.
Pastor ad hæc hominum genus ad cœlestia natum
Regna, per illecebras & blandimenta volutum
Assidue, sibi complexis Vulcania nodis
Vincula circundat, quibus irretita furorem
Mens bibit, & tandem Plutone imbuta maligno
Definit esse sui compos, & libera quodam
Fert seruile iugum, patiturq; iniuita tyramnum.
Illecebris sensum blandis ingressa voluptas
Vincla facit, longauo vnu concreta libido.
Plumbea fit moles, & ineluctabile pondus,
Quo impellente labant anima, populata medullas
Corporeas, animum pectis completitu omnem,
Ita (vocant habitum) labes ita corripit acri
Morsu hominem, ut raptam mentem non deserat ante
Quam Styga & inferni transmiscerit aquora ponti.
Mens ideo nunquam mundi melioris ad arcem
Libera se attollit, nisi cum vexata malignos
Exuit affectus, colubrumq; imitata, reliquit
Inter fax acutem antiquam, & terrestre veternum.
Lucifoni tandem defuncta laboribus orci
Euolat ad superos, cursuq; adit astra secundo.

Tum

ALPHONSI LIB. I.

Tum denum patris ora videt, tum dulcia libat
Pocula, tum dapibus licet indulgere beatis.
Yidisti cum nube parent, quo sydera cultu
Quo splendore micent? decor ille nitentia Olympi
Prædicat id pulchro qui circuit omnia mundo
Immunalis non esse locum, scilicet ante piari
Est opus, ad superos opus est sine labe reuerti.
Hoc igitur commune iter est ad Olympia regna
Est tamen & sine multiujs ambagibus orci
Semia, qua ad cœlos rectio rebat ardua gressu,
Sed panis concessa, quibus fuit aspera virtus
Supplicium fraudans Genium, & petulania frenans
Corda, premens omnem affectum, resecansq; furorem
Fomitis à prima venientis origine patrum.
Qualis in insigni terræ Drepanensis alumno,
Qui viuens Albertus erat, Trinacria lumen
Hoc terris illustre dedit, sydusq; decorum.
Tanta viri probitas, vita excellentia morum
Integritas & fama omnes diffusa per urbes
Credi hominem non terrestrem, sed ab aethere lapsum
Fecit, & esse illo diuinam in pectore mentem.
Qualis in his qui vel flammis vel sanguine fortis
Pro Christo fidere animas, ut magnus Olympi
Ianitor, & fidei suatum in penetrabile Paulus.
His bene de Christo meritis aterritur Olympus
Sponte sua, primo bifores à limine value
Vltrò abeunt, alaci vultu penetralia pandens
Ianitor hos agit ad solium sublime Tonantis.

bb.

His

BAPTISTÆ MANTVANI

His datur exemplò Elysium fugiuntq; per auras
 Nubiugis similes aquilis, nos pöndere pressos
 Concrete telluris adhuc ad limina mundi
 Aspirare nefas, per humum vestigia ferre
 Cogitonus, more altilium, quibus vui la molcs
 Ventris iter sublime negat, segnemq; volatum
 Reddit, & alato retat ire per aera tergo.
 Rerum opifex igitur terram miseratus inertem
 Segniciemq; hominum tantam, tenebrosaq; corda,
 Casibus humanis etiam post fata reliquit
 Auxilium. Iaciens etenim primordia rerum
 Antrum horrendum inge^s terra in penetralibus altis
 Constituit, que sint sceleri instrumenta piando.
 Huc animas habitum vita & telluris olentes
 Destinat, & duplice tetricam medicamine nubem
 Disipat antiqua noctis fomenta tenebra
 Prima duæ, nam sole carent, qui lucis & umbræ
 Rector, apud superos diodena perambulat astra.
 Sed neq; viuentem nouere Trinominis ethram
 Lucis ab humano iubar impene trabile visu,
 Quem dixeré Deum, solo qui sydera nūn
 Torquet, & in vacua terram ac mare sustinet aura.
 Est duplex tormentum aliud quod verberat acri
 Suppicio agrotantem animam, nam frigora & ardor
 Sunt trananda semel contis per flumina quinq;
 Quinq; salutaris referentia vulnera Christi.
 Christus enim magni semen cœlestē parentis
 Quinq; redempturus zonas telluris & vndæ,

Vulnera

ALPHONSI LIB. I.

10

Vulnera tot passus, verum quibus altius barent
 Ha maculae, quoties opus est, vada liuida sulcant.
 Hoc duplex curanda animæ medicamen ab alta
 Consilij patris aterni ratione repertum est.
 Nam q; hominum scelus a sensu compressa voluntas
 Concipit, atq; malo duplex de semine proles
 Gignitur, aut nimium stimulis urgentibus ardet,
 Ignis calens Stygio legumq; repagula frangit,
 Aut resedit torpens & inerti languida somno,
 Et quasi lethea perfusa liquoribus vnda,
 Tristis opaca iacens, frasto nihil inchoat orsu.
 Omne quod enerui torpore oppressa voluntas
 Segniter omisit, per frigora transit & vndas.
 Quod succensa nimis saliente libidinis astu
 Præcipitavit opus, flamnis aboletur & igni,
 In tenebris ubi nulla dies, sed pallida semper
 Nox, ubi nec flammæ, nec sol, nec sydera lucent.
 Sunt quadam maria immensis latissima campis,
 Qua seplit late glacies aeterna, geluq;
 Perpetuum, quali astricta est Saturnia Tethys,
 Frigenti subiecta polo, subiecta pruinis,
 At niuib; dura assiduis aquilonib; ora
 Inuia remigis, & semper in hospita nautis.
 Venti, amnes pluviaeq; ruunt, ruit horrida grando
 Increpitans, circumq; rapit niger omnia turbo,
 Nam nec Hyperboreis niuib; is, cum gutture vasto
 Sibilat hibernus Boreas, deserta Getarum
 Sic inuoluit, apud Rhodopen, q; leparat agros

bb

Pellaeos

BAPTISTÆ MANTVANI

Pelæos à Thrace solo, labuntur ab auro
In Boream nebulosi amnes, piceaq; lacuna.
Verum ubi cliuoso voluuntur fluminis cursu
Lustrandis vada sunt animis, ubi colligit, vndam
Ingenti sentina lacus, sunt regna profunda
Moris, & in medio Belialia tartara mundo,
Sunt loca flammarum sine fine patentia vastis
Aequoribus, maiore sinn, quam Gallia quanquam
Gallia diffusum late circumferat orbem.
Nunc etenim subter Gallos & Celtica regna
Imus, ubi iuga bellipotens ruit inuia Pœnus
Hannibal, & iunctas equitauit nubibus alpes.
Omnia qua flammis, qua sunt alimenta calori
Pinguis sub terris, illuc delata feruntur
Et secreta meant perspiramenta, viaq;
Quas aperit natura operi famulata seuero.
Huc picis buc Malthæ veniunt, huc sulfuris amnes
Huc olei fluor, huc penetrans Asphalticus imber
Manat, & ex istis confusum est omnibus æquor.
At Deus iniecit flamas, secuitq; patentes
In tellure aditus, quibus huc & nubibus auster
Atq; procellosus Boreas & nimbifer eurus
Ac Zephyrus comitesq; rrant, & surgere iubit
Vndeq; perflata immensis incendia ventis.
Sed nebulas accensa palus attollit, & ignem
Nubibus inuoluit piceis, globus ater & vnda
Cæca, vaporantis tenebra sub fornice nigro,
Huc illuc vaga proserpens ubi nulla reperta est.

Ad

ALPHONSI LIB. I.

ii

Ad superos via, contorto in se vortice flammis
Incubat & densa inducit caligine noctem,
Noctem, inquam, late extensem, longeq; vagantem,
Sed dubiam flammis subnube ferentibus agram
Incertamq; diem, vix ut presentia cerni
Ora virilim fas sit, notoq; agnoscere vultus.
Nigra dies, nox alba, chaos facit æquore toto.
Continue insluſi lento sub gurgite venti,
Quos spirare palus viscoso impernia tergo
Non sinit, indignari altos pulsæ æquore montes
Nisibus attollunt validis, sublata debiscunt
Dantq; aditum vadis fracta, volant magno agmine venti.
Omne solum tremit, atq; tonat, sinuosa reclamant
Littora, torna canis Echo procul assonat antris.
Addo quod excotta flammis testudine semper
Saxa pluunt, qua illa focis incendia magno
Cum strepit ucaligantes iaculantur in auras.
Irritati ignes strident, & fulmina noctis
Terrorum ingeminant, altoq; obscura boatu
Fulmina & antra sonant toruum, ruere ardua dicas.
Culmina cælorum, & fractis totum axibus orbem.
In ari me nihil est, Prochyte nihil, Aethna caminis
His collata licet Siculo coniuncta Peloro,
Littora transiliens flammarum, vndante volatu,
Torrigat in fines Italos caput æquora supra,
Et veluti si vero aliquis puerilia bello
Ludicra si Troiam Marti componat equestrem.
Vix sinit atroces gemitus audire dolentum

bb 3

Hic

BAPTISTAE MANTVANI

Hic fragor & densum ac voci impenetrabile cælum
Per vada lenta trahunt animas merguntq; pramunq;
Impluitas fundo terreni immania Ditis
Agmina, qua obscurō genitor prefecit Auerno.
Et quanquam sit frig̃ idem per frigida, quanquam
Igne sint iisdem flammis loca torrida semper,
Pro meritis tamen hi grauius plectuntur, at illi
Mitius, vt quoties sub eodem corpora sole
Multa iacent terris, minus hoc magis astuat illud.

Talibus inferni recitantem arcana profundi
Marmoreo pallore rigens Recharedica proles
In sequitur gelida per opaca silentia noctis,
Affaturq; ducem. Postquam sic stellifer axis
Atq; Deirebus dominans immobile fatum
Fert, stygios tranabo amnes contagia ponam.
Cuncta feram, neq; supplicium commune recuso.
Sed te, diue pater, per numina sancta precamur,
Quis modus in pœnis? & quod solamen in orco?
Exilio quis finis erit, nullam ne relinquit
Cælorum regnator opem sub nocte sepultis
Regni Alchoronei? forsan clementia summi
Tanta patris surda miseros ita praterit aure?
Sic memorans ibat, curiſq; ardebat amaris.
Cui senior, quid adhuc rano fate sanguine regum
Corda metu lanias? & sub tellure videbis
Dulce aliquid, communis amor Deus omnia dulci
Sus, ipit affectu, blandiſq; amplectitur vlnis,
Nec facit has odium pœnas, sed amata suorum

Vilitas

ALPHONSI LIBER I.

Vilitas quo stelliferos vt tollat in axes
Expiat, atq; situm flammis abradit inertem.
Nullibcum duro imperio Plutonis auari,
Qui semel absorptas non euomit amplius umbras.
Hec loca quo tendis non sunt vexanda tumultu
Perpetuo, non sunt vt in imo tartara fundo,
Arbitrio turba inferna concessa fureni.
Nulla hic Allecto, nulla hic bacchatur Erinnys,
Cerberus hinc latrator abest, vesania Ditis
Hinc exclusa, tenent hac regna Cathartica diui
E magnis diui albere & primatibus aula,
Cum Stephano bisseptem alijs, quos pronus ad aram
Inter verba silens profert arcana sacerdos.
Sunt tamen & lemures, sed nil crudeliter audent.
Nil temere inuadunt: iuſi ad tormenta ministrant.
Dini umbris adiunt pauidis, & saiu Satanum
Corda retant toto in miseris facire veneno.
Ponem etum, semel ire satis, delebitur vno
Quicquid labis habes quicquid mortale natatu.
Eia age, chare puer, jemen regale memento
Quo ceptum teduct iter, via tendit ad astra
Qua graderis, iam stellanti deuotus Olympos
Obscenodas terga luto, tua cymba quietus
Nauigat in portus, vbi tempestatibus vnda
Libera, per nullas unquam redditura Charybdes.
Nam nec vt Alcides Alcmena filius olim,
Vt facunda canunt veterum mendacia ratum,
Pelides vtuas iterum remeabis adoras,

bb 4

Mortales

Mortales vbi cùm brutis communia tēta
 In putri tellure habitant, sed scandimus orbes
 Aethereos, vbi cum dñis in vertice mundi
 Sunt lati sine fine dies, vbi regna videbis
 Illa eterna Deum tranquilla in pace tenentem.
 Vt superos igitur videoas, dubitabis auerni
 Per faciles fēmel ire vias? audiūmus olim
 Plerosq; vt Tuscum, Tyberim, Romamq; viderent
 At breue congetas moles ad marmora tempus
 Extremos venisse Indos, qui littora cancro
 Qui Libra subiecta colunt, venisse supremos
 Aethiopes, vbi solis equos in cornua surgens
 Aegoceros verso cogit discedere planisq;.
 Membra trahens vix ægra senex quater orbe peracto
 Nunc tuus ad ripas avus est appulsus, & vincis
 Saxa tenet manibus, prensaq; elabitur alga.
 Illum, inquam, qui Marte graui bella aspera gesit
 Impiger, & prima exultans ardore iuventa.
 Mox placido pacis studio meliora sequutus
 Ocia, composuit mores populi q; redatis
 Ad patrias leges morti concepit, & inter
 Cocyti versatus aquas festinat ad astra.
 Ipse via moderator erit, transabitis ambo.
 Post vbi perfecto traieceris equora cursu,
 Adueniam, cœliq; iterum te in luce video,
 Mellifluo gaudentem animo, nec tempora longas
 Illa moras facient, tunc me de sede reuersum
 Aetheris aspiciens lato amplexaberis ore.

Et tandem aethereo mecum potieris Olympo.
 Talibus anxietas iuuenis restricta subinde
 Soluit, atq; acres stimulos altumq; dolorem
 Extenuans trixi mentem languore sepultam
 Erigit, ac tenebris curarum emergit opacis,
 Vt solet bybernis tandem de nubibus aër
 Sopitis exire notis, cùm vere tepenti
 Martinus Athlantem Zephiris afflavit, & hortos
 Hesperidum, leniq; gelu distemperat aura.
 Læta magis fari iuuat, atq; informe iacentis
 Scrutari telluris onus, rerumq; latentes
 Discere sub terris causas, & pascere mentem
 Dulcibus alloquijs, animumq; extendere circa
 Nature secreta altis adoperta latebris.
 Suspiciens igitur proles ita regia fatur.

Opater, hanc massam informem ornatus, carentem
 Et chaos istud inops lucis, num credere dignum est.
 Absoluisse Deum vel contemptisse? repugnat
 Tam celeri, moles rudis & confusa, magistro.
 Patria opus natura recens nil pendere visa est
 Has tenebras, & in hoc se exhibuisse nouercam.
 Per sinuosa causis atq; aspera cotibus antra
 Nox aeterna, filets, cruda atq; immania saxa
 Fruge carent, neq; terrigenis animantibus vsum
 Suppeditant, cœli radijs imperuia factum
 Ferre negant, sed torpet iners ignanaq; tellus.
 At contra aethereo orbes & sydera tanto
 Lumine, tam eximia specie, tam diuite cultu

BAPTISTÆ MANTVANI

Finxit, ut hac formalocuples opulentia matrem
 Prodat, & in tanta pietas effulgeat arte
 Quis decor aurora? Veneri qua gratia? quantus?
 Fulgor in aspectu solis? noua luna venustis
 Cornibus accensam fraterno lumine frontem
 Erit, & pulchro graditur per sydera vultu.
 Nocturno qua forma Ioui, quis in omnibus astris
 Splendor & ornatus? quot se via lattea flammis
 Induit, extremis oriens à finibus austri?
 Et gelidam prono quærens Erymanthida lapsu?
 In partum natura igitur facienda priorem,
 Segnis in hunc steriles quasi fastidita sub umbras
 Tellurem infelix opus abieciisse videtur,
 Et raptam ex oculis cæco immersisse barathro.
 Tum senior sancta ora mouens primordia rerum
 Inchoat & veteres mundi reminiscitur annos.
 Cùm pater hanc molem cœli, terreque marisq.,
 Conderet Archetypi ducens ab imagine mundi,
 Cuncta prius confusa rudi produxit aceruo.
 Mox opus amplectens, calcfactaq; viscera flatu
 Vniuerso penetrans, sincera ac lymphida primura
 Corpora, diuinoq; magis vicina decori
 Suffulit, hinc celorum orbis molitus & astra.
 Inde iterum meliora tulit flammatamq; vocavit,
 Quam Phabi germana leui circumvolat axe.
 Materiam rursum subigens, quod sanctius hausit,
 Mobilis aura fuit, qua fusca sub ignibus aër
 Dicitur, & circum Glauci maris ambulat aquor.

ALPHONSI LIBER I.

14

Quæ superest massam humentem fluidumq; liquorem
 Et quasi pingue lurum secuit, defluit in undas
 Pars obscura minus, pelagusq; impletuit & amnes.
 Altera pars tellus, qua pondere pressa sub alto
 Aequore delituit suo super undiq; ponto.
 Sed pater humanum exilium fraudemq; futuram
 Præsago recolens animo super aquora tractam
 Extulit & pelago statuit confinia circum,
 Litora concedens, ut cùm vexantur ab austro,
 Longius excurrant fluctus astuq; refuso
 Excrementa abigant, rursumq; reciprocaverso
 Refluat unda salo, positus in litora conchis.
 Scilicet ut vasta mole exonerata profundi
 Terra hominum genus atq; feras, nemorumq; videnti
 Pasceret omnigenas stirpes alimentaque iactio
 Anna seminibus materna educeret alno.
 Non ergo artificis vitium primordia mundi
 Lasit, ut obscurum hoc generosum evaderet illud,
 Hoc ars, hoc ratio, operum natura poposcit,
 Mente creandarum Deus exemplaria rerum
 Seruat, & aeternis in se videt omnia formis,
 Et quo quiq; modo fieri, quo limite claudi
 Posit, & in rebus nunquam labatur agendis.
 Sub tellure vapor duplex telluris & undæ.
 Fumus vterq; ieuis, rarum atq; volatile corpus.
 Aret hic ut tellus, madet ille simillimus undis.
 Hec infirma prius, visuq; incognita, sed cùm
 Sole carent agitata furunt, tum matibus alpes

Quæ

Aercas

BAPTISTÆ MANTVANI

Aëreas quatere insolitis, & viscera terra
 Irritare graui impulsu, referare cauernas,
 Eructare solent fontes, ignotaq; claustris
 Flumina disiectis, includere vallibus altos
 Sapè lacus, sapè & veteres restringere cursus
 Annibus, ut moles dederit conuulsa ruinam.
 Omnia qua ignarum credit miracula vulgus.
 Hinc rores, pluiaq; cadunt, gelidaq; pruinæ
 Gramineis inimicæ agris, ventiq; niuesq;.
 Atq; boum vanos grando euerfura labores.
 Adde cometarum ardore, qui bella minantur,
 Et regum interitus, adde ore tonitrua rauco.
 Adde procellosis sata fulgura nubibus, adde
 Fulmineas Iouis arma faces, & biantia campis
 Chasmata proficiunt stygiam penetrantia noctem.
 At quia congressu in longo data copia fandi,
 Altius hac repetam magni primordia mundi.
 Quinq; catenatis inter se viribus, vnde
 Cetera que vivunt vitaq; carentia sensu
 Corpora fluxerunt, tellus, mare, ventus & ignis.
 Aether, & astrorum vires, & Olympica virtus.
 Quattuor in pugnam coeunt clementa, modumq;
 Non habet aterno flagrans discordia bello.
 Perpetuum certamen agunt, opus omne caducum
 Si cœli consensu abest, labor irritus omnis
 Quem male fortunant aduerso sydera vultu.
 Sydera coniungunt radios, & lumina miscent
 Mille modis, nam mille modis ille arduus astra,

Motor

ALPHONSI LIBER I.

15

Motor agens famulos operas differt it in omnes.
 Mars ignem, Saturnus humum, mare Luna gubernat,
 In ppiter æreostraetus, Venus ignea causas
 Allicit in coitum thalamis praefecta maritis.
 Sol concepta fouens coquit & maturat alendo.
 Mercurius consummat opus, formasq; ministrat,
 Et vietas animantium omnes, animasq; minores.
 At solus nobis animos Deus aethere ab alto
 Inspirare potest, animis ea gloria nostris.
 Orbis imaginibus rerum stellatus & ignes
 Quos lucere polo videt, hinc Mareoticus austus
 Caspianus hinc Boreas, & cum sublimibus alto
 Aethere, sol decurrit equis & frigida quando
 Subter humum gradiens tacite facit ocia nocti,
 Viscera terrarum subigunt, operamq; creandis
 Absidue indulgent, reparantur ut omnia rebus.
 Ire polos naturaiubet, modo sydera torqueat
 In Boream, modo in Aethiopes, mora nulla citatis
 Orbibus, altrices penetrant sola & aquora flammæ.
 Talibus armantem nascentia viribus astra
 Metantemq; domos superum prospexit ab undis
 Quarta oriens aurora Deum, cum sydera Titan
 Aurus octauo radijs accenderet orbe.
 Hinc variat telluris opes, & gloria frugum
 Diversis diversa locis. Externa relinquam
 Externis, nonnulla obiter nostratia tangam.
 Tarnus aquas rebit auratas, insignia docti
 Mœnia Tolleti fulua Tagus ambit arena.

- Ad

Adde locupletem sicutorū, qui cingit Ilerdam.
 Adde Numantina Durium decus urbis, & ipsum
 Astura, ducentem gelidis è cautibus aurum.
 Nec te transferim populis quam fama duobus
 Depositis fecisse odijs obliuia, Leibe.
 Hec vada cælorum radis afflata secundis
 Auriferos prima sorbent ab origine fontes.
 Nec Chalybum minor vsus aquis, nec Bilbilis amnum
 Fama minor celebrat, quamvis non aurea voluant
 Flumina, sed rigido Marti famulentur & armis.
 Singula quid referam? lab' intur in omnia flammis
 Sydera mobilibus, sub cunctis per intima mundi
 Viscera & omne solum, latebras, & inertia saxa,
 Fruge aliqua insignire parant, nec inutile tanta
 Est in mole aliquid, seruit mortalibus omne
 Hoc opus, & Deus ipse homini se accommodat ipsum.
 Fleete oculos, squarrosa rides & olentia saxa,
 Igne ubi concepto nebulas liquentia volunt
 Sufura, ut Aemathij orientis Scaptenzula campis?
 Fonte sacre tepido genitus cana marmora subter
 Cursibus increpitat longis liquor altius, omnem
 Exit pare potens morbum, quo frigidus imber
 Vertice dilabens agros circumligat artus,
 Labitur in Lygures & cinctam montibus altis
 Effusis humectat aquis, & nominat urbem.
 Nanq[ue] ibi suspenso riuus facit inclyta cursu
 Balnea, saxosi clarum decus Apennini.
 Hic lapis argenti squammis armatus, & auro

Asper,

Asper, opes ditemq[ue] soli pronunciat aluum.
 Stellifer orbe suo qui continet omnia mundus
 Vim occultam dedit his tenebris, opulentia cælo
 Exit, & omnipotens terras fortunat Olympus.
 Oregnum quod Maurus Iber iam sacula septem
 In iustis premit imperijs, maris & aquora circum
 Herculei, quanto pollet glæbæ vberc, quantas
 Condit opes tellus, ubi longa volumina Ecthys
 Flectit, agens humiles Malacensi à littore cymbas.
 Hec memorans gelidis senior sub montibus ibat,
 Cum sonitu, puer in solito perterritus, inquit.
 Heu quisnam fragor obscuris immurmurat antris?
 Iam ne Erebi sumus in foribus? Iam nunciat orcus
 Illa horrenda, pater, Stygis illa ardente tacta
 Hoc strepitu? Padus est, Padus est Audentius inquit.
 Ingredimur fines Italos, sub montibus altis,
 Incipit, & saliens prærupti e vertice saxi
 Vnda abit in præceps, fundoq[ue] illis per antrum
 Mugit, & irrorat pluiali aspergine cautes,
 Mox fugit Italianam versus, ferturq[ue] citato
 Amne per Insubres, Adriamq[ue] humilemq[ue] Rauennam
 Montanis loturus aquis, & flumina rafto
 Multa sinu Adriaci latus in aquora ponti.
 Gallia pars prior Italia supereminet, olim
 Cognomen sortita togæ, noua nomina gentis
 Accipit a cultu Scybica, cui plurima torua
 Barba feri argumentum animi pendebat ab ore.
 Tenditur ad lanam magnis Germania campis

-Occa-

BAPTISTAE MANTVANI

Oceanum Boreamq; petens, vbi littora Cimber
 In oīt arctiorum longē porrecta sub axem.
 Sed Deus hoc latus Italiæ circundedit altis
 Molibus, vt Rhenus cursu violentus, & vnda
 Præcipiti Rhodanus procul excludantur & Ister,
 Nam coniuncta Pado fierent tot flumina vastum
 Aequor, & absorptos tegerent maria vndiq; campos.
 Hic ab e. duxit à niniūm candoribus Alpes.
 In calum capita alta levant, de cætibus unis
 Exiliunt magni rauco cum murmure fontes
 Impleturi annes rapidos, hinc Larivs ingens,
 Hinc virreis Ticinus aquos, hinc montibus altis
 Olliūs erumpens, & leni Minciūs vnda.
 Ipse satus patre Benaco per pascua serpit,
 Et Mantua sinu complexus mœnia, magno
 Eridani sciungit aquis, vbi fama Leonem
 Vandalicas placasse iras, odiumq; tyranni.
 Hinc Athesis sylvis oneratus & abiete, rauco
 Impete præcipitat caso vada conscia Cimbro.
 Multi iugo contra dorso Apenninus in auras
 Elitis, & longo fugiens per nubila tractu
 Duidit Italiam, populiq; vtrinq; feroce
 Circumhabitant, quæ Barbarico pertunditur austro
 Sunt Lygures, sunt Tyrreni, fortesq; Latini,
 Gens regum diuumq; ferax vbi Martia Roma.
 Qua nulla vrbis toto dominata est latius orbe.
 Et campanus ager, cui vestro sanguinereges
 Imperitant vñq; ad Calabros Siculamq; Charybdim.

Qua

ALPHONSI LIBER I.

17

Qua videt auroram fluctus agit Adria vastos.
 Qua latus obuertit gelidis Aquilonibus altum
 Veliferas rebit effuso Padus aquore puppes.
 Et sinuo/a trahens flexis vestigia ripis
 Frugibus egregias operumq; laboribus vrbes
 Alluit, Alpina tumidas niue sauit, & ira
 Impatiens fracto in virides ruit obice campos.
 Non eius comitamur iter, Phæcontidis vndas
 Iam dudum insequimur, lati vada curua secundum
 Liquimus Aemylium dextra, Venetumq; sinistra.
 Sed iam conuerso in montem deflectimus antro
 Flaminiam subterueti, collemq; subimus
 Vnde ruit saxosa iugis Claterna niuosis.
 Hinc Apomi fons ille vetus toto inclytus orbe,
 Qui meminit iactam Romano d' Cæsare fortèm,
 Exit in Euganeos colles, fluuiumq; calentem
 Sulphure, porrectis in cælum e montibus haurit.
 Nec procul hinc Hetrusca vado Casena tepenti
 Voluit aquas, & fumiferum pluit vndiq; rorem.
 Flecte oculos, viden egrissum de marmore fontem
 Nitroso sale conditum? per sulfura longum
 Flectit iter, cursumq; citans se accedit & ignem
 Concipiens exit gelidos vbi Felsina montes
 Mittit ad Hetruscos, austriq; tepentis ad axem.
 Terra metallorum genitrix, & māter aquarum,
 Et thesaurus opum, nutrixq; vberrima frugum.
 Naturæ genitale aruum, sub principe diuum
 Una ingens domus est mundus tegit omnia cælum

cc

Latinus,

BAPTISTÆ MANTVANI

Latius, & magnis elementa amplectitur vlnis.
Sub cælo minus ampla leues tentoria flamma.
Aura maritalis thalamus, maris vnda cubile.
Acta viri, tellus coniunx, Deus omnibus autor.
Ipse sedens alta cælorum in puppe gubernat
Quod libet intorquens dextra omnipotente carinam.
Nam Deus est immensa, omni fine corpore simplex,
Vina, aterna, potens, vigilans, diffusa per omnem
Corpoream molem ratio simul omnia quæ sunt
Quæ in causis ventura latent, quæ justulit etas
Iam finita, in se cernens, aquabile cunctis.
Numen, & affectu vacuum, dum conderet orbem
Ita maritauit, fatumque paravit ad omnem.

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI:

ALPHONSI LIBER II.



Alia grandiloquo memorans Audem
tius ore,
Umbrosum carpebat iter, cum turb
repente
Ingruit a tergo increpitans, velut a
gmen aquarium
Quas Boreas nimbosus agit, vel turbine rauco

Aphri

ALPHONSI LIBER II.

Aphricus, in summos iaculatus fulmina montes
Sub titit admirans senior, vultuq; seuero
Cogitat, obseruatq; oculis ac pectore firmo
Tam grauis euentum strepitus. Ruit ecce ferarum
Effigiem vestita cohors, crebroq; coruscans
Igne tonat, pars ora canum: pars ora luporum
Porrigit in longos rictus, terga hispida, toruum
Lumen, & astricti lato sub pectore ventres
Pubeterus, tortos cauda sinuantur in angues.
Et quanquam iuuenis tali duce & a pice tanto,
Innocuum cognoscat iter, tamen horret, & alto
Corda gelu tremulere, paucens ex aggere se se
Proripit extemplo, & visu non sustinet umbras
Terribiles, raptoq; oculos inuoluit amictu.

Et quorundam fragor iste pater, quid auernicus, inquit,
Hic sibi vult choras? atq; ferarum hostilis imago?
Tum senior, que tanta tibi vesania clamat
O Vulcane! pios manes tam atrociter virges,
Quos pater unius cursu trieteridis acto
Transferet in superos? Non sunt Maurive Arabesve.
Quos rapitis genus est nostrum, video ora liquore
Tincta sacro, fideiq; agnoscio in pectore signum.
Pignus habent cœli, nec sunt ad pabula Ditis
Progeniti, nuper nostris cecidere sub armis
Dum iacit excelsa contos Eliberus ab arce.
Parce pia genti. Persas predare Syrosq;
Immanes predare Arabos, permissa furori
Illic lora tuo. Quos non dignatur Olympus

Luce sua, procul electos concedit Auerno.
 Non secus ac memorant aquilam detrudere nido
 Pignora, quæ nequeant acies attollere in orbem
 Solis, & etherei quibus est graue lumen Olympi.
 His percusa cohors, ut contemplata decorum
 Majestate senem, fugit pede concita verso.
 Non secus ac dama plebs indefensa fugaces
 Aut imbelli pecus lepores, cum forte leviam
 Vel Spartam videre canem, conuersa repente
 Præcipiti dant terga fugæ, pressisque subintrant
 Auribus obscuri nemerosa silentia saltus.
 Tum senior dux ille chori furialis acerbus
 Dum stabat Iouis imperium, dum falleret orbem
 Et Venus & Mauors, & cetera turba deorum
 Ante hominum sacro reparatam sanguine gentem.
 Mulciber & Vulcanus erat qui sua Tonanti
 Fulmina cudebat, Lemni regnator, & Aethna.
 Nunc rapit errantes animas, quæ corpore functa
 Aerium per inane volant, comes additur illi
 Antiquus niger ora Sterops, & fauce cloacam
 Semper olen Brontes, oculis & nare Pyracmon
 Flammeus, & clamans lato ferus ore Boaphon.
 Monstra horrenda animas gaudent terrere minando,
 Seu stagnum lustrale petant, seu perdita regna
 Ditis, & aternis vulniantia tartara pœnis.
 Nec solum hos crede in similes exire rapinas,
 Quotquot erant olim falsi, Ioue principe, diui
 Agmina mille volant, cuneisque per aera factis

Sorte datas gentes adeunt, hi pontica regna,
 Hi spoliant Mauros, alijs prædantur Erembos.
 Assyrios alij penetrant, atq; Indica longe
 Oppida, nil tutum est, campos montanaq; lustrant,
 Concutiunt nautas, tempestatumq; procellis
 Inuoluunt freta, tellurem populantur, & auras
 Irati vento inuadunt, conuellerent montes
 Est animus, nisi crudeles compesceret ausus
 Vis superlîm, terram rabies infranis & omnes
 Terrigenas iampridem alto immersisset auerno.
 Quod possunt scelus omne modis in pectora miris
 Insinuant, docti varias effingere formas.
 Et quoties opus est auras in corpora docti
 Cogere, mentiri, ambiguis illudere verbis.
 His ex orbe dolis prædam atq; amplissima toto
 Furta legunt, vi, blandicijs, & fraude potentes.
 Non aliter quam si hostiles populator in agros
 Cum Bellona fremit, Martisq; licentia regnat,
 Miles eat, turmisq; hominum pecudumq; coactis
 Exultans redeat fastu in sua castra superbo.
 Opater (adiecit iuuensis) vetus ista deorum
 Progenies hominum ne animæ qui talia quondam
 Nomina sortiti vel forte potentior vlla
 Spirituum natura fuit, num credere dignum
 Qui responsa dabat delphis, Peana fuisse
 Quem Latona Ioui peperit cum virgine luna?
 Tunc auis, audisti nobis cum nascimur addi
 Par larium? genios etiam dixere latini.

BAPTISTÆ MANTVANI

Hi mortalem hominem primo comitantur ab ortu.
 Et studia in diuersa trahunt, quod in Hercule factum
 Fingitur, omnibus est nobis commune, voluptas
 Omnibus & virtus nobis certamina ponunt.
 Hi duo sunt genij, quorum qui vice erit, vmbra
 Posidet, & magno rehicit in sua regna triumpho.
 Nam duo regna Deus statuit, celstis Olympi
 Unum, aliud terreni Erebi Ditisq; profundi.
 Regna superna petit virtus, inferna voluptas.
 Illustres animas que post sua fata relinquunt
 Nomina magna putant homines alio quoq; scalo
 Posse quod in vita poterant, ideoq; vocantur
 Quando aduersa premunt, & que super astra feruntur
 Insignes pietate anima, meritisq; potentes
 Magna valent, & opem possunt praestare vocatae.
 Sed que regna adeunt Plutonia, in igne sepulta
 Aeternum egrotant. Hæ si fortasse vocantur,
 Lar malus illarum vita comes, omnia doctus
 Ingreditur simulans vmbram, que in vota vocatur.
 Et rude responsis hominum genus irretitum
 Ambiguis ludit, sic numina falsa recepit
 Credulitas humana, ideo miseratus Olympi
 Rector, ab hoc errore hominem post multa retraxit
 Saecula, ne aeternis premerent ambagibus orbem
 Tartara, & amissa iam maiestate fugati
 Ex adytis arisq; lares responsa vetantur
 Publica vt ante dare, & verbis illudere vulgo.
 Sed tamen ingenij acres, vsuq; periti

Moliri

ALPHONSI LIBER II.

20

Moliri non pauca valent, & plurima nuant
 Probra per insidias, hominiq; imponere gaudent.
 Ergo infelices animas Plutonides vmbra
 Corripunt, longisq; trahunt in tartara pompis.
 Ad Plutonem aditus patet vndiq; & vndiq; ad astra
 Spiritibus quibus ante chaos loca rector Olympi
 Destinat bac. Tum prorumpens in verbare pente,
 Cur paribus diuersa animis loca rector Olympi
 Destinat hec (Alphonse ait) chaos ante creatum?
 Iustitia si tanta Deo custodia, mundum
 Aequali silance regit, cur iudicat ante
 Omne operum fas atq; nefas? elabitur ergo
 Cura, labor, meritum, frustra vigilancia, frustra
 Relligio, frustra pietas, opera omnia frustra.
 Nec virio vtilior virtus. Nec dicere passus
 Plura senex. Hæ mortalis temeraria vulgi
 Sunt commenta inquit, quibus exercentur & ipsa
 Corda virum preclara pari circundata nube.
 Nunc que scire hominem fas est, Alphonse docebo,
 Cetera cum cælo superos intraris aperto,
 Clara futura, Deus liber, neq; recta volendo
 Prosequitur, sed recta facit, sine lege voluntas
 Illa aeterna, illa omnipotens, illa omnia versans
 Non agitur, sed agit, quicquid deliberat aquum est.
 Humanas hucusq; licet se attollere mentes.
 Altius, antiquæ scelus atq; superbia matris.
 Talia per tenebras memorans Audientius ibat,
 Cum puer aetheras animas descendere ad orcum

cc 4

Con-

BAPTISTÆ MANTVANI

Concilio & cœtu superiorum ac rege relicto
Indignum ratus, ambiguo sic incipit ore.
Vos pater excelso cœlorum in culmine sanctas
Qui colitis sedes, animas vbi dulcia pascunt
Ociacœlestes, quoties inferna relicto
Regna Deo peccatis, tristemq; venitis ad orcum,
Interea cœli ne dapes, coniuia diuinum
Perditis, & dulces vitæ interrumpitis annos?
Pastor ad hac Non sunt qua nos fecere beatos
Sydera, nec cœlum, neq; dia relinquimus ora
Perpetuis facundabonis, cùm labimur axe.
Nosse sat est, qui nouit amat, pulcherrimus auctor
Orbis, ut arcanum nos in penetrale recepit,
Tum noua lux diuorum animis illapsa repertas
Ingenijs formas simulachra leuisima rerum
Difusit & raptas mentes attollit in orbem
Lucis inaccessa, iubar immortale, quod ipsis
Cœlitibus solis cum vult aperitur, & uno
Explicat obtutu quacunq; in corpore quondam
Scrutari volvère modis fallacibus vmbrae,
Nam Deus est Alphonse tibi cœlestia pando
Nunc arcana, nefas viuis, ac Dite sepultis)
Mundus, ab hoc qui sub rerum fluxu atq; refluxu
Aßidue fugit atq; redit, cadit atq; resurgit,
Longe alias, viuunt illic hominesq; feræq;
Terra fretum venti, atq; ignes, & Olympus, & astra,
Et quacunq; Deus mundi produxit ab ortu,
Pluraq; nam mundo diuina potentia maior.

Sed

ALPHONSI LIBER II.

21

Sed nihil est illic titubans, mutabile, fluxum,
Nam veluti si quis terrena animantia fingat
Ex auri splendore faber, vitamq; per artus
Influat, una omni species erit aurea mundo,
Non eadem natura tamen, diuersa ferarum,
Diuersa & quoreæ sobolis, diuersa volantum.
Sic vbi in æterno viuunt animalia mundo
Omnia sunt diuina, nihil quod deleat atas.
Omnibus ora tamen sua sunt, neq; tempora monstrant.
Tempora & atates rebus dare sola voluntas
Et monstrare potest, illic, quodcunq; futurum hic,
Quod fuit est, iste illius tenuissima imago.
Ilic Troia manet, simul expugnatur, & ardet,
Et tollit recidia caput. Modo fulminat atrox
Fimbria, & interitus miserè nouus ingruit vrbis.
Sylla iuuat, structiq; locat noua Pergama muris.
Insequitur Meleager aprum. Venabula Nemroth
Vibrat, & Alcides Lapithas domat & Centauros.
Gracia cum Persis pugnat. Pella iuuentus
Arsacidas expugnat adhuc, festinat ad Indos,
Et metatur apud stagnantem mœnia Nilum.
Nascitur Aesonides, pelagus noua nauigat Argo.
Naue petunt Gades, Tyrii, Salamina relinquunt
Teucer, & antiqui comites Antenoris alto
Iactati subeunt Phrygijs vada Bethycar remis.
Amittit sua Geriones armenta tricorpor.
Bella gerit Peænus, premit obsidione Saguntum.
Romatreui, scandunt Senones capitolia Galli.

cc 5

Nauigat

BAPTISTÆ MANTVANI

Navigat in Libyam Dido, Carthaginis alta
 Fundamenta iacit, domito Garamante superbit
 Imperio late misso, super aquora labens.
 Cum flammis Romanus adest, deleta sepulcrum est
 Byrsa sibi genitæ sue, per Gallica Caesar
 Regna furit; iunctis trabibus ingat aquora Rhemi.
 Vexat adhuc nostros alacer Sertorius agros.
 Gentis ad excidium Solymæ Titus agmine magno
 Temnit, & ultrices aquilas attollit in altum.
 Cingitur Oceano tellus, medioq; receptum
 Ipse suo Oceanum gremio diffundit ad ortum
 Solis, ad Andromadae scopulos, & Amazonas ultra
 Missus ab Europa Libycum determinat orbem.
 Et traxi maiore Asiam tria maxima mundi
 Membra, suis etiam gelida cum vallibus Alpes.
 Et rigui fontes, iugisq; perennia cursu
 Flumina & astatis torrenti ingloria caelo.
 Sunt saltus, est omne avium genus, atq; ferarum.
 Per campos armenta etiam florentia tondent
 Pasca, circundant aure mare, & aera flamme,
 Et causa stellato tegit omnia machina mundo.
 Hec Deus est, sunt ista Deus, Deus omnia nanq;
 Propterea Deus est mundus sine corpore, viuens
 Semper, & aeternis in se hic habitavit ab annis.
 Cum veniunt illuc quodam quasi montis ab alto
 Culmine, contemplata animæ spectacula mundi
 Admiranda noui, sitiuni vestigia, & omnes
 It stupor insensus, qualem si in nocte profunda

Natus

ALPHONSI LIBER II.

28

Natus & integros aliquis nutritus ad annos
 Exemplò maria & terras estate videntes,
 Et volucrum genus, & pecudes, hominumq; labores
 Cernat, & ardentii Titanem ascendere curru,
 Conciperet, (disci ex minimis si ingentia fas est?)
 Ex visu conceptus amor quo tota repente
 Mens accensa calet, rapidis incendia flammis
 Tollit in ardescens semper magis, ignea tandem
 Corda facit, velut vndantem proiecta sub Aethnam
 Ferrea frusta bibunt ignes, atq; ignea fiunt.
 Hinc nostri dixere patres Empyrea regna.
 Hinc cœlos antiqua atas appellat Olympum.
 Nam flammis atq; igne micant illa ardua mundi
 Tecta, vbi cœlicole campis spaciantur apertos.
 Hæ mensa nostraq; dapes, amor atq; voluptas
 Hæc opera, hæc curæ superis, ex mente reuulsum est
 Quicquid opum, quicquid regni possedimus olim,
 Nec reuocare animos nec se cohibere facultas.
 Ut dulcem hunc stimulum mens inflammata recepit,
 Mortales curæ instabiles, quia nulla capaci
 Res animo terrena satis, nec fræna superbos
 Quadrupedes nisi dura domant, tenet anchora magnas
 Non nisi magna rates, nos nummis una fruendi
 Cura, alto ligat aeternis in amore catenis.
 Hæc senior. Proles iterum sic Regia fatur.
 Est aliud quod terrigena mirantur, & ipsum
 Me quoq; dum varios casus & fata revoluo
 Incertum suspendit adhuc. Tu sancte Sacerdos,

Cui

BAPTISTÆ MANTVANI

Cui cœlum, cui terra patet, da scire latentem
Tempora quæ tantum variat fatalia, causam.
Cur mea sub metam primæ lanuginis etas
Desinit, in plures alijs extenditur annos,
Ut Pylio de rege ferunt, qui secula volvens
Iam tria quinquaginta altas ad Pergama puppe
Duxit adhuc armis, bonus, patiensq; laborum
Militia, facundus adhuc, nec mole senectæ,
Consilij vel mentis inops, nec seignior aeo.
Annosq; patres mundi primaua recentis
Progenies caniseros videre nepotes.
Et vetus ille auri dines ditißimus aui
Hesperijs quondam Rex Arganthonius oris,
Et quem fama refert hyemes vidisse trecentas,
Durum Martis opus, strepitumq; sequutus & arma
Gallorum sub Rege diu, quasi fædere facto
Cum vitâ, cum morte, ipso cum principe diuûm,
Longam aui traxisse moram, seroq; sepulti
Innumeros videre ortus obitusq; suorum.
Sanctus Abel quasi virgultum quod vere tenebit
Soluitur in flores teneris euanuit annis.
In cunis alijs primoq; in limine vita,
Ac si pœnitentiat diuîmq; horainumq; parentem
Cæpti operis, reddunt animas, retrôq; citati
Prolatos renocant intra mundi ostia gressus.
Talibus orabat dictis Recharedica proles.
Cum sic pastor ait. Cœli tibi debita postquam
Regna puer nostroq; venis fruiturus Olympos,

Liberim

ALPHONSI LIBER II.

23

Liberius tecum nobis licet omnia fari.
Ille sacer mundi vertex vbi sydera viuunt
Semper & accensi septem splendoribus orbes,
Tanta valent super agra hominum & mortalia membra,
Vi morbos & fata ferant noua viribus astra
Imbuit his pater ipse, suam præcellere tanta
Maiestate domum voluit, dum cogitat artis
Incorrupta sua, generi monumenta futuro.
Et quanquam cœli arbitrio præludia mortis
Sydera dispensant morbos, tamen author Olympi
Cum libet auerterit radios, prohibetq; periculum
Sauire in teneros fætus, vt debile gramen
Frondibus oppositis olitor defendit ab astu.
Vel si forte iuuat, dum cali noxius ardor
Prateriit, fæturam auferit, alioq; reportat.
Nam neq; cum diri labuntur ab aquore fluxus,
Omne solum inficiunt, verum loca certa, furentes
Accipiunt cœlorum iras, intatta supersunt
Plurima, quo si diuûm aliquem custodia transfert
Protinus euadit labens a sydere fatum.
Non secus ac fragilem è flammis subducere testam
Figulus, atq; pater natum depellere ab ictu
Impendente potest, tristemq; auertere casum.
Sed tamen affectus alios quoq; semen & alius
In sobolem transferre solent, vt teste vase
Ignibus ex alijs aliaq; vligine terra
Accipiunt alios habitus, aliumq; colorem.
Hinc aliorum alijs mores, diuersaq; surgunt

Ingenia.

BAPTISTÆ MANTVANI

Ingenia, ut iunctæ fingunt noua corpora cause.
Et quanquam membrorum animis natura repugnet,
Et trahere iunxit secum nitatur in omne,
Quod sensum delectat opus, tamen omnia mentis
Arbitrio (nisi segniciem) settata relinquat
Imperij sceptrum & regni diadema geruntur.
Ergo immortales animi terrena sequuntur
Corpora, & à prima veniunt vlgine rixa,
Gaudia, mærores, metus & sine sanguine torpor.
Hinc studia, hinc mores, & miliecoloria surgunt
Vota, per ambiguos hominem rapientia cajus.
Hic Veneris ruit in furias, sequiturq; canoram
Terpsichoren, hinc ille furens Læandrius ardor
Nec medijs extinctus aquis, hinc Septias Ero.
Ebria Læandro, percussa Cupidinis auro.
Terrificos alias conos, Martemq; superbum.
Quadrupedemq; agit in gyros, bastamq; trementem
Vibrat, & armatus fertur moriturus in hostes.
Aeacida Telamone satus, Salaminius Ajax,
Talis Achilleides Pyrrhus, Priameius Hector,
Talis & Aeneas, patrumq; Alphonse, tuorum
Progenies attrita armis, exercita ferro.
Inuestigat opes, alias, sub diuite tecu
Viuit inops, nec habet quod habet, miserabile nummi.
Mincipium, sic argenti cumulator & auri
Crassus, & improbior Crasso qui vulnera Gracchum
Seminecem aggressus plumbo caput ense reuulsus
Forsit, & affixum tereti circumtulit hasta.

Sunt

ALPHONSI LIBER II.

24

Sunt quibus est honor oë bonu, & præstantibus hoc est
Ingenijs commune scelus. Cinilia surgunt
Hinc odia, hinc ardent Marij, Syllaq; furores.
Gracchorum hinc fluit ambitio, Catilina venenu hoc
Hauserat, & tanto concussa est Roma tumultu.
Lina iuvant maculosa alios, indagine cingunt
Omne nemus, prædantur aquas, per inania tendunt
Retia, sollicitant valles, iuga, flumina, fontes.
Hinc Glauci, Cephaliq; labor, per lustra ferarum
Fulminat Actæon, latratuq; omnia complet.
Hinc strictis captiva freti pecharia claustris
Sergius, & magnis Neptunum molibus arcet.
Aedificant aliq; atq; trabes, ruituraq; saxa
Aere iugant, auroq; domos & murice pingunt,
Immemores cœli atq; sui, sic omnia miscent,
Nullaq; mortales opera intentata relinquunt.
Astrorum insidias Deus & cœlesti venenum
In prolem sauire nouam, partumq; recentem
Non prohibet, vita quoties iactura salutem
Fert animis, etenim parui mortalia pendit
Corpora, perpetuas amat ut sua pignora mentes.
Iamq; Tiphernatem Tyberim, Perusinamq; subter
Ibant arua, Pater cùm sic Audentius inquit.
Alphonse audendum, hic Iouis est vicina profundi
Regia, terrificus tenebrarum hic incipit horror.
Nam tristes vulturare animas mugire Barathrum
Audio, & inuitis vada olentia naribus hausi.
Forsitan ingressu primo paucor irruet, umbras

Cùm

BAPTISTAE MANTVANI

Cum cernes visu horribiles, & inania formis
Ora sub obscuris, gentemq; errare sepultam.
Nil tamen est hostile, anima spiciantur, & annos
Mente putant veteres, amissaq; tempora voluunt.
Hic tandem, quod debuerant dum vita manebat,
Conuersis in celum oculis, & supplice vultu,
Se agnoscunt, piget & lugent & pectora tundunt.
Horrori sola est nouitas, famosa per orbem
Regna Erebi, quis non saltem semel omnia quando
Tutum credit iter, studio inconcessa videndi
Perlustrare velit, Stygiumq; inuijere mundum?
Aude ergo, ac præsenti animo loca singula serua
Deprendes hinc esse Deum, mortalia casu
Non fluere incerto, fortunam & fata videbis
Inualidis contrâ arbitrium conatus ire,
Ac iuste puniri hominem, qui iura Deumq;
Spreuerit, & quanquam superis dum rescimus aurum
Vna habitent scelus & virtus, tamen omnia certis
Orbe alio dirimenda locis, fore premia laudi.
Et delectum operum ac meritorum examen habendum
Non procul ad leuam frigens & squallida mortis
Sub Soracte domus, cui dum regnaret, Apollo
Præfuit. Hirpini montem coluere Sabini
Manibus & Diti sacrum, soliti ire per ignes
Hirpini, & nudis calcare incendia plantis.
Mortales hucusq; licet pretendere gressus.
Ulterius prodire nefas, vitalibus auris
Terminus hic, mors hac ideo confinia seruat

ALPHONSI LIBER II.

23

Imperium extendens hinc usq; ad limen Olympi,
Regna ubi luna suo mortalia terminat orbe.
Ad dextram locus umbrarum, qua flumine sacro
Non lauere nefas primum, qui attollitur arcus
Ille ingens contra summoq; in limine flammis
Lambitur atq; globos nubilarum eructat olentes,
Porta domus Styg. & sub qua Plutonia late
Regna latent, vastis aita sibi sydere libra
Pressa voraginibus, squallidusq; adoperta latebris
Irremebilis, regnataathanibus atra.
Arctoæ penetrant rupes latuæ ostia quinq;
Vnde redundantes ubi compluere lacunas,
Quinque ruunt amnes spumant, mægerit astum
Illinc surda palus, iterumq; recurru in austrum
Ima magis, magna petens conuulsiva reclamant
Saxa, tremunt scabra cautes & flumina, tandem
Terraream penetrant chaos inscrutabile noctem.
His dictis mouere gradus, ut limina contra
Astitit Alphonsus gelida male olentia mortis,
Substitit, & tenbras oculis scrutatus inanes
Prospicit excursus piceo sub fornice longos,
Incertamq; diem, caliganisq; recessus.
In medio accumbens super alta cadavera, monstrum
Corpora lambebat fluido stillantia tabo
Monstrum ingens, cui flexilibus frons orba colubris
Cingitur effosiliquere sedilia dentes
Concreta, truncata de formia naribus ora
Ostendunt inhonesta cani duo verticis antra.

Impo

dd

Occiput

BAPTISTAE MANTVANI

Occiput aure caret, gemina sed utrinque cauerne
Semper hiant, tetroque fluunt in pectora tabo.
Verticis os glabrum, ceruix nodosa, lacertos
Nulla ligat iunctura humeris, sine viscere coste,
Arida membra sonant motu collisa, sub alio
Teffa sepulcrales Hydri posuere, cubantque
In thorace cauo, coluber, nepa, vypera, buffo.
Stant famulae circum dominam pallorque, timorque
Et dolor, & pestis, que nigro armata veneno
Obvia transadigit lethalis inguina telis.
Alcidem dedit ipsa neci, qui vicerat Hydram.
Qui Laphytas, qui Centauros, & cetera monstra.
Atque tridentifero febris metuenda lacerto,
Vulgatum & commune malum, quod fortia sternit
Corporas & extremis gaudens nunc ignibus ardet
Nunc tremulo contrita gelu stridentibus alget
Faucibus, & querit frigenti incendia tergo.
Et tenuis sine ventre fames, & semper hiulca
Fauce sitis, qua dum nostris pro finibus olim
Belliger Orlando Mauros contunderet armis,
Occidit, inuitus bello sitis aruit astu.
Et luxata manus, plantas nodosa tumentes,
Nobilium morbus, Medicos risura podagra.
Omne marasmorum genus, & sine voce synanche
Improba mordaci serpens prurigine lepra.
Et caput inuoluens nebulis lethargica moles,
Ferreus & Medica sopor incurabilis arte.
Et mentagra cutem maculis variata cruentis,

ALPHONSI LIB. II.

16

Et Plegerbontae veniens a flumine cancer,
Dira lues populans artus, liquor ignibus ardens.
Et senium vita occasus, medicabile sola
Morte malum, lux deficiens, contermina noctis,
Succedit cui nulla dies, consurgit in armos
Et cadit in pectus, rugis arat horrida membra
Laxa cutis, deret i male sustentata bacillo
Corpora circumfert genibus titubantia laisis:
Innumeraque aliae, qua circum viscera pasci
Aegra solent, haustisque animas excludere membris.
Sunt etiam qua aconita legant in cotibus orta,
Sunt qua lepta ferant Scythicum prope Thermodoontes,
Et bygys imbuta vadis testudine ab alta
Gramina suspenda:it, viro si infamia ponti
Gramina, queis olim Medica beneficā matris
Docta scelus, necnon Ithaci ducis hospita Circe,
Et Veneria quondam furijs agitata Calipso,
In varios rultus homines mutare solebant.
Hec regina iubet ferri ad coniuia regum
Cum genio indulgent, molli cum spumat Hiaccho
Inter furnantes epulas & viscera, crater.
Insidia, straus atque dolus, lethalia portant
Hec xenia, & flavo circumlita melle voluptas
Prima ministrarum verbis applaudit, & ora
Blandicijs aperiuntur, ingurgitat auro.
Discipi membrati in homines, congestaq; paßim
Intestina, solum his late obſibus albens,
Et concreta lute juncis & tabidus humor

dd 2

Inuisa

BAPTISTÆ MANTVANI

Inuisa atq; horrenda oculis spectacula prabent,
Olfactumq; grauant, odor est tētērīmūs antro.
Qualem busta cauis spirant congesta sepulcris.
Circumappensa gerit piceis domus aſpera toſis.
Scabra cruentatis olim mucronibus arma,
Arma quibus fama illuſtres belloq; ſuperbi
Occubuerē Duceſ, Mars implacabile monſtrum
Dira lues hominum, mortiſq; Erebij minister
Trifibis c' bellis rediens, ſuſpensa relinquit
Sedib⁹ his aeterna operum monumenta fuorū.
Hic cernuntur adhuc priſca Iōnīs arma gigantum
Cade, Palestino Dauidica ſanguine tintita
Spicula, Troiano Macedonica, Persica Medo,
Attica Thebano, & toties Romana Libyſſo.
Scuta tot & phagoſteretes, baſtaſq; abiegnas,
Et tot Amazoniastela inter Parthica lunas
Fert paries fluias quoſ haber noua meſis ariftas.
Multā quoq; ex bellī magno translata tumultu,
Quod populi Hesperie longos geſſere per amos
Perfidiam contrā Libycam, fraudemq; Eliberam
Inſtrumenta necis vexilla, baſtilia, & enſes,
Et galea, & clypei, & ſquammis thoraces ahenis.
In quibus agnoscens maiorum inſignia dextram
Sustulit, & dulci patrum lacrymatus amore.
Hic quoq; ſunt Alphonsus ait monumenta parent
O pater Audenti. Morſergō illuſtria fabba
Non abolet, ſuperat virtus & gloria mortem.
Tum ſenior nimirum inquit poſt funera ſenſus

ALPHONSI LIB. II.

27

Vivit apud ſuperos, & habet ſua p̄m̄ia virtus.
Sed que mortales claris decora alta trophaeis
Pyramides, arcus, ſtatuaſ, & ſigna coloſſos
Saxea componunt, formis vel abena ſuperbiſ,
Vna miniftrarum mortis depaſcitur atas.
Nam Deus hiſ dedit atates, & tempora, virtus
Non habet etatem, morti quoq; tempus & atas,
Certamenet, que mox ut erit labentibus annis
Acta, cadet monſtrum, & deformia membrafa thifcent
In cineres, ſimil & morborum exercitus omnis
Euaneſet, ubi flamarum emiſerit vndam
Vaſtatriſem orbis fracto Deus vltor auerno.
Hic & apud ſuperos igitur praeflara tuorum
Stant monumenta patrum, exuuias en aſpice gentio
Vandalice, Roma euileſ, que vicerat orbem.
Hac ſpolia e Gallis, haec eſt Germanica preda.
En Sicili maris, en Sardoi, en Parthenopæi.
Fleſte oculos, hi junt Libyci certaminis arcus,
Iſta Britannorum ſcuta, hac baſilia Maurūm.
Hac tormenta acres Numidae exercere ſolebant.
Venit hic ex Pœniſ aries. Alyanſor is ingens
Balteus hic geſtamenerat, quidcetera fruſtra
Connumerem, quando ipſe vides Saracenica tela?
Tinctaq; ſaclorum ſeptem ſudoribus arma.
Iamq; tua de gente nouus bellator ad arma
Bethyca Ferrantes properat, iam accommodat armos
Thoraci, caput ad galeas, ad tela lacertos
Afficit, ipſe Arabes, Auicennigenaſq; nepotes
Viuill d d 3 Vellet,

BAPTISTÆ MANTVANI

Vellit, vt elata pubes montana securi
 Eruit antiquas altis derupibus ornos.
 Gentis Aragonia surgit decus, imminet Aphris
 Vrbibus, vt summa speculans Iouis armiger aura,
 Cum videt alitum turmas errare per agros,
 In gyrum natat & fortiam pectore pugnam
 Concipiens, bello curuos accommodat vngues.
 Ipse potens vltor fidei, Mauortia vincis
 Colla premit, maris & terræ dominator habebit
 Regnū ingēs procul extensem, quid Achillea magnum
 Hectora quid memorem quid Vyssem & Nestora dicā
 Maior hic ad summos Augusti ascendit honores,
 Surgit ad imperium, vietas puer iste per vrbes
 Institia & pacis mores atq; aurea ducet
 Secula. Nudus adhuc paries quem cernis, ab ipso
 Expectat vestiri armis, & habere triumphos
 Hesperiae, nemo ex acauis hostilia misit
 Signa tot, aut tantum Maurorum in tartara vulgus,
 Talibus in mortis valvis heroa futurum
 Laudibus illustant, venturaq; tempora volvunt.
 Hinc via Picentes versum se obliquat, & auras
 Aspicit excelsis vbi Nursia manibus albet.
 Nursia, quam perlivent alto sub monte Sibyllam
 Claudere, & ex adyto sortes audiire profundo.
 Namq; lacus piceo nigrantem gurgite lympham
 Colligit, vnde solet magico incantata susurro
 Tollerere senubes, altosq; inoluere montes,
 Et tonitru terrere feras, & grandine fruges

Perdere

ALPHONSI LIBER II.

28

Perdere, & annosas vento discindere phagos;
 Rupe sub aëra scabris horrentia saxis
 Ostia sunt, quibus ingressos via dicit in umbras
 Tartarea similes nocti, mox lucida tecta
 Regales thalamos strataq; tapetibus aulas
 Inuadunt, vbi nympharum chorus ore nitenti
 Suscipit intrantes, niueisq; amplectitur vlnis.
 Hic stygi manes habitant, docti ora virorum
 Atq; puellares molli cute fingere formas,
 Ordiniq; dolos, umbris & imagine falsa
 Hec simulant, hominumq; aures ac lumen fallunt.
 Illinc ad tenebras Ercibi Ditemq; seuerum
 Est descensus, habet formosam Herodias adem
 Sanguine tincta manus sacro, comitata parentem
 Filia saltatrix veteres in nocte choreas
 Dicit adhuc, illis lemurum ferus agmina Pluto
 Mille dedit, qua mille modis vexare procaces
 Non sinerent animas, saltuq; per aëra ferrent
 Aſiduo, tales pendit laſciuia paenæ.
 Crudeles intus flammæ, crudelia carpunt
 Pectora, nec requies animis datur vlla proteruis.

Hac vbi visa satis, tandem se regia proles
 Flectit, & aduersa venit ad spectacula rupis.
 Intentaq; tuens acie videt ire per amplum
 Carceris umbrosi nigro sub fornice campum
 Somniferis animas tenebris & nocte sepultas.
 Ha quamuis calo careant ac lumine Phœbi,
 Nil tamen id pendunt quasi sub testudine cœca,

dd 4

Nati

BAPTISTÆ MANTVANI

Nati ac nutriti infantes, qui luria datectæ
Esse rati sibi perpetuam patriam p. taremq;
Inde putent exire, mori, atq; ex edere vita.
Tædia colloquij abigunt spaciantur in amplis
Cryptarum xistis, sub tofo & pumi: e coito.
Plurima de mundi causis, de semine rerum,
De cælo cœlijs vijs de principe diuinum
De virtute, graui inter se sermone loquentes.
Hæc antiqua domus, sedesq; innoxia patrum,
Quò Deus exuta mortals imagine forme
Venit, ut infantes animas referaret ab orco.
Id spacium tenebris & sola nocte molsum
Ne locus ante frequens statio fhabitata, colonis
Tot priuata dies & desolata maneret,
Asinibus primis teneros traduxit ad annos,
Qui labem ingenitam nullo absterere lauacro.
Maximus assertor populorum in limine Christus
Hoc sua discedens preßis vestigia plantis
Liquit, ut ad veterē calcato in marmore Romam,
Quæ monstrantur adhuc, & magno cum agmine Pluto
Factas, Atlantiade monitis, de principe Christo,
Certior, hic properans aditus occluserat istos.
Hic clamatum illud: ve, fratres attollite portas
Primates Erei, signum petis aspice sancti.
Quod puer ut vidit, teneram reverentia mentem
Et pietas & religio lacrymosa repente
Mouit, & accilius sancte dedit oculaterra.
Iamq; propinquabant foribus, cum regia proles

Legit

ALPHONSI LIBER II.

29

Legit in excelso signatum limine carmen.
Iustitia vtrici sui rum februojs Tonanti.
Legit & occultum gemiu exhalante dolorem
Lumina circumferi, cenuum videt vndiq; portis
Agmina certaim ruere, & se infundere circulo.
Circus enim sub monte capax, & maxima quadam
Area circuitu tangit tria limina magno
Mortis, Lymbi, Erebi, longe distantia træstu.
Sed tamen hæc inter portis hiat vndiq; tellus
Millibus, a superis vmbra quibus vndiq; facto
Agmine, certatim velut in mare flumina currunt,
Huc omnes animæ properant, buc omnia tendunt
Secula spirituum pelagus tellure sub alta est.
Errant attoniti circum per inane tuentes
Si quid forte viam inueniant, nullumq; videntes
Effugium, si opulis altæ testudinis hærent.
Non aliter quam si volvures claudantur opaco
Fornice, & extemplo insolitis clamoribus auceps
Obstrepant adducto feriens caua tympana plectro.
Ferrea marmoreos attollit ianna postes,
Fronte sub excelsa saxos ærupi, & alto
Tecta supercilio porrecti in cornua montis
Elevit, & circum piceos labentia postes
Sulfura cœruleo fulcant saxa afferat lapsu.
Exurgensq; niger fluido Vulcanus ab imbre
Surgit in albentes, luditq; per aëra linguis,
Et latera elambens serpit quæ labilis humor
Allicit errantes obliquo tramite flamas.

dd 5

Hac

BAPTISTÆ MANTVANI

Hac iter ad lethearum stagna atea paludum.
 Atria prima domus Stygia Patientia seruat
 Nocte dieq; vigil, cui quanquam nomina vocis
 Sint data fæmineæ, non est muliebris imago.
 Alcida similis facies, frons lata, capillo
 Nigricat impexo ceruix, cutis affera, pectus
 Lato vmbone patens altos ascendit in armos,
 Prolatumq; toris surgit pubentibus, aluum
 Contrahit, ignotum nullo genus indice sexu.
 Hirsum solidumq; femur, trabis instar acerna
 Tibia in ingentes talo tenus hispida plantas
 Desinit, horrescunt densis fruticantia setis
 Brachia, trita manus longæno incalluit ysu.
 Effigies procula, grauem de robore ferri
 Lauatenet contum, mota vocat agmina dextra
 Stentoreo clamore tonans, regnator Olympi
 Sciret ut intrantum noxas & nomina finxit
 Diuino claram ingenio, visuq; potentem
 Perspicuo, cui non aquila qua pignora soli
 Obiiciunt, non se valeant componere lynxes.
 Huic gemina comites, Spes & Metanea doloris
 Conscia perpetui, culpa memor ardet amaro
 Aegra animo, lugens oculos humore rubentes
 Soluit inexhaustos, sedet inter limen & aulam
 Sordida, tristis, inops, & amictu flebilis atro.
 Hac scelerum fasces a prætereuntibus vmbres
 Accipit inscriptos aut horum nomina et vrbes
 Distinctosq; locis quo quilibet ordine transit

Soluit,

ALPHONSI LIBER II.

30

Soluit, & annitens noctem irrequietadiem q;
 Cudit, vt armorum fabri in fornacibus altis
 Celtiberi, Chalybesve solent propæ Bilbilis amnem,
 Aut ubi dura gelu stringit vada pontus iniquo.
 Itibus assiduis sclera extenuata fatiscunt
 In cinerem, qui dum tracti labor aëris vndam
 Euomit, expulsus flatu evanescit anhelo.
 Nam bonus humana Genius custodia vita
 Tartareas contra insidias & bella Sathanum,
 Aeternus cum victa premit iam lumina somnus
 Omne legit fas atq; nefas, sic rector Olympi
 Ius sit, & in geminos redigens ligat omnia fasces.
 Atq; animæ tradens hac sunt tua, cetera dicit
 Sunt aliena, quibus dictis inscribitur omne
 Corpus, & appetit proprios scelus omne per artus.
 Furta manus mortesq; gerunt, & cetera membra
 Quod fecerit nefas, animi instrumenta maligni.
 Altera (Spem dicunt) facili minus Hernica vultu
 Accipit intrantes, verbisq; hortatur amicis
 Hac memorans. Quæ vos animæ dementia vestri
 Reddidit immemores? iterum ne occumbere latbo
 Forte timor? si corporea caligine pressa,
 Ignoratis adhuc restrum, modò corpore functa,
 Antiquum scitote genus, venisti ab ipso
 Patre Deo, nihil in vobis mortale relictum est.
 Vita placens fuit exilium, moribundaq; membra
 Carcer erant, nunc exilio, nunc carcere fractio
 Pos pater in patriam renocat, scelus igne cremandum
 Quod

BAPTISTAE MANTVANI

Quod fuit eterno, pietas breue fecit, & amnes
 Transtulit ad nostros, quia vult sine labore reuerti.
 Has igitur poenas, immo hac medicamina postquam
 Pertuleritis, erit vobis concessus ad astra
 Cursus, & ad cœlos iter inuenietis apertum.
 Hæc docuit germana Fides, quam rector Olympi
 Voce satam misit genus ad mortale regendum.
 Fidite succinatum pena est habitura dolorem.
 Expectata salu nullo cui terminus aeo
 Panditur, atq; bonum summa immortale voluptas.
 Talibus astantes suggesto affatur ab alto.
 Spes animas, quas diua manu Patientia & ore
 Conuocat horrentem stagni lustralis ad vndam
 Nominé quanq; suo, portisq; immittit ahenis.
 Audit Alphonsus cœco acclamatus ab antro.
 Cui senior, vocat ecce, vocat te, ianitor orci
 I puer. I cœli paucis eme regna diebus.
 I felix, & auum reducem saluere iubeto.
 Ille senis genua amplectens lamenta mouebat
 Suppliciter, lachrymisq; per ora fluentibus, inquit,
 Quas tibi, sancte pater, grates promunere tanto
 Promia qua tibi digna feram? tu ducis ad orcum,
 Tu mihi per noctem horriferam, tenebrosa per antra
 Solus ades, tu arcana altis abscondita terris,
 Tu cœli secreta doces, tua maxima postquam
 Tam facilem mihi te fecit clementia, rursum
 Paucia orare animi anxietas hortatur & urget.
 Ad superos rediens pete regna sororis Elisa.

Meq;

ALPHONSI LIBER II.

31

Meq; laborantem in pœnis per somnia fingas.
 Et fieri mihi sacra iube, miserabitur umbram
 Euigilans germana meam, memorare parenti
 Nil opus est nati crumnam, sati illa superq;
 Semacerans nostri memor est, immo omnia fingas
 Lata illi, curisq; egram lenire memento.
 Ad superos autem cum veneris, omnia diuūm
 Limina concilia Alphonso, cursuq; peracto
 (Namq; scies quando ablucio scelus igne piandum)
 Labore sancte pater cœlis, iterumq; venito.
 Iamq; vale & regnum Hesperie, patriamq; saluta.
 Dixit & ad dextra prono cadit oscula vultu.
 Annuit his ultro senior, seq; affore iurat
 Spem facie cumulans alacri, & sermonibus amplis.
 Hortaturq; viam vadat, tamen ille moratur.
 Atq; gemens, ô discessus crudelior, inquit,
 Morte mihi, ignotas rapior desertus in umbras.
 Te pater hic, tecumq; abiens mea gaudia linquo.
 O saltē memor esto mei, precibusq; iuuato.
 Si quid apud superos lachrymae & suspiria prosunt.
 Tandem abit ora rigans fletu, & suspiria fronte
 Sapè trahens versa patremq; Ducebamq; requirens
 Luminibus madidis, veluti cum excepta luporum
 Infidijs, frustra absentis balatibus agra
 Implorat pastoris opem, matremq; relietam
 Inuocat, illa feri rabiem prædonis auaram
 Detestata animo sobolem miseratur amaro.
 At senior loca iam superis vicina tenebat

Cœca

BAPTISTÆ MANTVANI

Cæca per antra volans, volucrīq; fugacior Euro
 Iam procul ætherei iubar aspiciebat Olympi,
 Cūm lachrymans Alphonſus adhuc trans limina Ditis
 Ibat, & ingressus multa inter millia fascem
 Primum rite offert rigidi censoribus orci.
 Censebant tum forte vmbras Arethusa virgo
 Atq; Agathe mites anima, Trinacrides amba.
 Nam neq; qui præsunt Erebo, simul omnia curant.
 Praefectura vices habet & suæ tempora seruat.
 Suggestum sublime tenent, fascesq; solutos
 Acribus inspectant oculis. Metanæ subinde
 Colligit attritu domitura piacula multo.
 Inspectio igitur meritis, insignibus vmbras
 Afficiunt certis, que cūm videre ministri,
 (Nam semper rapturi animas censoribus astant)
 Ad loca ut indicium faciunt insignia, raptant.
 Alphonsum vetuere rapi, sed cura nepotis
 Afferuant auro, reducem quem in littore cernunt.
 Signatus puer ingenti declinat ab vnda
 Tiebis, & à strepitu lemurum sine lege furcentum.
 Suspiciensq; videt demissam è rupe per vmbras
 Tergeminam triplici pascente thryallide flammanæ
 Lampada lucere, & patientem in marmore Christū.
 Et seriem trifitis cajus monumenta nefandæ
 Noctis, & Herodis nugas, confusaq; gentis
 Iurgia sacrilega, & dicentem iura Pilatum.
 Et Caiphantaes fraudes, & falsa volentem
 Ditta subornatis defendere testibus Annam.

Atq;

ALPHONSI LIBER II.

32

Atq; cruentato circumlabentia saxe
 Vincula, myrrhatos latices, mensamq; cadumq;
 Et Romana latus tela ingredientia sanctum.
 Procidit in genua, & supplex ab imagine pendens
 Perlegit incisum postremo in margine carmen.
 Non erat ante, viam Deus hanc ad sydera fecit.
 Surgit & aduersus latum circumspicit aquor
 Admirans simul atq; dolens, auditq; sonantem
 Flammariū crepitum, quali e fornace profunda
 Saxa igni torquente crepant, fragor vndiq; & ardor
 Cæcus, & obscura rutilant incendia luce.
 Non aliter quam quum media internubila nocte
 Luna nequit claros terris ostendere vultus.
 Est dubitans, atq; attonito pauet anxius ore.
 Nescit iter, recuncta putat maiora per vmbras:
 Ecce senex modò transmissò digressus ab orco
 Instaurabat annus fractas in littore vires.
 Qui caput attollens (etenim miseratus vtrunq;
 Sic Deus) affuerat, nati cognovit in ore
 Ora patris, subitaq; appellat vox nepotem.
 Alphonse, ingeminans nostro fate sanguine salue.
 Profilit hoc referens, artus pia cura labantes
 Adiuuat, & iuuenem letis amplectitur vlnis.
 Signa magistratus legit, & sibi facta potestas
 Ut visa in lachrymas fluit, ac rigat ora nepotis
 Fletibus, & nequit affectus explere tuendo.
 In puerò genus omne videt, reminiscitur omnem
 Progeniem & magnos antiqua gentis honores.

Res

BAPTISTAE MANTVANI

Res animo patriæ subeunt, subit aquore cinctum
Gaddir, & extrema Gades, & nobilis Hispal,
Corduba præstantum genitrix fœcunda virorum.
Barcilon, & lata qua dat cognomina terra
Tarraco Scipiadum labor, atq; fidele Saguntum
Pompeio, & cultis fornosa Valentia campis.
Et ripis vicina Tagi locupletis V'lyppo.
Hac tacito secum ore putans spelæa subintrad
Proximal littoribus, quæ Styx irata flementi
Proripitur cursu, & spumantem porrigit astum.
Ore diu postquam defixus in ora nepotis
Tandem in se rediit, compos linguæq; animiq;
Ingmit, & verso in cælum sic incipit ore.
Odulcem fav'lamq; diem votisq; vocatam
Supplicibus, quando hic aliquem de gente meorum
Cernere & affari casusq; & fara nepotum
Tandem scire datum. Fateor tibi nate, cerebam
Aegrius hoc quod solus eram, quod nullus ab orbe
Nuncius Hesperio, quod cœta atq; inuia claustra.
Mitius agnoso clementia numina) mecum
Nunc agitur. Tu nate mihi via prima salutis
Iam tecum Stygias iterum tentare paludes
Non metuit longis effeta laboribus atas.
Nulla grauis mora nulla porosus via longa riederis,
Diffici is ve aditus. Leti tranabimus ambo,
Et duce me vada tuta leg's fa ilemq; natatu
Quam diui docul're viam per Itagna videbis.
Eia age, quid superi tractanti? qua bella per urbem?

Qua

ALPHONSI LIBER III.

39

Quæ patruo fortuna, tenet qui proxima Gallis
Ac Pyreneas contermina montibus arua?
Ferrantes satus Alphonso qui regna recepit
Parthenopes fatis regna inuoluenda sinistris
Quid molitur? adhuc pietas antiqua meorum
Me sequitur? curant etiam mortalia manes?
Sic anns, & contra iuuenis sic regis orsus.

BAPTISTAE MAN- TVANI CARMELITAE THEOLOGI: ALPHONSI LIBER III.

*Agna, rudem pietas superum misera-
ta iuuentam
Dum mibi regnanti puero breue labi-
tur ænum,
Dona dedit, que cuncta foret numerare
molestum.*

*Sat tria, quæ postquam melius post fata recepi
Iudicium, maiora puto percurrere tecum
Sancte pater. Grates igitur debemus Olympo
In primis quod morte graues præuenerit annos,
Nec sceleri assueui, sed tum mortale reliqui
Hospitium vitæ ambigua, cum noxius ardor
Surgeret atatis, fieretq; nocentius ænum*

ee

Iam

BAPTISTÆ MANTVANI

Iam fidens sibi, iam spretis infrane magistris.
 Scis patriæ mores, scio tempora plena malorum,
 Scis iuuenium quoties cœpit regnare libido,
 Ingenium labi, & fieri in scelerâ omnia prouum.
 Præsertim cùm nulla timor peccata coërcet,
 Cùm trahit arbitrium leges, quo regia morbo
 Maiestas languere, solet, sic factus adulter
 Maximus ille pater vatum, si dicere fas est,
 Cui Deus à pecudum caulis ad regna vocato
 Scire dedit fata ignotis abscondita saeculis.
 Sic à fratre soror stupro incastata nefando.
 Sic Salomon post templa Deo fundata triformali
 Turpiter in luxus & numina vana deorum
 Degenerat, tanta ingenij præstantia forma
 Succubuit, tam paruo ingens ratis obruta vento.
 Quod mihi mox vita functo per concava terre
 Viscera, per cæcos aditus Audentius orbe
 Læpus ab atbereo comitem se prabuit, vsq;
 Limen ad hoc, curasq; graui sermone leuauit,
 Quod modo cum Stygias opus est tranare paludes.
 Tum pater occurris, qui me tam dulcibus vlnis
 Accipis, ut superes ipsum pietate parentem,
 Dixerat ille mihi veniens sic esse futurum.
 Et quod maius eo, nobis simul esse natandum.
 Barcilonæ & riguis geniosa Valentia campis
 Pingue solum, lati colles, Hispanica tempe,
 Stirpe tua sceptroq; tui gauisa nepotis
 Ocia sopitis tandem concorditer armis.

Morti

ALPHONSI LIBER III.

34

Morte mea, dulcesq; trahunt sine litibus annos.
 Namq; ego dura procerum me coniurata repente
 Sedrito regem statuit, per Ibericæ regna
 Belli causa fui nolens, nam fædere fracto
 Diuīsum imperium magnos extollere motus
 Cœpit, & irarum ardentes accendere flamas,
 Non secus ac freta diuersis spumantia ventis
 Cùm niger inuasit turbo, fremituq; sonoro
 Colluctantur aquæ, sonat æther, & aquora grando
 Verberat, arrectoq; ferit mare littora fluctu.
 Ut nolens peperi, nolens ita bella diremi.
 Gloria Ferrantes tunc & labor inclytus armis,
 Enituit primum, & quamvis inimica moueret
 Signa in me pro fratre, tamen quia gloria & ardens
 Laudis amor plusquam teneris vñ cuenit annis
 Non odium iuuenili animo, non cura nocendi
 Calcar erat, fieri ludos non bella putabam.
 Adde quod ut nosti pater, hæc non sponte gerebam
 Bella, sed impulsus (quid enim puer ausit) amaris
 Circumstantium animis, velut actus verbere turbo.
 Parthenopen dominam pelagi, Campanaq; regna
 Ferrantes quem dicas habet, per Iapygis arua
 Imperat, & fines latæ ditionis ab Aethna
 Ad Prænestis agros, & amæni Tyburis arcem
 Porrigit attingens Latiū, Danaæq; rura.
 Filius & socero felix & coniuge, fausto
 Nomine auum referens Italos Alphonsus in armis
 Fulminat, & nulli regum virtute secundus

ee 2

Impe

BAPTISTÆ MANTVANI.

Imperium Augusti iam maiestate gubernat.
Istius ut peribent ventura è sanguine virgo
Ausonides, virgo ante omnes pulcherrima nymphas
Nubet ad Insubres fatis Isabella sinistris.
Namq; patris primum mox exanimanda mariti
Funere, fraternalis obitus (crudelia plus quam
Ferre queat pectus tenerum infortunia) planget.
Ab miseranda parens in te lamenta redibunt
Erigones, in te Halcyones querimonia surget.
In te populeas referet fortuna sorores,
Vnaq; tot nuruum sortem experiēris acerbam.
Vincet onus graue mærorum constantia sexu
Fortior, & casu virtus excellior omni.
Fama quidem fuit, & fama male cognitus auctor,
Difficile Alphonsum paucos genitore sepulto
Regnaturum annos, proliq; obessa repente
Regna relictum, proli, cui bella gerenti
Gallica, maturo succedat auunculus ævo.
Publicus hic rumor, seu sint oracula diuum
Seu doceant sic astra, volans ea fama per orbem
E Latio ut memorant nostras peruenit ad aures.
Christigenas Qthomanus atrox premit. Hellade capta
Imminet Italia, per Iapygis atq; Timaui
Arua petit Venetos, tremit Adria, Roma senatum
Cogit, ut inuidis anus eneruata lucertis
Defendenda malos vocat ad sua regna nepotes.
Ut quondam pelagi sub Deucalione redundans
Illuvies, ita nunc terram scelus occupat omnem:

Rara

ALPHONSI LIBER III.

rara fides, eaq; agrotans, infirma, labansq;
Hoc caput, ista mali semper crescentis origo
Debilitat vires animorum, & pectora frangit.
Prætereunt anni, subeunt noua facula, morum
Colluicies in maius abit, seniumq; libido
Non timerit, & mundo scelus arescente virescit.
Talia dicentem subito circumstittit ardor
Aureus, arserunt imas ingressa medullas
Gaudia, permulcent alacres præcordia flamma.
Mæror abit, gliscunt animi, non amplius umbras
Non ignem glaciem vetimet, non rauca boatu
Fulmina terrifico, quibus indignata furentum
Laruarum rabies latum superintonat æquor.
Vnde ait hec tam late pater mihi labitur aura?
Quæ noua lux auxit vices? quæ tanta voluptas
Suscitat affectu? Iam subita dulcedine mentem?
Tum senior superis ubi sol cadit atq; resurgit
Iam tibi sacra dies à funere septima lucem
Primam aperit, Venus orta faces accendit ad aras,
Explicat auratos calices & liba sacerdos,
Nigraq; in albentes profert oraria mensas.
Ad templum parat ire soror lugubris, & atro
Vestitu magis alba pio tibi murmurat ore.
Religio mouet una omnes, longissima patrum
Fratre venit cum rege cohors, multo igne corusca
Templa sonant, Requiemq; altis tibi vocibus orant.
Me quoq; (nam pietas primum tibi morte recenti
Debita gentiles non præterit immemor umbras.)

35

ee 3 16

Ac nostros quos orcus habet, noua februa tangunt.
 Hec homines quoties iterant libamina vel cum
 Aere iuuant inopem vel numina sancta precantur,
 Aut auido minus indulgent obsonia ventri,
 (Sic Deus edixit) tali perfundimur aura.
 Diuinam sentimus opem, mite scit auernus.
 Exilium decrescit, habent febi ocia manes.
 Festa dies onus omne leuat, licet omnia fari.
 Et salibus maestos Erebi compescere luctus.
 His diuina modis pietas post fata sepultos
 Adiuuat, & tristes orci non deserit umbras.
 Propterea casu rediens Machabaeus ab hoste
 Immensum Solymas argenti pondus ad arcis
 Misit, opem focis qui cum virtute supremam
 Clausisset prolege diem, vestigia tanti
 Sancta duci seri non dedidicere nepotes.
 Ecce procul fulcans auras argentea flamma
 Emicat, & lento descendit in aquora lapsu,
 Sicut apud superos quoties in nocte serena
 Stella cadit longo ducens iter igne coruscum.
 Ecce nouum picea lumen testudine lapsum
 Lambit aquam, viden ut lapsu super aquora serpens
 Torrigitur longo splendorem amitiit eundo.
 Iam credi scintilla potest, visumque fatigat.
 Occidit, officio functum per inane recepit.
 Crebra suis veteres silicernia manibus olim
 Suppetiasq; dabant, nunc nulla aut rara feruntur
 Orgia, detractis sordent mantibus aras.

Fun.

Funeribus desunt lachrymae, delet impia sumptum
 Non obitum proles, irreligiosa sepultris.
 Posteritas tenui & rara pietate parentat.
 Hinc inopes viduae animæ vada liuida circum
 Errantes aditum ad superos & limina nusquam
 Inueniunt, Erebi frustraque feruntur in orbem
 Delusa labyrini haec ambagibus orci.
 Sic auis & iuvenis sursum mentemque oculosq;
 Attollens hoc dulce illud tellure sub alta
 Quod fore dicebat, veniens Audentius inquit
 At nunc scire datum. Sed tu pater ocia quando
 Lata dies nobis facit, & licet omnia fari.
 Dic age qui sperant animas post fata reuerti
 Posse iterum, sejq; suis ostendere rursum,
 Desipiunt? An forte Erebus sinit ire sepultos
 Arbitrio quoq; suo? Cum mente reuolu
 Quot Deus inuolucris, & quanta ambage viarum
 A celi aspectu stygium submouerit Orcum,
 Cum scabros silicum scopulos & ahena recordor
 Limina, & excisos aterno in marmore postes,
 Vix iter ad nostros ausim sperare penates.
 Tum senior licet hoc inquit tam immane barathrum
 Terrificumque chaos nobis absconderit astra,
 Cælicola tamen istius custodia regni
 Cum præstare vident, certos sua limina adire
 Nil prohibent, & nos in agenda negocia mittunt.
 Sed manes in vitam iterum reuocare sepultos
 Non superum sed patris opus qui condidit orbem.

ee 4 Ipse

BAPTISTAE MANTVANI

Ipse egocum grauibus bellis inuolueret omnem
Seditio Hefferiam, repetens discordia regna
Vix potui ex animis eradicare Megaram
Accendentem odijs populos & regia corda.
Nube latens regum ac procerum concilia adibam,
Consilijs occulte aderam, sub nocte silenti
Obijcens simulacra animis, suadentia pacem
Somnia fingebam, tandem tuus auspice tandem
Me genitor belli auctorem causamq; malorum
Abstulit aeterno fremerent ne regna tumultu.
Ne consanguineos reges in vulnera semper
Mars traheret, multis datus est pro milibus vnum
Aluarus, ipse animis stimulos dabat, atq; venenum.
Et veluti excisis quoties radicibus arbor
Aruit, amittunt ramosa cacumina frondem,
Sic simul ac fuit exclusus vitalibus auris
Aluarus, armorum strepitus cecidere per omnem
Hefferiam, pax atq; quies egressa repente
Venit ad Aethneas Tyrijs & Gadibus urbes.
Tunc tuus ardenti gladio metuendus & hasta
Ibat in arma pater bellacis Achilleos instar.
Et puer Henricus primis erat Hector in armis.
Sic igitur sano pacem dum prosequor actu
In Cosias deueni arces, ubi parvulus infans
Ferrantes erat in curvis, sub murice, & auro.
Regia Ferrantes soboles sata sanguine fratris,
Qui quandam rege extincto sine prole recepit
Lora Valentini Gallis contermina regni.

Ipse

ALPHONSI LIBER III.

37

Ipse patri tutela tuo me corpore functo
Fida fuit, regnumq; diu moderatus in armis
Claruit, & tandem iuueni inclinatus adulto
Reddidit imperium maius quam acceperat. Ergo
Auditahac pietate urbes populif; valentes
Delegere virum, regniq; in sede locarunt,
Hinc genus Alphonso, patrijs qui egressus ab oris
Venit in Italiam Campanaq; regna subegit.
Oratuens igitur generosa infantia prolis
Obstupuit, atq; diu suspensus ab indole tanta
Mirabar quantum puerो indulisset Olympus.
Venturoq; domus nostra exhilaratus honore
Talia dicta super picta incunabula fudi.
Cresce puer, forteq; veni bellator ad annos.
Quam primum galea patiens caput indue ferrum,
Cingelatus gladio, teretem citus arripe phagum.
Nec mora, bellatoris equi preme calcibus aluum.
Et Machometam gentem crudelibus armis
Obrue, in immanes populos sobolemq; cruentam
Impietas est esse plium, ne parce superbum
Debellare genus, quo nostra superfite languet
Tabescitq; fides, caeloq; illudit auernus,
Barbarus Almansor crudo de sanguine cretus
Terrigena Antai, referens alto ore gigantum
Corpora vasta, ferox Libyae regnator, Erembos
Finibus ex Arabia, Psillos, Garamantas, & omne
Massylum, Nomadumq; genus contraxit, & una
Castris, & in Hispanos tanto ruit agmine campos.

ec 5

Dumq;

BAPTISTÆ MANTVANI

Dumque parat manibus rabies infranacruentis
 Callaici sacros cineres violare sepulcri,
 Ecce fragor nimbosus adest, & ab aquore turbo
 Templa subit, spoliata aræ, tremuere columnæ.
 Et fulmen denubet tonans splendore sepulcrum.
 Circuit ignifero, scui quassata repente
 Intacta ducis, tabem effudere cruentam,
 Crudelemque animam fato exhalauit acerbo.
 Et quanquam immani quæcum Duce venerat omnem
 Barbariem e nostris Veramundus abegerit oris,
 Non tamen est facinus durum atque immane nefasque
 Immortali odio dignum caloque, Erebosque
 Inuisum, satis vltus, adhuc iniuria lesa
 Maiestatis apud magnum indeleta Tonantem
 Veruit, & illius parat extirpare nepotes.
 Sit tuus iste labos, hac sint exordia magna
 Laudis, in hoc vires ac tua pulvere virtus.
 Presit ut inuitis puer Amphitronius armis
 Et Thryges, & Lapithas, & Amazones atque superbi
 Terrigenam, Siculumque Erycem, sauroque bimembres,
 Sic tu due nepos (animus diuinat) Erembos
 Cede premes, sic fæd^r fragos populabere Mauros.
 Ora manus (video) signis concordibus arma
 Prospера significant, signis respondet Olympus.
 Cerno animos, cerno ingenium, victoria franget
 Scutiam, nec cæde hominum nec sanguine gaudes.
 Bella gerens ne bella geras, inuitus adarma
 Cum venies, studio venies pietatis, & aqui.

Armi

ALPHONSI LIBER III.

38

Arma prius completti animo, perpendere causas
 Metirique voles hostem, & cognoscere vires
 Ante tuas, quam bella in eas, mox agmine toto
 Pralia conserere, & rapido superare tumultu.
 Apera pacato post bellum incendia Marte,
 Te populi patrem domiti experientur, & vrbes
 Ad te configunt velut ad sua numina victæ.
 Sed caue, nam metuenda tibi magis ocia pacis,
 Quam labor armorum, pacem rege, vulnera nunquam
 Formidata feres, Mars insidiabitur ori.
 Tenua mors nati post gaudia magna repenti
 Lucribus inuoluet subitis, altumque dolorem
 Improvisa feret, tecum regna omnia casu
 Contristata graui longo in mœrore iacebunt.
 Non aget in lachrymus Hispania sola, sed omnis
 Hunc Europa diem, contra latabitur Athlas,
 Gaudebunt infidi Arabes, & Barbara tellus.
 Sed patere, hos Superiluctus in gaudia vertent.
 At neque de regni tibi successore timendum
 Prote sollicitos hac tanget cura parentes.
 Nulla expers fortuna mali, secum aduehit omnis
 Prosperitas infausti aliquid, spaciumque relinquit
 Intervirtutes alias ubi ponere posit
 Sedem aduersarum domitrix tolerantia rerum.
 Relligio tecum surgit, clementia tecum
 Nascitur & probitas, Astræa revertitur, omnes
 Hinc auferite dolos, ex orbe face site fraudes.
 Insidia procul ite, procul violentia migra.

Ad

BAPTISTAE MANTVANI

Ad Mauros discede timor, fiducia surgens
 Excudit omne malum nostris de finibus omen.
 Quis foris acta pari vates extollere cantu
 Quis iustè consulta domi decus atq; triumphos
 Pascit & armorum poterit? quo numina cultu
 Qua patriam pietate coles? Tu gloria regum,
 Tu decus Europa, Tu spes amplissima Romæ,
 Diue nepos tibi Thermoodon, tibi pontica tellus,
 Ora Trapezuntis, littus tibi supplicat omne
 Thraicum, Phryges & Cilices, Asiatica regna
 Omnia vbi antiquæ fidei monumenta supersunt.
 Grande nefas alijs ciuilia bella relinque,
 Christigenaq; tuos nullis preme cladi bus vnguam.
 Tu fidei defensor eris, Tu maximus author
 Pacis apud nos tristis, aliena per oppida belli.
 Nil magis optabunt vrbes, quando inclita facta
 Illuc fama feret quam te spectare Latinae.
 Si nescis vetus est nobis cum gente Latina
 Fædus, ab Hesperio venit Theodosius orbe.
 Et noster Traianus erat, duo lucida Romæ
 Sydera, belligeri duo maxima fulmina Martis.
 Et post Martis opus duo lactea flumina pacis.
 Talia conceptum pietas in verba furorem
 Compellabat vti, quoties corda entheo vates
 Soluit, & afflatam cœlesti numine mentem.
 Militia memor antiquæ belliq; laborum
 Quos tuleram, dum membra calens iuuenilia sanguis
 Viribus & solido firmabat robore corpus,

Arde-

ALPHONSI LIB. III.

39

Ardebam, & rigido cingi latus en se videbar,
 Et thorace tegi & complecti hastilia dextra.
 Tunc tua de partu veniens germana recenti
 Visa mihi, visa atq; istis gestata lacertis,
 Virginis ora nouæ iam tum Rachelæ venustas
 Imbuerat, pectus dederat Susanna pudicum.
 Fecerat ingenium Pallas, Iudea virago
 Ingentes animos, & amorem Porcia Brutii.
 Nec fontem nec nomen adhuc sortita iacebat
 Inter opes varias, & honos erat ultimus auro.
 Sic solet effluere in natos opulentia regum.
 Hic iterum magnâ captam decor indele mentem
 Impulit in verbis casus aperire futuros.
 Nymphaeum decus Hesperidum Tarteßia virgo,
 Regia progenies magnos visura triumphos,
 Cresce virum referens animis, & Elisabeth esto.
 Nec consanguineo dubites dare regna marito.
 Nubere neu dubita, si lex contraria tedis,
 Legibus humanis Romana potentia maior.
 Optima lex commune bonum, coitura salutem
 Regna ferunt, diuisa Arabi sunt præda superbo.
 Extinctu fratri enim Reginæ tenebris
 Imperium fortisq; viri comitabere pugnas,
 Sacra vobens tecum, totamq; Melampodis artem,
 Subsidium passis vesani incommoda belli.
 Iam te summa vocant montana mœnia Rhonda.
 Inclita frugifera te Singulis vobere glebae,
 Teq; Octanus apex, te Loxa virentibus agris

Expecta

BAPTISTAE MANTVANI

Expectat, te terra etiam bombicina petens
Vellera, te cocco diues Granata rubenti,
Et sita Menobijs in collibus oppida mille.
Dum nequeo affectus animi cohibere furentis
Hec & plura breui quo sunt ventura canebam.
Interea vicina polo dum labitur atas
Eia age lustralem lati aggrediamur auernum,
Iamque sonans fragorire iubet, custodia Ditis
Increpat, atque viam nobis astu imperat isto.
Ecce piger lacus inflatur, vada sancta subintro
Ipse prior tu nostra sequens vestigia serua.
Nam dextra leuaque cauis terra ima dehiscit
Fracta voraginibus, post me loca tuta secabis.
Sic ait, & sanctum supplex ita numen adorat.
O pater ardenter qui non exclusus Olympum
Circuis, & subiens infuso numine molem
Corpoream, magno mundi non clauderis orbe,
Diis antiqua suis regnum diuiserat atas.
Tartara Ditis erant. Cereris nuda & quore tellus.
Aequora Neptuni, cælum Iouis, aura sororis.
Omnia nostib[us] regna damus, rerumque potentem
Dicimus, imperiumque orbis tibi cedimus vni.
Tetimet Arctophylax, septem tua iussa triones
Expectant pauidi, tibi sol, tibi sydera prabent
Obsequium, tibi cælicola curvantur, & omne
Laruarum lariumque genus, qui tartara & orcum
Aëreosque tenent luna sub lumine trattus.
Tu cæli maris ac terra regnator & orci,

Omnipo-

ALPHONSI LIB. III.

40

Omnipotens, tua maiestas que continet, aquat
Omnia, finem adiunxens, pietate potentia non est
Latior, & equiparatus tuas clementia vires.
Nos igitur prepsi tenebrarum ambagibus altis
De pelago stygis vmbroso de horrentibus antris
Quae solem ignorant, ubi nox sine sydere nunquans
Definit, oramus veniam, de faucibus istis
Suspiramus, opem miseris concede, piisque
Huc extende manus, opifex opus erige lapsum,
Et faciles ostende vias, finemque laborum.
Talibus orantes dictis freta lata subintrant.
Regia contractu proles exterrita primo
Ceruleas trepidanter aquas ignemque ferebat.
Attamen ut raucis surdent clamoribus aures
Aethiopum, saxo præcepit ubi Nilus ab alto
Intonat, indigenaque minus graue murmur aquarum
Percutit, assuetis ita iam minus ardet in vndis,
Et tamen ardet, agunt aternum incendia vuinus
Aternum Tytio iecur est aeterna volucris
Rofra, & in aternas semper redeuntia penas.
Propterea iuuenis dum se reminiscitur vmbram.
Vnde potest, inquit, mortalibus eruta membris
Qua tactum visumque fugit sub Dite profundo
Mens signem glaciemque pati? qua tanta lacuna
Vis Stygia ut stimulos ferat immortalibus vmbrios?
Rerum opifex, respondit annus, flammamque geluque
Absidos inferna nostri instrumenta doloris
Instituit, morsusq[ue] dedit quo stringere possent

Sorde

BAPTISTAE MANTVANI

Sorde laborantes animas, quæ sorde carerent,
H.s impunè vadis, omnemq; errare per orcum
Ius dedit, & sceleritatum vada noxia fecit.
Istud opus natura recens mirata negauit
Iffo suum, nec tanta gelu; nec tanta calori
Ip̄sa potest, quæ tanta potest dare iura nocendi.
Vim quoq; nomine vides, qualē sortita animantum
Corpora sunt? quibus ip̄sa anima se absoluere nūquam
Ante obitum possunt licet offendantur acerbis
Supplicijs? Nam quando atrox in corpora morbus
Sicut in alta animi languor penetratia transit.
Hec animis miranda Deus duo vincula fecit,
Corpora & has ipsas Erebi quas currimus vndas.
Tantus amor, tanta ambobus concordia, tantum
Fædus, ut absoluī nūquam siunctas reuertit
Si disiuncta velint in mutua vincula semper.
Aethere & mentes non sunt in corpora prone.
Hoc minus in nobis, hoc nos disiungit ab illis.
Hoc facit ut per se mentes & corpora nullo
Cogente ingenij faciant concordibus vnum,
Nec possint coniuncta pati commercia solui.
Cernimus hoc ip̄si, quibus est in corpora pondus
Nesio quod, nec enim hoc habitus superaddita moles
Sed natura facit, quod non aboletur ab orco,
Sed venit ad superos, istud facit esse futurum
Vi sua disiuncta redeant in corpora mentes,
Arbitrio, non ut perhibent fatalis Olympi
Sed patris, qui & fortunas, & fata gubernat.

Cognita

ALPHONSI LIBER III.

41

Cognita sunt forsan superis ea tempora, nobis
Sunt ignota, latent altis abscondita causis.
Hoc annus Alphonsum gradiens sermone docebat.
Iamq; bis vndenis rojos patefecerat ortos
Solibus a primo rutilans aurora nata iu,
Quum fessi tardante luto flammisq; perutti
Deficiunt, & via osta labant, suffiria longo
Pressa solum gemitus, faro vt cum proximus eger
Vix retinet languentem animari flatuq; supremos
Exilium voce trahens pulmo a xiuis balat:
Lumina calligant, seruicibus ora caducis
Inflentur, aui facies in colla nepotis
Labitur, vt quoties aerenibus hordea culmis
Inclinant capita, atq; in se curuanur aristæ.
Ecce iubar subitum veluti cum fracta repente
Fulgura & vt longo nubes aperitur hiatu,
Effulget, radijsq; nitor plaudentibus ambos
Circuit, & placido fessi illabitur igne.
Lux oculis infusa subit per inertia membra.
Tum senior, tibi luna nouas pleno altera cornu
Inferias Alphonse refert, germana parensq;
Dona ferunt, tripli cīq; iuuant ope, munere sacro
Ac precibus, fas hic animum firmare labentem.
Talibus officijs recidiuum exurgere robur
Incipit, & volucri similes qua pabula nido
Dum vestigat agris, deprena furentibus austris
Atq; repentino ventosi turbine nimbi
Explicit ad solem plumas ad terga reuersum,

ff

Atq;

BAPTISTAE MANTVANI

Atq[ue] leni post victam byemen parat ire volatu,
Suscepsum graduntur iter, vicinaq[ue] plantis.
Nunc sola calcantur nunc fundo abeunte natandum.
Implicat alga pedes, piceus liquor implicat vinas.
Hic humili depressa tholo fastigia ponunt
Teila Erebi, paruoq[ue] absunt discrimine ab vndis.
Propterea fumante freto, nebulasq[ue] vomente,
Semper in angustis coeunt densissima claustris
Nubila, nec solitam fundunt incendia fuso
Suffocata diem, nox & chaos vndiq[ue] tutum
Claudit iter, sistunt pressis vestigia plantis
Vndiq[ue] lugentum gemitus & verbera longe
Incertis audit locis, ergo altus in armos
Sublato senior puero, quando ipse locorum
Gnarus erat gressu vada praterit arcta citato.
Dulce onus, & pietas alacrem fecere senectam.
Faucibus erupti camuris styga naribus haustam
Flatibus expirant longis, & in aquor apertum
Deueniunt, vbi rara diem minus occupat umbra.
Tum iuuenis miseratus auum, nulla insula dixit
Occurrut pelago in tanto, qua lassa parumper
Membra cubent? vbi te tanti conatibus haustum
Sistere, & inuenta liceat requiescere terra?
Tum senior, non est nostrum quod scindimus aquor
Nate nec Aegaea nobis modo cursus in vnda.
Nulla hic Ichnusa est, nulla hic Trinacria, nullae
Cyclades apparent, liquidum, tenet omnia sulfuris.
Sunt scopuli, sunt saxa tamen sed rara per vndas.

Fig:

ALPHONSI LIBER III.

42

Rige pedem, siste inuento vestigia fundo.
Nona rubens aurora diem ducebat, & altus
Ceperat aethereo abscondere lucifer ignes
Noitis apud superos certas vbi tempora servant
Inconfusa vices, vbi quantum noctibus aufert
Explicat in lucem mundi illustrator Apollo.
Mox procul audito senior clamore per auram
Sistitur, & suspenso animo vultuq[ue] leuato
Pellit ab ore cornam, vociq[ue] accommodat aurem:
Facto iterum clamore, sui iam nominis audit
Principium, certa finem non percipit aure.
Stant taciti, vox plena sono iam cognita toto
Proximat, auditur strepitus venientis & vnda
Piga parum fugiens lentos discedit in orbes:
A cilio pendente manu, caua lumina tendit
Ad strepitum senior, rupitq[ue] silentia rauco
Guttare proclamans, quantâ regemq[ue] senemq[ue]
Voce decet. Stygia o qui, quis me queris in vnda
O precor. o felix venias mihi nuncius, ad sum.
Apparet veniens gressu fessa umbra citato
Quantum lenta palus sinit, & viscosa lacuna
Obluctantis aqua, & longo vis fracti natatu.
Vicinum interea quod surgit in aquore saxum
Sulfureum quondam, venisq[ue] liquentibus ardens
Pumice iam scabro sine fulgure, & ignibus, atrum
Conscendere, rati (quod erat) quenquam esse suorum:
Illa videns reges, crebris vaga brachia iactat
Itibus, illatisq[ue] tenax aqua pendet ab vlnis.

ff 2

Accles

Accelerat veniens, scopulo iam proxima clamat
 Regales saluete animæ, saluete futuri
 Cœlicolæ, simul his dictis degurgite vasto
 Scandit, adoratis demum sic regibus infit.
 Opatrij Reges veteris si nomina Ciddi
 Audiuitis apud superos dum vit a manebat,
 Ille ego, terrarum populos audita per omnes
 Temporis illius fortuna & fata fuere.
 Me duce Ferrantes primum qui nomine tanto
 Claruit, in Mauros tunc omnia bella gerebat.
 Nomen id illius decus à virtute superbum
 Sumpfit, & omen habet faustum signatq; triumphos.
 Ipse Valentinas arces, amissaq; regna
 Quæ Libyæ infida gens illaudata premebat,
 Restitui. Bucharem Maurum qui fortibus armis
 Hesperiam delere putans traiecerat æquor,
 Perdomui, rabidamq; animam sub tartaramisi.
 Vnusq; verò pugna grauiore volentem
 Vlcisci fraternum obitum Bucharemq; peremptum
 Morte gradi domitum dedit hac mea dextera latho.
 At quia non oritur virtus nisi culta, scelusq;
 Sponte subit, sine labe solent euadere pauci.
 Utq; salutiferum tellus & inutile gramen
 Vna parit, sic virtuti virtioq; ministrat.
 Ars eadem, longis atas sudata sub armis
 Vnde insignis eram populid, per ora ferebar,
 Hoc dedit exilium, quod adhuc post quattuor acta
 Sæcula perdurat. Verum iam mitius angor.

Nec frigus nec flamma nocet, mora sola molesta est.
 Rursum ut Eoas ubi definit Indiæ terras
 Attigerò, custos Erebi me mittet ad astra.
 Latior occursu Ciddi armipotentis rterq;
 Venit in amplexus, mediaq; in sede locatum
 Compellare virum studijs communibus ardent.
 Tum sic cœpit annus. Dux insuperabilis armis
 Cidde, tua quod regna leuas labentia dextra
 Nonimus, & laudes nostras peruenit ad aures
 Ingens famatua, priscis annalibus inter
 Auricomos reges legitur tua maxima virtus.
 Quippenec Asonij Fabio, nec Achaica tantum
 Regna Themistocli debent, nec Punica magno
 Hannibali, quantum noster tibi Bethys, Anasq;.
 Tu generis pater antiqui, Mendocia proles
 Heroum fœcunda suo te in stemmate primum
 Collocat, & longo numeraris in ordine princeps.
 Caudice de tanto surgit sylua illa nepotum
 Indytæ, quæ gradiens tua per vestigia longè
 Creuit, & hinc veniens fausto puer Inachus ortu
 Terreferet, nam bella geret, bella ultima Maurum
 Ablatura caput, genus eversura Libyssum.
 Regius Asonias veniens orator ad urbes
 Cernet, & antiquæ scandet Capitolia Roma.
 Mox reducem, pulsis regio ciùm Bethycæ Mauris
 Venerit ad nos, domitor rex vicitor in arcem
 Ducet, ut accepto sedeat custodia regno.
 Quod verò dum bella geris, tibi plurima longum

BAPTISTAE MANTVANI

Murtis opus dederit Stygios abolenda per amissos,
 Nil reor absurdum, longa est mortalibus aquor
 Vita procellosum, multaque in rebus agendis
 Sunt scipolii, multaque vijs Symplegades artis.
 Adde quod in rerum cursu fortuna secundo
 Formidanda magis, tranquillo libera regno,
 Viuit in aduersis ratio, si leuisibus auris
 Sors ad veli venit, maior, ratione, libido
 Surgit, & incautam placidis nauem obruit vndis.
 Pluionem fugisse satis, de fluctibus altis
 Importum hunc, fragilem satis eduxisse carinam.
 Nunc memoranda vetor laudum monumenta tuarum
 Voluere, tu in locis his, cum leti habitabimus astra.
 At nunc unum oro, quoniam mibi semper eodem
 Calle reuertenti nondum bene cognita magna
 Regnandum Ditis. Tu qui stagna omnia lufras
 Fortior, & rerum maior cui cura nouarum,
 Fare aliquid, nam dira locos tormenta per omnes
 Fama refert, id magna etiam lamenta fatentur
 Vndeque, & audit atque vasto in gurgite voces.
 Tum Cidus, tua iam pridem vestigia sector
 Sancte pater, nam te noctem hanc fluctusque seueros
 Fama pati fuerat, vada sed minus alta, viamque
 Per facilem, tutamque sequi, tecumque nepotem
 Ire Acherontae debentem pauca lacunae.
 Sed Styx absiduis ventorum impulsu procellis
 In dexiram lacuamque tulit, pœnasque coegerit
 Cernere, quas meminisse horror. Busiris are,

Aes

ALPHONSI LIBER III.

44

Aes Siculum, Diomedis equiludibria, duri
 Eurysthei Mandata nugæ ac puerilia ludo
 Ac pastorali celebranda palilia saltu,
 Sed quid ego ex minimis monstrare ingentia pergo?
 Immunes & equale nihil valubre tyranni.
 Heu miserande puer, iuuenum si more fuisses
 Ausus opes praedari in opum, saevire veneno,
 incestare thoros, gladijs hauirire cruorem,
 inflammare odijs & seditionibus urbes,
 que loca, qui manes qua te arumosa manebant
 vincula, quæve inter stridentes verbera flamas?
 Quam bene florentes claudist tyrunculus annos,
 Ante venenatos vsu atque libidine sensus.
 Dum rude pectus adhuc, dum innoxia viuitur atas.
 Felices, qui ne in tantas descendere clades
 Compellantur, adhuc teneri infantesque, recepti
 Mollibus è cunis, grauidave parentis ab alio
 Ante diem rapti vitam euasere nocentem.
 Iose ego (non audita loquar) crudelia vidi
 Flumina, vidi ignem, & carentibus alta caminis
 Antra, quibus tantam exhalat caua Lerna mephitim,
 Ut procubet. ~~Tum dimidiatum pateratur~~
 Taliusque ~~pateratur~~ ~~longe~~
 Acrius, ac Libra subto basiliuscus arena
 Lata sub exquilijs oriens d'colle Quirini
 Tanarium penetrat subter Phlegethonta vorago,
 Ora patent quantum Herculeas distare columnas
 Fertur, & à Lixo refugit Tarteria Calpe.

ff 4

Introrsum

BAPTISTAE MANTVANI

Introrsum ruit in præcepsum immane barathrum.
Quomagis it pessum, tantò latus vndiq; curuunt
Vastius effundit jæse fundoq; capaci
Circuit ingenies maris vñq; ad littora campos.
Per gyrum specus immanis circum ordine ducto
Sæpius, ad summum rostris armatur ahensis.
Hi fixæ à femore, à lumbis, & ab inguine pendent
Insignes animæ, quarum illustrata superbo
Vita magistratu fuerat, quibus insula rasum
Velauit sacrata caput, gens sordida luxu
Fœmineo gens supratrix, & adultera, raptu
Incestuq; nocens, signant sua nomina quenq;
Et magnis iaciens notis ad pectora fulgent.
O quales quantosq; oculis dum singula lustro
Perlegi agnouiq; viros, quorum alia sepulcris
Celite laboratis multoq; micantibus auro
Membra cubant, qua sufficiens rude vulgus adorat.
Quicquid apud superos thalami sine teste silentes
Deliqueret, patet, nec habent velamina culpa,
Cuncta aperit secreta dies, ex tempore verum
Nasi tur, & veniens etas abscondita pandit.
~~Habent illi fons, aqua, nubes, rura, silva,~~
~~Rursum illi lumen, lumen, lumen,~~
~~Eadem illi portio, portio, portio,~~
Sunt quedam vacua incurvis mucronibus alta
Rvstra è tartareo nuper translata profundo,
Vulcani crudelis opus, candentia semper,
In medios abcent ignes, ubi sauior astus.

Huc

ALPHONSI LIBER III.

45

Huc fama illustres animas à Thybridis aliœo
Aduentare Erebo que sunt spectacula toto.
In medio confusa cohors iactata per ignes
Flancibus & circum rapientibus omnia ventis
Spargitur, intorto glomerata in turbine flamma
Dant fremitum, qualem Ionio niger incitat Eurus,
Quam Rhodone & Cretam, Peloponq; sonantia saxa
Verberat, & scopulos Ithaca, frontemq; Pachini,
Leucadaq; excelsam, & parva nemora alta Zazynthi.
Hinc sinus excurrens Campani ad flumina Sarni
Flantibus interdum Zephyris agitatur, & atros
Flummarum fumiq; globos conborquet ad ortum.
Vnde fit ut totis rapidos Vesuvius ignes
Euomat, & cinerem longè iaculetur adustum.
Hinc etiam cedente solo cana semita longum
Flectit iter veniens ripas ad olenis auerni.
Est Stygius vapor in latices expirat odorem
Su fureum, circumq; graui loca polluit aura.
Mille vijs umbra à superis examine magno
Certatim erumpunt altæ super oracauerna.
Et simul ac videreignes & inane profundum
Carceris horrescunt animis, retroq; reuerti
Dum properant, dense fugiunt per nubila turma
Persimiles auium gregibus quas proxima bruma
Colligit in cuncos, cum matutina pruinis
Abbet humis, mœrert q; aquilonibus arua niuosis.
Sed larvae prædandi auida fugitiua sequuntur
Agmina & in curuos digitis crescentibus vngues

ff 5

Atto-

BAPTISTAE MANTVANI

Attonitam plebem, & trepidi rudia agmina vulgi
 Corripiunt, ac flamarum iaculantur in vndam.
 Ipsiſ qui quondam coitus suaſere nefandos,
 Qui fuerant ſtupriq; duces, Venerumq; magiſtri
 Turpiter iuſtant, veterisq; opprobria vita
 Commemorant. Curate cutem, duramq; ſtriate
 Scabriem, roſeoq; genas accendite fuco.
 Dicitelibrato plantas extendere gressu.
 Atq; oculis nutuq; loqui, caput indice vitro
 Fingitor, atq; manus gemmis ſcintillet, & auro.
 Ite, ciet choreas Phrygio caua tibia cantu.
 Hic ſexus vtriusq; ardet, ſed muſula longe
 Amplius in molles Venus iſinuata medullas.
 Inuigilans etenim rebus natura creandis
 Concubitus steriles, & prole parentia furtiva
 Odit, & iſcirco Sodomea ſcelus acriter vrget.
 Eſt locus ad lauam vobis qui quaritis auſtrum
 Calle ſalebroſo labyrinthiacisq; viarum
 Flexibus excelsi penetrans caua viſcera montis.
 Feruidus inde vapor, noſtroq; ardentior igne
 Difficiles habet egressus, domus intima campum
 Explicat ingentem, qualis Balearibus eſſet
 Si ſimul exilio coēant duo littora ponto.
 Fundamenta ſuper ſilicium, vaſtosq; molares,
 Altius ac valeant oculi ſpectare videturum
 It laterum flexura tholo ſuſpensa rotundo.
 Exterius penetrat nubes, celumq; cacumen
 Peſinit in glaciem, nimbos vbi frigidus aēr.

Aſpe.

ALPHONSI LIBER III.

46

Aſperat, vnde pluunt nubes, vbi fulgurat atris
 Igneus e nebulis & fulmina nunciat ardor.
 Hic immensa caui penetralia carceris implet
 Ignis, & accenſo flammæ tonat impetus antro;
 Et per inane vaga ſerpens face fluctuat altum
 Vg; tholum, flexoq; aſtu latera omnia lambit,
 Expiratq; parum (ianta eſt violentia) facta
 Inter ſaxa aditu, cœloq; appet auernus,
 Sydera ſpectante noctu de puppibus altis
 Suspiciunt ea flamarum miracula nauta.
 Achenaum cratera vocant, Tyrrenidas illinc
 Summus apex, hinc Ionias procul afficit vndas.
 Igneus incluſus imis fornacibus ardor,
 Torret, & excotitas altum iaculatur arenas,
 Qua pelago excepta fluitant, ſummaq; videntur.
 Inde cauernosus generatur in equare pumex.
 Vidimus hoc horrendo animas ardere camino
 Stirpibus ambystis ſimiles, Ditiq; ministros
 Certatim iactare ſuper ſulfurq; picemq;
 Et miſeras vncis perſare tridentibus umbras.
 Qui gemitus, quam dura ſonent lamenta per antrum,
 Non opis eſt memorare mea, qua vidimus illic
 Cuncta fidem ſuperant, ſic culmine liber aperto
 Ignis ebat, ſi tempeſtas earumpat habenas,
 Fundamenta ſoli audebit conuoluere & aſtra.
 Viq; metu grauiore anima ſubigantur in imis
 Faucibus, annixa magno conamine larva
 Conuulſo de monte trahunt immania ſaxa,

Erutaq;

Erutaq; eiecant, & vi per inania pellunt.
 Pulsa grani stridore volant, illisa palato
 Mox strepitu grauiore ruunt, sub pondere tellus
 Ita gemit, saliunt ignes, immane barathrum
 Intonat, & longo mugit spelunca boatu.
 Hic coquitur scelus ira ferox, qua sanguine & armis
 Delectata viros furialibus incitat ausis.
 Ilic elata ingenia & sublimia corda
 Quæ vexere acies & quæ duxere triumphos.
 Vidi mus in uolui flammis. Theodosius illic
 Inter vulgus inops sine maiestate relictus
 Funera Thessalici luit inconclusa furoris.
 Sic strepitu strepitus, sic astu eliditur astus.
 Incipit ad collem fecit cui nomina Ianus
 Ianus apud veteres tenuit per regna Latinos
 Antrum ingens curuis penetrans Acheronta latebris
 Tendit ad occasum late, Cyminumq; subintrat,
 Sulfureisq; rigat Viterbia fontibus arua.
 Mox mare Tyrrhenum versus declinat in austrum
 Et sumante alio Pyrgos adit atq; Grauicas.
 Vidi mus hic curuo traectio guttura ferro
 Per spineta trabi nudos, per vitrea frusta,
 Per silices duras, per acuto marmora dorso
 Per nemora, atq; humiles succiso caudice truncos,
 Et rigidis tandem flagris ac verbere casos
 Rupibus ex altis subiecta in stagna rotari.
 Eductosq; iterum ac montana per inua tractos
 Precipites volui, ac iactari ex aere in vndam,

vndam

vndam exultantem, ac bullas feruore crientem.
 Mirabar tumidos (res vnu horrenda) dracones
 De tellure caua quosdam, de gurgite quosdam
 Sanguineo rictu atq; oculis flammantibus ire
 Impete cum tanto, & caeli capita alta ferentes
 Pellere surgentes squammoso pectore flutus.
 Et nigra ingentem signare per aquora sulcum,
 Correptasq; vocare animas, & biatibus atris
 Condere, & excretas iterum ab sorbere capaci
 Fauco famestanta est animarum ac tanta libido
 Cedis, & egesta decies totiesq; vorata
 Non satient vasti spatiofa volumina ventris.
 Funereis non est epulis modus, aquora donec
 Ingresi lemures vuljas e dentibus umbras
 Per cautes iterum, perq; aspera saxa volutent.
 Per vada per scopulos flagrans rabido ira veneno
 Insebitur, tortos ad tempora ventilat angues.
 Trux Nemesis volat vt iacto cita fulmine flamma.
 Ipsa superborum domitrix, gerit ipsa choragum.
 It comites acuens, furit agmine Tisiphonæo.
 He sunt difficiles anima quas dura coëgit
 Ambitio nimium sapere, & sibi fidere, leges
 Et decretâ patrum nil pendere, fasq; fidemq;
 Asseminus, rigidis frontem cervicibus altam
 Tollere, turgentes buccas, & grandia verba
 Rumpere, debellare parem, ridere minorem,
 Et iactare genus, nulli parere, suumq;
 Excusare nefas non castigare, nocentes

Censi-

BAPTISTÆ MANTVANI

Censura taxare graui, veniamq; negare
 Suppli.ibus, noua moliri tormenta, parare
 Arte Perillæ saeo in instrumenta dolori.
 Vidi mus ingentes laruas, membra sagittæ monstra,
 Triste Gigantæ ad opus sudare lacertis,
 Et ferram alterno trahere atq; impellere nisu,
 Subiectosq; secare artus, & dente cruento
 Frangere ad extremas supremo à vertice plantas;
 Corpora mirabar pédibus conuerſa supinis
 A trabe pendere, & rursum refecata coire
 Viscera, ſuſpendi rursum, rurſumq; fecari.
 Hi quibus in vita licuit torquere nocentes
 Crudeli officio nimium crudeliter vni,
 Quiq; procellosis in ſeditionib; olim
 Versati, doluere atrox ſcelus ante ſepulcrum.
 Hic rota in immensum radijs abeuntibus orbent
 Vertice Serreſſum ſuperat, qui templa fragofis
 Caſtibus, & duris adeundam anfractibus adem
 Nube modò abſcondit, modò culmine lucidus albo
 Pandit, & Hispanis aperit ſua mania nautis.
 Hinc atq; inde premit montes adamantinus axis,
 Quem gemini versant immani mole Gigantes
 Antiqua de ſirpe ſati, quum fœmina laruam
 Paffa laborabat ſub onusto pondere ventris.
 Littora calce premunt, aquant iuga frontibus, ora
 Ignea, flammigerant oculi, pro crinibus Hydri
 Circum colla leuant exertis guttura linguis.
 A mento coma frondosis procerior ornis

Definit

ALPHONSI LIBER III.


48

Definit in crifpa nigrum lanugine pectus:
 Incumbunt humeris operi, volat arduus orbis
 Tam volucri curſu, tanta vertigine, vt ingens
 Sibilus, auditu horrendus, caua tartara & ipſas
 Dite ſub obſcuro poſitas exterreat umbras.
 Curuatura lacum roſtrata tridentibus runcis
 Radit, & exangues animas rapit, atq; rotatas
 Circuitu ingenti trans alta cacumina montis
 Iactat in oppoſita ardentem conuallis auernum.
 Inde iterum ſimilis magno molamine raptas
 Machina conuoluens valide in rada primaret orquet.
 Hi ſunt qui ſibi non populis regnare volentes
 Ciuibus oppreſſis ſeſe fecere tyranos;
 Et caelo miſerante priuſquam deſinat atas
 (Quod rarum inuenies) mentem poſuere ſuperbam;
 Progenies hac ſera malis in ſacula tantis
 Langueſt, & inueniunt vix longa piacula finem.
 Sunt quoq; qui funda iaculisq; petantur & arcu
 Semper, & expectant nudis noua vulnera membris,
 Contractis gemebundi humeris & ſupplice vultu.
 Defelli, tremuli, attoniti ſpirantibus agré
 Fauciſbus, inſpiciunt fata impendentia ſemper.
 Nam Deus id genus erroris crudelibus umbris
 In graue ſupplicium dedit, vt mortalia membra
 Se nondum poſuiffe putent, dementia reddit
 Immemores, qui ſuprà alios ſapere ante volebaut.
 Nant per inane manus, vanisq; laboribus obſtant
 Miſilibus, feriente uno volat ecce per auris

Telum

BAPTISTÆ MANTVANI &c.

Telum aliud, trac̄toq̄ aliud iam mittitur arcu.
Nec requies nec mors leuat expectata dolorem.
Stant querno affixi clavis, per pectora adactis
Per femora & suras & per vestigia, truncu.
Hi soliti humanum gladijs haurire cruentum
Quattuor aeternos postquam exegere per ignes
Secula, supplicio tali excentur ad annum.
Sicilicet ut dura cruciati ab imagine mortis
Quæ fecere ferant, mox ad glauile trahuntur
A quor, vbi aquales pendunt in frigore penas.
Talibus urgentur fatis crudeliter ausi,
Qui scalus hoc animi latebris immane repotum
Ab condere diu, nec detergere fatendo,
Annua cum verni revocant ieunia menses.
Sed noxam lenta in plures mora distulit annos.



BAPTI.

49

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITAE
THEOLOGI:

ALPHONSI LIBER IIII.

Vsonios inter campos littusq̄ Sicanum,

Subter aquam pelagi subter Tyrhenidas vndas

Inclinat quæ prona riam Titania lampas

Tellurem ingenti cauat antrum immane theatro.

Absidibusq̄ altis tantos se attollit in arcus

Pelion ut totum concludere possit, & Othrym.

Ac iuga Bebryciæ retinent quæ nomina nymphæ.

Fata igni regio flammisq̄ furentibus ardet

Intus, & in culmen fugiens vagus ardor apertum

Fluctuat eructans nigras insydera nubes.

Ut fama est illuc proles Iouis Aeolus olim

Deueniens septem terras mariis aquore cinctas

Aeoliam dixit, quarum cel:berrima nomen

Regis habens primi Lipare Vulcana tellus

Attollit saxosum apicem, Eyciamq̄ Chimaram

Igne imitans celso vndantes de culmine flammas

Euomit, horrenda insolitis spectacula nautis.

gg

Plus

BAPTISTAE MANTVANI

Plurimus hic latis crepitans incudibus umbras
Vrget, & assiduo contundit malleus ictu.
Vociferant, sonat Inarime, dixeré priores
Esse sub ardenti tellure Typhoëa clausum,
Atq; gigantæ flamas accendere flatu.
Hic quibus incoctis simulare coloribus aurum,
Et furtim signare notis mendacibus ard,
Suasit avaritie nünquam saturata libido.
Hic nocturna luunt furtæ & periuria, & omnes
Diuitias vi, fraude, dolis, ac fænore partas.
Vidi & in obscenis scrobibus tenuis aure sepultos
Quos larue attractis in dorsum frontibus ora
Tollere, & inuitas fauces aperire coartant.
Diuisas clavis & abeno forcipe malas
Dissociant, atq; argenti feruentis & auri
Ac si ventosum latices mittantur in utrem
Pocula plena superfundant undante palato.
Tartarea noctis famuli plebs aspera flaccis
Auribus in scapulis versis in vultibus atris
Accingunt operi, pars longa bidentibus antra
Suffodiunt, suffossa alijs cæmenta legentes
Vimineos implent cophinos, onerisq; ferendo
Inclinamur, eunt gressu redeuntq; citato.
Attritosq; cauis humeros sub coribus aptant.
Aerea vasa parant alijs, crateras abenos,
Ferreat abra sinum latè extendentia, magno
Dolia ventre, lacus maiore, cauosq; lebetes,
Susceptura auri fluxum instrumenta liquentis.

Lam

ALPHONSI LIBER IIII.

Laruarum genus indomitum Vulcania proles
Expirans, nate, nare, oculis, ore, auribus ignem,
Stridentes salit ante focos, & lata piorum
Supplicij capitale odium & feritatis acerbam
Sanctiem exercent, pena genus omne vicissim
Experti tormenta iterant, que atrocius urgenter;
Pars satagunt cursus aperire, viamq; metallo
Expediunt râstris, ductumq; cana. ibus aurum
Excipiunt gerulis, & pocula dira ministrant.
Sunt qui ligna secent, longasq; securibus ornos
Demoliti alte cuneis in viscera adactis
Dilaniant, vnde eternis alimenta camini
Suppedinent, onus incurvus ceruicibus ingens
Subiectant, cumulantq; focos molimine magno.
Irritant alijs longis incendia contis.
Ligna crepant, scintillarum creber emicat ardor.
Humida si nimium cœse modo robora sylue
Ignibus obsistunt, stipulis arentibus instant,
Taurinos adhibent folles, cineremq; per atrum
Genua trahunt, pronisq; vomunt e faucibus auras
Solliciti mora ne miseris ferat villa quietem.
Sicut orquetur opum improbitas turpi anxia questus;
Quesitusq; tenax, Nec non qui dissipat aurum
Prodigus in luxum, vanoq; superfluit us,
His coquitur flammis, vt cera caloribus hisdem
Liquitur, & durescit humus, sed mitior Orcus
Hos premit, vt media minus à virtuterecepsit
Id vitium partitur enim, non surripit aurum.

gg 2 Rupie

BAPTISTÆ MANTVANI

Rupe sub excelsa crescentis in aëra faxi
 Fronte quod incurua scopulos & cornua longæ
 Projiciens caput extendit, casumq; minatur,
 Terra hiat, & late ardente facit area circum.
 His distincta focis subter flammatibus altis
 Subixa in tripodum fulcris fixoria tota
 Ampli sedent campo, murmur strepit vndiq; raucum,
 Stridenti q; caue fumant sartagine cautes
 Flamma sequax lambit nubem feruentis oliui,
 Caruleumq; agili flexu depascitur imbre.
 Huc tristes niger ex magna fornace minister
 Ucimatis, & stridulo pauidos exenterat ense,
 Seminecesq; artus in vase sonantia iactat.
 Extendunt alij craterem natantia magno
 Corpora, dentatoq; premunt salientia ferro.
 Hoc viduas inopes, & patris egentia cura
 Pignora prædati triste inuenere lauacrum.

Pars Libyes abit in dextram, cui nomina fecit
 Mater Aritæi, geminas vbi Ruspuma Syrites
 Proficit, & Tyria veniens ab origine Leptis.
 Hic latet, & serpit nigros vspq; ad Garamantes
 Præceps sub tellure pœcus strata ignibus atris,
 Serpentum domus, & trucibus stabula alta venenis.
 Omne quod Aethiopæ sub adusti sydere cancri,
 Omne quod Aegypti Nilo stagnante lacuna
 Virus alunt, quod desertis habet Aphriæ campio,
 Aphrica montrorum genitrix, vbi Iuppiter Hammon,
 Hic habitat, colubri magnis glomerantur aceruis.

Sesilia

ALPHONSI LIBER IIII.

52

Sesilia ardenti scintillat lumine buffo
 Ventre bouem referens, & hinc dipſades ore
 Sauaq; multifido cornu portenta cerastes,
 Hydromq; greges, & longa armenta draconum.
 Amphibibena biceps & formidabilis ictu
 Apis, & inflatis Prester qui fauibus astum
 Expuit immensumq; trahens Hamorrhois orbem,
 Piota cutem scytale, turpi Boa flexilis aluo.
 Molobrenis seps, peste ingens, nec viscera solum
 Sed simul ossa vorans, clades famosa chelydrus,
 Cenchrus, & emoriens infusto viperæ partu.
 Et Natrix inimicus aquis, flauentio arena
 Acmulus Hammodites, omnes simul agmine facio
 Corripiunt inopes animas, & dente per artus
 Pettifero grassantur, agunt in guttura rictus.
 Nam prius intorto versata volumine cauda
 Membra ligant, tum merso intrant præcordia retro.
 Discerpunt alij defixo in vulnera morsu
 Viscera, & euulsi rabies immegritur extis.
 Auribus arrestis alij stillantia potant
 Hulcera, pascuntur sanie, & putredine viuunt.
 Vidimus angusto dictas à frumento lingnas
 Funer trahi, pressisq; sequi cervicibus umbras
 More boum, stimulo cum terga sequentia verso
 Præuius ad vacuum temonem inuitat arator.
 Necnon & frænis quosdam fumare cruentis,
 Et versis in humum volis reptare per ignes.
 Hoc est infelix hominum genus, istanefandi,

88 3

Collu-

Colluies vulgi stygio lactata veneno,
Cui grauis est alienus honor, quam gloria torquet,
Quam laus offendit, quam nil nisi triste & amarum.
Oblectare potest, qua suscitat arma mouendo.
Insidiatrices linguas & noxia verba.
Heu crudelē nefas, & inexitabile virus,
Natura scelus inuisum, teterima pestis,
Detestanda lues & inexcusabile crimen.

Longus ad Aegypti stagnata patubibus arua
Limes, & intorto via flectitur inuia gressu,
Plurima transiliens cœcis labentia ripis
Flumina, & ignotis ortos e fontibus amnes.
Tum geminas aperit fauces, porrectaque longe
Brachia complexu coëunt falcata rotundo.
Aethiopum vicina solo, supposta calenti
Sollitudo & nimium feruenti torrida cancro,
Indiq; puniceis spaciun carbonibus omne
Sternitur, hic duro rigidi de robore ferri
Multæ sedet crates cubitis suspensa duobus
A tellure, minor capit agri iugera centum.
Littores erebi turba implacabilis vrgent
Exangues illuc animas, vexantque catenis
Implicitas, & nodosis complexibus arctant
In tergum cadere, & flagris dare pectus & aluum,
Posteriora igni flammisq; & verbere plecti.
Solutur assa cutis, pingui pluit imber adusto.
Exhalata focis nubes coit, attaque vento
Cum nidore procul rapitur, penetratq; sub alta

Tartara & elatis venientem naribus auram
Cerberus olfaciens lambit tribus aera linguis,
Vociferant, strident, vululant, dumq; intima carpens
Exta vorax etiam praecordia corripit ardor,
Inmixta cubitis certant extollere lumbos
Incassum & ulnes, & contra vincula pugnant.
Aera crepant collisa, gemunt sub pondere crates.
Ore truces, ira violenti, atrocibus armis
Stant circum volitantque super, strepitumque minaci
Verbere compescunt lemures, sudibusque recurvis
Injultare vertant, & ferre incendia cogunt.
Et quoties clamare parant, lemur oxyus aura
Ora petit sudibus, prohibetque occludere fauces:
Mox comites cinere ardentib; & torrente fauilla
Vocem inhibent, prunam atq; ambustos mandere torres
Dentibus inuitis rictuque vrgentur hiulco.

Sunt larvae quibus id cura, est ut pingue suillum
Præfigant veribus, fluidoque in fomite flammas
Accipiant, liquentque super fumantia membra,
Flamma pluit, longe stillant in corpora gutta.
Hic premitur parasitorum, lurconum, epulonum
Colluies, soliti mensis saliaribus aluum
Tendere, lauit iamque sequi, mensasque dapales.
Immunda infamesque anima, illaudabile quondam
Vulgus, ad has epulas & ad hac conuinia missum
Ante iter ad superos, hac sunt præludia ad astra.
Vna (genus taceo ad superos ne forsitan vnguam
Fatti rumor eat, virosque infamia tangat.)

BAPTISTÆ MANTVANI

Vmbra inter plebē hanc olidam tunc forte parumper
 Libera, dum studio reparandi incendia lictor
 Comprimit. Aeolijs vndantem follibus auram,
 Ut me conuertens acies agnouit, aborto
 Ingemuit fletu, lachrymisq; cadentibus inquit,
 O quondam vicin meis Cidde inclyte regnis,
 Ille ego Rex qui tantus eram, qui tanta mouebam
 Bella per Hesperias, Alemannorumq; per vrbes,
 Sic crucior, magno ætherei sub principe mundi
 Personæ nulla est ratio, valet vnicar virtus.
 Pauca licet fari, ad superos si quando redibis,
 Fac precor agnoscant qua sint tormenta sepultis.
 Nam pleriq; omnes qua de Plutone feruntur,
 Quæ de Dite legunt, istis commenta diebus
 Vana putant, hos rumores, hac somnia vitent.
 Ingluviis habet has mensas post fata secundas.
 Dixerat, exemplò lictor volat agmine magno
 Vulturis ora gerens, vestigia prima leonis
 Ultima bellatoris equi, nigrantibus alis
 Vesperæ auem referens, & quem tenet vngubus ignem
 Coniicit in fauces, digitisq; arat ora cruentis.
 Ipse fuga celer evasi. Dum catena lustro
 Scire locos omnes cupiens auidusq; videndi,
 Littora transferam spumante rubentia ponto,
 Quæ Solymi fugere patres Pharaonis acerbum
 Imperium, segnes fruticans vbi gleba colono
 Reddit apud nigros Arabes, Nabathæaq; regna.
 Continuo per speluncas audita gementis

ALPHONSI LIB. IIII.

73

Vox populi confusa, velut si multa virorum
 Millia plorantum coëant, vestigia presi
 Horrenda ignota tremefactus imagine noctis.
 Obstupui mente amissa, nam lurida nubes,
 Latrinalis odor de luce parentibus antris
 In faciem spirans, animam conclusit in imo
 Pectore, & obessa cessavit anhelitus aura.
 Mox assueta ferens agrè minus antra subiui.
 Ecce cateruatum languens incedere vulgus
 Intueor, stimulisq; boum de more per vndas
 Acribus vgeri, nouame ad spectacula sisto.
 Post immane latens saxum quod rima debiscens
 Parit, & admittit visum discriminè paruo,
 Observabam oculis, ut præterière latenter,
 A tergo tacitus lento sequor agmina passu.
 In steriles venere agros & in aspera dorsis
 Iugera marmoreis salebrosaq; coribus arua.
 Hic animas ad plastr'a iugant, & lora ministri
 Ferre a circundant iugulo, iuga ferrea collo.
 Stridentesq; rotas onerant, mox terga cruento
 Atq; nates mucrone premunt, per inertia taxa
 It per inaequales scopulos via, ferreus axis
 Pondere sub tanto stridens accenditur, orbe
 Scintillat conuulsa silex, labor iste quietem
 Nescit & assiduum lenit mora nulla dolorem,
 Donec frigentes animas ignava relinquit
 Segnices, multoq; madens sudore fathiscat.
 Ha residet vmbra, quarum praecordia torpor

Vox

gg 5 Occupat

Occupat exanguis, somniq; ignavia mater.
Sunt alia plures dextra lauaq; latebra
Quas numerare labor. Calor hattenus, vltima regna
Frigida, & in Boream longo vergentia flexu,
Atq; iterum amroram sinibus repetentia curuis.

Verum ea que fando celeri transegimus orsu
Non scelus omne lauant, sed quod radicibus altis
Fortius amplectens animas adigebat in omne
Grande nefas concreto habitu, longoq; trahebat
More catenatam circum malagaudia mentem.

His culpa vulgaris onus, cum falsa voluntas
Blandimenta sequens cadit & peritata resurgit
Nec iacer in quiete, sed lamentata ruinam
Non satis, vrendum facinus post fata relinquit,
Exanilitatur aquis, cursuq; abstergitur isto.
Extirpanda mali teneris plantaria in herbis
Mortales adolere sinunt, & surgere in altum
Persimiles agro, qui dum primordia morbi
Negligit ignorans facit immedicable vulnus.

Talia narrantem roseo superastitit ore
Spiritus infantis similis, cui lactea colla,
Aurea casaries, gemmis toga diues & auro,
Pectus & os illustre, velut cum nocte serena
Lucifer ascendens flagranti, sydere pontum
Verberat, & tremulis ardens scintillat in undis.
Atq; leui plausu alarum suspensus in aura
Sic ait. O segenes anime, qua tempora fando
Perditis, & lingua studio indulgetis inani,

Pos incautus amor, pietas improvida fallit,
Ista quies annis aliquid felicibus aufert,
Tanta viatori mora noxia, Jerius itur
In patriam, cum dulce aliquid cunctatur euntem,
Dixit, & ambrosia gutto caput, ora, lacertos,
Pettus & albentes humeros irrorat eburno.
Continuo vires odor excitat, irrigat omnes
Latitaneruos & dulci ardore medullas.
Talibus exciti monitis & rohore matii
Ire parant, fletu in teneris complexibus orto
Oscula dant, cursumq; via tenuere priorem.
Ita triumphales anima clamabat eundo
Cidus, in elysij (requies illa vltima) campis
(Vos quoq; nostra manet) superas feliciter arces
Querite, & antiquos reges saluere iubete,
Ferrantem ante alios, alios procul assonat Echo.
Ventum erat ad cancri metas ubi signifer vrsam
Deserit, & Titanis equos conuerit ad austrum,
Aethiopum subter campos & torrida regna.
Iam Stygis atq; Acherontis aqua post terga relitta,
Et letheia palus, Cocytiq; ampla secabant.
Aequora fessi iterum longisq; natatibus agri.
Iamq; pruinosus Cybeleia festa nouember
Egerat, atq; dies aderat sacer omnibus umbris.
Ecce procul, quæ prima patet Stygis ardua magno
Porta aditu, scabroq; alte suspenditur arcu.
Lumen adeat, etenim veniens ex astre diuim
Santa cohors septem radios accepit ab orbe

BAPTISTAE MANTVANI

Solis ut obscuru lucem praberet auerno.
 Sic igitur detecta Erebi squallentia regna
 Tota semel patuere, sinu tenebrosaq; dudum
 Lustra dies aperit, vapor exhalatus ab vndis
 Cedit, & immesso sub tartara pellitur austro.
 Iam minus inferni mugit fragor, occidit ingens
 Murmur, ut extinctis quoties aquilonibus equor
 Sternitur, & fremitum cessans premit vnda sonantem,
 Tum superi qui lucis erant velamine clausi
 Humanos ineunt vultus, & mobilis aër
 Cogitur in vestes, sarrano intingitur ostro.
 Dicitur in gemmas, & mille coloribus omnem
 Accipit (ut visum est diuis opus esse) figuram.
 Sic superum natura potens elementa gubernat
 Arbitrio vertenda suo, caput aurea vestit
 Cesaries spargens ductos ex crinibus orbes
 Sidereum circa pulchro curuamine frontem.
 Nectare & Armenio vertex perfusus ammomo
 Electri splendore nitet, coma pressa coronis
 Auretenus, tortisq; fluens vndos aper armos
 Vorticibus, sentit spirantem leniter auram,
 Motaq; nunc ceruici hæret, nunc mollibus vndis
 Fluctuat, & collo rediens applaudit eburno.
 It chorus alternis modulans, abscondita longe
 Antra subit cœlestē melos, iam verbera cessant,
 Iam lemurum languescit opus, lenita videtur
 Ira parum, veluti quando, nisi fabula mendax,
 Orpheus umbrosi petijt vadaliuida mundi.

Carmen

ALPHONSI LIBER IIII.

Carmen erant: Pulsū lemures, longēq; fugati
 Per maria & montes, per inane, per inuia terra
 Viscera, compositæ primæa ab origine fraudes
 In mortale genus, prebiq; tyrannide longa
 Terrigenæ diuorum iræ, indignata Tonantis
 Numina, & egressus pro libertate suorum
 Rex in bella nouus, proaui Phlegethonis ab alta
 Nocte reuertentes, renouataq; sacula pulso
 More vetustatis, Solymanoua templa, nouiç
 Pontifices, mactanda alias noua victimæ ad aras.
 Purgandis via facta animis, sancta piando
 Lex sceleris, & certis requies concessa diebus.
 Cantibus his lenite animæ, Belialibus umbris
 Hec inuisa quies, audent culpare Tonantem,
 Quod sibi non constet, quod nunc deseuiat iræ
 Impatiens, nunc fæminea pietate fathiscat.
 Sed leue iudicium linguis ac murinura vulgi
 Et ridere bonus solet & contennere princeps.
 Verja Erebi natura, prius vada lubrica tergo
 Duriciem traxere soli, iam peruvia Lethe
 Fert iter, & solido portat vestigia campo
 Concretis Cocytus aquis, Acherontica cursus
 Flumina suspendunt, tacitoq; induruit amne
 Vnda Stygis, præcepis Phlegethon silet aquore surdo.
 Amphitheatralē circum facit arca vasto
 Circuitu, medium dirimit via limite revio.
 Hinc cauea & statio vulgi promissa, patrum
 Hinc locus, & sancti sedes orchestra senatus.

Sordi-

BAPTISTAE MANTVANI

Sordidus aulæis non quæ fecere Britanni
 Textilibus lanis, neq; Tentonus accola Rheni,
 Sed melior diuīm manus æra pingere formis
 Docta coloratis, paries operitur, & auro.
 Absconditq; situm scabri sub murice saxi,
 Longa quoq; Attalico vestita sedilia cultu
 Horrofem Stygis auertunt, curuatus in arcum
 Altius assurgit turbamq; leuatur in omnem
 Diuorum accubitus, qui cum rectoribus orci
 Ad festam venere diem, nam magna quotannis
 Hac ad festa cohors superum descendit Olympo,
 Solatura suos ac defensura clientes.
 Prima magistratus sedes, diuī ordine longo
 Hinc atq; hinc sedere locis insignibus omnes.
 Mox antris vulgata quies, tormenta maloſq;
 Præco abigit manes, perq; omnia compita pacent
 Aere iubet, magnōq; tonans facit ocia cantu,
 Quo insouere procul Ditis caua regnd profundī.
 Exemplò attoniti lemures fugere sub alta
 Tartara, persimiles coruus, qui sparsa per agros
 Mars vbi crudeles bellando exercuit iras
 Corpora pascentes, hominum si turba repente
 Ingrasit, confessim alis tolluntur apertis,
 Et nemorum densas crocitās natat agmen ad vmbra
 Oblita, pœnarum anima, lictore fugato;
 Exiliunt claustris, & quæ iuuat ire feruantur.
 In voces scintillat amor, gestire voluptas
 Iincipit & latas vegetant noua gaudia mentes.

ALPHONSI LIBER IIII.

36

¶ quoties hymenæa epulis conuiua lautis
 Accendere animos, primoq; præmia cantu
 Iam sonat inflato Berecynthia tibia buxo.
 Murmur inæquali strepitu fremit, altius illic,
 Preſiūs hic, inēcunt lati commertia manes.
 Vndeq; odoratis ſpirant afflatibus aure,
 Ceucum vers nouo Pestana rosaria cultu
 Puniceo rutilant, vel cùm florentis Himetti
 Per iuga flant Zephiri, vel per iuga fertilis Hyble.
 Nescio quid cœlitellus habet, omnia rident,
 Concentus choreæq; ſonant, numeroſa choræales
 Carmina voce canit, digitis caua tympana pulsant,
 Talibus officijs diuī ſua gaudia certant
 In manes transferre pios, dolor omnis in alta
 Tartara contractus miferas premit acrius vmbras.
 Conueniunt animæ fræctis ad compita vincis,
 Veſtigantq; oculis ſi quem fortaffe ſuorum
 Conſipiant populo in tanto. Dare brachia collo
 Seq; ſalutantum paſsim geſtire cateruas
 Apicias, animiq; affectum ostendere blandis
 Alloqujs, alacri vultu, manibusq; leuatis.
 En ſubitò pater Alphonſi de milibus ardens
 Emicat, & tensis natumq; patremq; lacertis
 Stringit, & ô tandem, clamat, mihi candida luxit
 Vna dies. Tu sancte Pater, tu chara propago
 Tune ades? bi veri vultus an imagine fallor?
 Ultrò illi indulces lachrymas & ad oscula verſi
 Adsumus, bi veri vultus, nec falleris, aiunt.

Utq; peregrinis amor est suauissimus oris
 Fronto, oculis, gestu, verbis erumpere certat
 Iunctia trium pietas tandem sic incipit hospes.
 Te toto quæsitum orco magnisq; vocatum
 Vocibus in cassum toties per stagna, per ignes
 Hic tandem Pater aspicio, tua sancta tueri
 Ora licet tandem, & venerandam agnoscere frontem
 Tu vero, dilecte puer, quem ducere vitam
 Rebar adhuc, quamquam dulces amiseris annos,
 Id tamen utiliter factum. Prolixior etas
 Peior, & humanae crescent cum tempore culpe.
 Sed tua Callaico genitrix sata sanguine quondam
 Oh coniunx dilecta mibi, quo pectora tantas
 Fortune fatig; rices, tot tristia bella,
 Que nostras, ut fama refert, arsere per yrbes,
 Quo' animo tua fata tulit? superat ne? vel istis
 Ipsa quoq; est querenda locis iam corpore functa?
 Sic pater. Alphonsus dedit haec responsa parenti.
 O genitor miiora, bonus regnator Olympi,
 Gaudia, qua in stygio nobis dare debuit orco?
 Ista trium pietas coiturnouata secundo
 Aequiparat cœliq; dapes, & gaudia diuum.
 O Audenti quam veridico mibi præciniis ore
 Cum fore dulce aliquid quoq; sub tellure monebas.
 Est sub Dite quies, est in Phlegethone voluptas.
 Quod vita & regno teneris excludor in annis,
 Nec graue, nec miserum, nec lamentabile duco.
 Talibus orantem crebris singultibus ardor

Occupat,

Occupat, & clauso longum sermone silentem
 Commiserans ita suscepit avus inchoat orsis.
 Chare nepos, telluris adhuc contagia sentis.
 Hanc opus est animo nubem depellere fando.
 Hec duo mortales memorant bona maxima, regnum
 Et vitam illam inopem morituro in corpore clausam.
 Sed mihi fert aliam melior sententia mentem.
 Namq; quid imperij moles? & publica rerum
 Cura quid? obscuris nisi tempestatibus actura
 Semper & aßiduis iactatum fluctibus aquor?
 Nulla quies regnis, etenim vel operta tumescunt
 Bella sub infidis, vel Marte geruntur aperto.
 Sunt reges iuga qua inuita ceruice feruntur.
 Linor & ambitio primatum, infidaq; vulgi
 Mobilitas rerum semper studioſa nouarum
 Sollicitant regnantum animos, & pectora rodunt.
 Hec sunt illa quibus regum excellentia sortem
 Preccellit communem hominum, mortalibus autem
 Omnibus ã lachrymis, & solliitudine sumens
 Vita aditum, graue venturos facit omen in annos.
 Scit Priamus Priamiq; dominus, scit Roma suorum
 Cede madens regum, post longa atq; aspera bella
 Ille suo nil tale mereus in sanguine ad aras
 Papitatis, hos fato maiori ex parte cruento
 Depulso ex orbe vorax absorbit orcus.
 Propterea memori quoties ea mente reuoluo
 Nec regni iactura grauat, neq; labilis axi.
 Hac quoq; ni fallor, quamuis sub nocte profunda

bb

In

BAPTISTÆ MANTVANI

In Stygijs versemur aquis, odio sa putanda est
 Sors mihius, hic dolor est pro milie doloribus vnu,
 Formido hinc excluda necis, qua gaudia certe
 Omnia mortal is potis est restringere vita.
 His iter ad superos certum, mortalibus anceps.
 His sceleri locus esse nequit, mortalibus autem
 Omne nefas, nam terra capax sentina malorum est.
 Omnia que quondam te sollicitare solebant
 Consilia & curas studia in contraria oportet
 Vertere, & ex animo labi vestigia rerum
 Terrenarum, oculosq; leuare ad Olympica regna.
 Ipse quoq; in primis olim post fata diebus
 Sic affectus eram, menti occur sabat imago
 Importuna domus inter lamenta reliete.
 Et regni memor amissi suspiria & altos
 Ducebam gemitus, tabescbamq; gemendo.
 Nunc autem illecebras & opes & cetera regum
 Blandimenta minus pendoq; quam littora fluctus,
 Quam mare tranquillum venti, quam fulmina moti
 Sic pueri affectum senior premit, ille recepto
 Robore & abierto redit ad primordia lucis.
 Prosequiturq; dolens afflictæ in ommoda matris.
 Flet genitrix, miseram dolor implacabilis haurit,
 Liquitur in lachrymas, renuit solatia, mortem
 Inuocat, & tarde fugienti irascitur ævo.
 Hoc superest in vita animum quod mulceat ægrum.
 Hoc solamen adest, in quo inclinata recumbit
 Tota domus, soror Hispanis magna indole regnis

Omnia

ALPHONSI LIBER IIII.

Omnia promittens, quæ Penthesilaa sub armis
 Quæ Tomyris, quæve Assyrie regina gerendo
 Imperio exhibuit, sexum mentita virilem.
 Omnia germanus iam sollicitudine tandem
 Liber habet, felixq; habeat, mere regna sepulto
 Iam pacata silent, & tristia bella quiescunt.
 Talia narrantem contemplabatur, & uno
 Coniugis effigiem pater & se agnoscit in ore.
 Dum tranquilla dies abit, & cum talibus auferat
 Tempora colloquijs, sublimi à sede loquentes
 De superis vnu procul obseruabat, & ora
 Vrvisum est nouisse, leues se attollit in alas
 Impiger, & tali affaturiam proximus oritur.
 Heberia & mundi Reges saluete supremi,
 Progenies dilecta Deo, dum sancta subesset
 Roma mibi, Callistus eram, pia bella parantem
 In genus inuisum superis ad Olympicatraxit
 Regna Deus, superest cui nos donauimus olim
 Punicum diadema nepos, obiturus eundem
 Sorte magistratum varia, recturus in altis
 Fluctibus errantem scopulosa per aquora cymba.
 Passurus Gallorum iras, Campaniaq; bella,
 Diffidiumq; patrum, nunquam post funera ab undis
 Eruta tranquillo visurus flumina vultu.
 Auxilio veni exilibus de more, parentes
 Cum quibus in summo dulium versamus Olympos
 Vos prisci saluere iubent, & tempora vestri
 Aduentus, expidi vobis occurrere, seruant.

hh 2

515

BAPTISTÆ MANTVANI

Sic ait, & dextram lato dat & accipit ore.
 Continuò Reges, vt cognouere loquentem,
 Assurgunt, proniqe patrem reuerenter adorant.
 Mox alacres sermonem inceunt, vltròqe, citròqe
 Multa recensentes placidis congressibus illam
 Consumpsere diem, faciunt breue gaudia tempus.
 Sermo erat Hesperie priscum decus, atqe gigantes,
 Quos Tarteziacos fama est bellasse per agros
 Cum superis, genus acre virum, Mauortia corda.
 Adiiciunt Habidis leges, & Gorgoris arma.
 Geriona triplicis caulas, armenta canemqe
 Gargitium, Libycis certare leonibus ausum.
 Et veteres Bacchi comites ea regna sequitos,
 E quibus extremo dominum comitatus ab ortu
 Luis in Hesperijs posuit sua nomina campis.
 Additur his locuples animi, pauperrimus auri,
 Par veteri Curio, decimum Viriatus in annum
 Fortiter Aufonio patriam tutatus ab hoste.
 Ora subit, Gothus armipotens & Vandalus audax
 Hunnorumqe ferox rabies, truculenta Sueum
 Progenies, cursuqe leues recitantur Alanis.
 Has patrijs quondam gentes de finibus ardens
 Bellandi procul egit amor, longe quod vagantes
 Ac veluti quedam terrarum incendia claras.
 Demolita vrbes, rapidisqe per omnia flammis
 Obvia bacchata fines tenuere supremos
 Hesperia, Scyticum Oceano prohibente furorem.
 Et iam festa dies verso fugiebat Olympos

Chm

ALPHONSI LIBER IIII.

59

Cum repetens Erebi dominos grauiora sacerdos
 Exilia, & facilem paradisi ad limina cursum
 Regibus exorat, precibus chorus annuit aequis,
 Et veniunt animis in vota fauentibus omnes.
 Grata magistratus Erebi consulta reportans
 Pastor adhuc Romanus adest, & talia fatur.
 Vos pater assumptos pro religione tumultus
 Assertumqe decus fidei meditatus ab orco
 Eximit ante diem, cursu simul ite secundo.
 Cetera in elysij domibus memoranda relinquo.
 Dixit, & extenso porrectus ad oscula vultu
 Collachrymat, regesqe pijs complectitur vlnis.
 Iam tenebris adoperta dies, iam gaudiu clausis
 Discedunt hesterna iocis, rediere ministri
 Tartarea de fauce domus, animaqe, redacte
 In sua claustra malis rurum excentur eisdem.
 Ire parant reges numeroqe & viribus auti
 Cum plebe vmbRARUM innumera, qualibera sancto
 Fata die turmatim ibat Titanis ad ortum.
 Tum senior dextranatum lauaqe nepotem
 Latus agens graditur, sanctumqe ita numen adorat.
 Magne Pater, qui sic altum regis etheris axem,
 It bene consultum positis procul vndiqe regnis
 Esse velis, nec enim cura est tibi maior Olympi
 Quam Stygis, immensum studijs equalibus orbem
 Suscipis, hinc scimus quod nos docuere parentes
 Omne quod est opus esse tuum, vigilantia rebus
 Tanta gubernandis, vt nil sine legibus vquam

bb 3

In

BAPTISTÆ MANTVANI

Intanta sit mole, pium te iudicat orbis
 Terrarum, maris, aurai, cæliq; parentem.
 Tu pater & custos rerum, tua sola potes: as
 Fine caret, tua terrigenas iniicta gigantes
 Demolita manus congesta bitumine saxa
 Stravit, Erythraos fluctus diuisit, Olympum
 Fixit, & ardenti curru Titana volantem.
 Cuncta potes. Sed amornihil attentare proteruum
 Tesinit, est pietas operum mensura tuorum,
 Hac faciles iras facit, & placabile numen.
 Tu nos Assyrio træcos de puluere membra
 Quos immunda gramant, quos intestina libido
 Vrit, ab obscura peccatum ratione carentum
 Sorte parum procul amotus miseratus ab orco
 Soluis, & ad superos sobolem reuocare caducam
 Niteris. His tibi pro meritis exoluere grates
 Non ego, non centum nostro de sanguine reges
 Sat fuerint, minor est animis humana facultas.
 Nos igitur partem inmensi, Rex maxime, regni
 Exiguam rege, & inferni per inhospita mundi
 Stagna vebas, fessosq; brevi fer ad aethera cursu.
 Hac vbi dicta, leui canum caput aura susurro
 Implicuit Luna similis, cum sera patentes
 Ingreditur thalamos frigenti pallida vultu.
 Et simul a curui prolapsa crepidine saxi
 Vox in luce sonans. Tuta est via carpite gressum
 Iam gelidis loca fœta vadis, iam stagna propinquam
 Ultima, que lethe glacialibus asperat vndis.

Iam

ALPHONSI LIBER IIII.

60

Iam Styga transflit, phlegethonæsq; lacunas,
 Et rada Cocytii magno resonantia luciu.
 Nunc superest Acherontæ pars vna paludis,
 Quaripis inclusa suis, agitataq; cursu
 Præcipiti, salit influctus, fremituq; superbo
 In cautes irata furit, grauis alueus alto
 Gurgite perpetuum trahit ima in tartara murmur,
 Amnis vbi transmissus erit qui terminat ignes.
 Frigida sece aperit regio, tractusq; per amplos
 Pigra gelu vada concreto tegit aquora campus.
 Hac totidem numero pœnas totidemq; latentes
 Ad dextram lauamq; sinus habet ora, profundis
 Fracta voraginibus, quibus excruciantur acerbis
 Lustibus algentes anima rursumq; per ignes
 A glacie, rursum ad glaciem reuocantur ab igne.
 Donec circuitu labes abrasa peractio
 Diffluat, & simplex anima natura supersit.
 Sod vos quemoneo vigilanti aduertite sensu.
 Ponstremulis longa & gracili trabe coniugat amnem,
 Sub quo præcipites Acheron pice nigrior vndas
 Volut, & effuso late patet alueus astu.
 Hac iter est commune, vado via nulla, natatum
 Non fert vnda rapax, neq; tali Hircana volatu
 Raptorem insequitur Tigris, neq; Parthica tanto
 Agmine per cœli nubem se absondit arundo.
 Qui pontem ambiguo titubans pede calcat in altum
 Flumen abit, rapiturq; inferni ad limina Ditis
 Tartareumq; chaos, rapido vada vortice mersum

bb 4

Inuoluunt

BAPTISTÆ MANTVANI

Inuoluunt fundo, & fluio vox clauditur hausto,
 Nec remeare datur, donec de regibus vnuis
Iussit a libtore trahi quod vidimus ipsi
Sapius, in natos hac est inuenta rebelles
Pœna, quibus patrum grauis atq; odiosa senectus.
 Sed Deus insolita restringit pierate laborem
Aduuat, & breuis est vobis concessa per auræ
Semita, & ecce leues superi quibus vtimur alas
Tradimus, at ergo in pectus venientia ferte
Lora sub axilla triplici, astringite nodo.
His nedum fluuiale vadum, sed & omnia regna
Aeterno damnata gelu transmittere fas est.
Qui pedibus glaciem atq; rigentia saxa peragrant
Obijcibus crebris scopulorum, & gurgite multo
Tardati, longo in pœnis mœrore senecunt.
His fauor iste datur, qui se dum vita manebat
Subsidii in opum gratos fecere Tonanti,
Vel quibus id pia posteritas post funera soluit.
Sed quibus ingratia auxilia expectata nepotes
Nulla ferunt, longos Erebos sine fine recursus
Cum lachrymis gemituq; iterant. Patrimonia nati
Dilacerant patrum immemores, ut terra sepultos
Est complexa, piæ abolent obliuia curas.)
At tu sancte pater, ne vos de limite recto
Pellat in extremas Boreas violentia cautes,
Semper enim Geticis ora hac aquilonibus alget,
Riphaeoq; gelu semper graue spirat ab axe,
Quæ sit iter serua, lamenta audit a per auræ

ALPHONSI LIBER IIII.

61

Quæ media est regio, quæ sint extrema, docebunt.
 Nam voces vtrinq; sonant, fremit vndiq; stridor
Horribilis, credas adductis faucibus yrsos
Frendere, & agrotos tremere, ac rugire leones
Anxie, & extremo tauros mugire sub ictu.
Auribus hic opus est, oculos vbi nubila vincunt.
Cum strepitus leuam veniet manifestus ad aurem
In dextram fugit, cum dextra lamenta sonabunt,
In leuam premit, cum lemures prospexeris atros
Scintillare oculis, & respirare fauillas,
Duc signum lustrale manu, dic nomina magni
Regis, erit vobis cunctos via tuta per hostes.
Laruarum natura fugax, si expaveris, audient,
Si contemnitis eunt, maiestatemq; tuerentur
Arte suam, si quid nequeunt, simulanter & astu
Pratereunt, fictoq; tegunt odio irrita vultu.
Cum tumidi linore graui tardare secundum
Ammitentur iter, motis tum fortius alis
Carpe viam intrepidus, totoq; elabere nisu.
Dixit, & in noctem lumen cum voceret esse.
Iamq; datis freti pennis, Acheronte relicto,
Aera tranabant leti stridentibus alis,
Persimiles cygnis viridi quos Mintius alga,
Quos Maander alit, quos humida prata Caystri.
Vndiq; lugentes animæ, sauiq; dolores,
E puteis lamenta cauis, suspiria, & heu heu.
Tum iuuenis pater, inquit, ades, confinia nostris
Verba sonant, videor voces audire Latinas

Quæ

bb 5

Sub

BAPTISTÆ MANTVANI

Sub glacie,hic aliquis Romano à sanguine surgens
 Sub pallente lacu pœnas in frigore pendit.
 Dixit, & in dextram paulum pendente volatu
 Vicinam apprendunt cotem niuis imbris album.
 Et tacitiar rectis inclinant auribus ora.
 Continuo auditrix antum in gurgite voces,
 Obtusum, & sonans duro sub flumine murmur,
 Prima sono vox languenti, miserere dolentum,
 Et sine (clamabat) fessos spirare parumper.
 Altera crudelē referens Eurystheatoru
 Intonatore super. Si que puerilia flagra
 Hac tenus in fluxi tergo impatiēte recusas,
 Quo pacio noiosa feres atq; aspera ferri
 Pondera? & intorto stridentes are catenas?
 Hec sunt que nostris epularum exordia mensis
 Ponimus, in melius crescent coniuia. Rursum
 Prima exclamat, apud superos ego templa tenebam
 Vaticana, dabant Reges his oscula plantis.
 Cerne miser quibus insultes, reuerentia tanti
 Nulla magistratus Erebo? Num regna Tonantis
 Hec quoq; Num Stygio Christus dominatur in orco?
 Pontifices bac mole premi? leuiora sub ipso
 Tartareo Plutone dari tormenta feruntur.
 Altera mugitu sonat implacata minaci.
 Non animadueri iura his damnum ordine, quod si
 Ordo animaduerti debet sacer, ordine functus
 Maiestatis inops, exauhoratus ad umbras
 Mittcris has, gemmis, oftro exornatus & auro.

Prae-

ALPHONSI LIB. V.

62

Prateriti nota sola manet, cui fidere vanum.
 Ille tuus quondam splendor, tua tanta potestas
 Illa super terram cum vita excedit, ad orcum
 Venisti miser, obsequens squarrosum, & audes
 Hiscere, & antiquos Iouis irritare nepotes
 Futilibus nugis, & te iactare, quod olim
 Inter oues fortitus eras primatis honorem?
 Ostolidi, vt noxam sic & tormenta corona
 Atq; magistratus (frustra hac pretenditis) augent,
 Dicite sed sero, quando est risipisciere vanum,
 Dicite fortuna non fidere, dicite fatum
 Ponere sola potest hominem defendere virtus.
 Orbis nunc lauit illa epula, nidorq; saliuam
 Eliciens, vbi procedens in fercula septem
 It saliare epulum? flauoq; onerosa falerno
 Pocula? & assistens leuis & corrupta iuuentus?
 Orbis olorina subter velamina plumæ?
 Seria, odorat & chlamydes? Asiatica gaza?
 Auleata domus? stratis Asarota superbis?
 Debuit illa atas reprimi, & præsaga futuri
 Dicere, forsitan & hac olim meminisse pigebit.
 Prima iterum, merui (fateor) graniora, feramq;
 Aequo animo, sed danda aliqua interualla dolori.
 Te quoq; dum crucias miseros, labor iraq; torquet.
 Si nos hac venia indigni, tibi consule saltem.
 Altera supplicibus magis irritata querelis.
 Orasum plebs vñcta caput, vestigia tandem
 Mittis in hos casses, humilem vestire figuram

De-

Debueras, cùm tenso ibas per compita cello.
 Nunc sera est probitas, pruritu ardentia terga
 Sancte pater, scalpenda manu hac: Tuus atq; tuorum
 Est nobis labor iste quies, dolor iste voluptas.
 Prima iterum. Postquam tua iam implacabilis ira,
 Perge, feri vestiga oculis ubi vulnera desint.
 O Erebi durum imperium, legemq; seueram,
 O vacuas pietate domos, O immania regna.
 Altera nil mollita animo respondet amaro.
 Perditis hos fletus, nostra non regnat in aula
 Fæmineum pietas caput inclinata, nec amplum
 Nuda sinum mammosa nurus, que pignora laciat.
 Non elumbe sonans versis clementia sursum
 Luminibus, non Religio tristi aspera cultu,
 Quæ filo insertis numerat sua murmur a baccis.
 Non sunt hic Siloë latices, non Salmacis vnde.
 Non piscina lauans pecudes Iudaæ litandas.
 Hic recti censura tenax, hic mascula iura.
 Non ut apud superos ægris blanditur inertis
 Auxilio, carcas scrutamus, & hulcera ferro
 Scindimus ancipiiti, morboq; medemur aperto.
 Hic iusta sanctaq; anima Rhadamantus & author
 Legum habitat Minos, atq; Aeacus, omne sub istis
 Iudicium, qui iustitia dum regna tenebant
 Orbe alio, cultu insignes hic iura ministrant.
 Hi saltē neq; concutunt, nec amore feruntur
 Aut odio, meritis aqua dant premia lance.
 Nos quoq; Tenareis quibus ora infecta caminis,


Quan-

Quanquam nostra brevis fuerit fortuna, Tonantem
 Vidimus, & cœli summo regnauimus axe.
 Nunc quoq; regnamus, nec enim sine Dite nocentes
 Multari, atq; obscura trabi sub tartara fas est.
 At tu implume caput cui tanta licentia quondam
 Fæmineos fuit in coitus, tua furtæ putabas
 Hic quoq; prætentu mitra impunita relinquì?
 Si meruit tua fœda Venus, sic prodigia in omnem
 Nequitiam, ad virtutis opus tua auara libido.
 Illa Dionæ & Cithereia munera conchæ,
 Illa pudicitiam quibus impugnare solebas,
 Et noctes emere, & nude indulgere palæstra,
 Scimus & in scriptis tua sancta redigimus acta.
 At nisi fæminea tandem prece motus Olympi
 Rex afferret opem, cum iam suspira raucus
 Ultima vix traheres, & mors incumberet ori,
 Nofereras, ego iam stratum tibi molle parabam.
 Larga ubi tartareas intrat sentina cloacas.
 Par meritis locus ille tuus, Deus iste malorum
 Fautor ut antiquis viduatam ciuibus aulam
 Et nostro mestam exilio repararet in astra
 Coluiuem vulgi humani passimq; volentes
 Irreuant, nolentem etiam prece palpat, & urget,
 Ciuium inops, cœlum meretrix, cœlum intrat adulter,
 Sydera lenones habitant, mihi debita fures
 Regna tenent, bis iam, cœlo semel, & semel ipsis
 Pellimur e terris, at vos habitatis astra
 Sacrilegi, inflati, incesti, rabidi, atq; cruenti?

sic

BAPTISTÆ MANTVANI &c.
Sic illi placet, & placeat, mihi forsitan olim
Non impune feres, & non sine vulnere multo
In loca peruenies quondam mea, pectora, terga
Et femora & clunes arma experientur auerni.
Talia mordaci latrabat Iuppiter ore.

At reges probra agro animo tam indigna ferentes
Disiliunt scopulo, Phœbiq; feruntur ad ortum
Obnixi in Boream, pleno namq; ore sini, trum
Ad latus insultans Boreas urgebat in austrum.
Propterea in lauam rectio de tramite paulum
Inclinatur iter, ventosq; & frigora vincunt
Viribus, & rapido latera exerceunte volatu.
Sicut vbi fluum certant transmittere nautæ,
Prora peradversum scalmis stridentibus amnem
Vix agitur, quantumq; manus superantur ab undis
Tanto nautæ grauem portu secat altius astum,
Ad rectum redditurus iter, cum flumine victo
In portum descendet aquis iam cymba secundis.



BAPT

64

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI:

ALPHONSI LIBER V.



Am medium Boreale gelu, torpen-
tiaq; arua
Difficiles faciente vias aquilone seca-
bant,
Cum procul obscurum murmur gra-
ue mugit ab axe,

Quale in conceptu nynbi glacialis Olympus
Rugit agens tempestatem per nubila nigrum.
Iam crepitu maiore tonat, iam fortius aurem
Pulsat, iter flectunt, & sponte aquilonibus alas
Dant pauidi, ac Boreæ arbitrio per inane feruntur.
Haud procul occurrit moles, vbi forte repertam
Dum circum scabri reputant latera ardua saxi
Montis in anfractu, rupem subiere cauatam.
Dumq; silent, dum vix audent spirare sub antro,
Dum incumbunt oculis atq; auribus, ecce repente
Agmen adest, & turba obscura abscondita nocte.
Equoniam crebro nubes caua fulgorat igne,
In tenebris modo clausa latent, modo aperta vicissim
Ora patent, vt nox alternat & igneus ardor,

Tcm-

BAPTISTAE MANTVANI

Tempeſtas ventoſa tonat, iaciuntq; fragorem
Fulmina terrificum, conuulſaq; fulmine ſaxa
Diſiliunt, teſtudo Erebi tremit, antra reclamant.
Murmure confuſo tuba, cornua, tympana raucum
Aeſaniment, Phario rudit vox Barbara ſiſtro,
Latratus lituorum vululant, venit ordine longo
Prisca Deum ſoboles formis adoperta ferarum,
In curuo delphine pater Neptunus aquarum.
In ceto grauis Aegron, in hirundine Tethys.
Nereus in vitulo, Rombi ſub imagine Doris,
Polypus eſt Proteus, Remoram Melicerta ferebat.
Nautilus eſt mater, latet in Torpedine Triton.
Catera q; aquoree velant ſua numina forme.
Falcifer eſt Elephas, spinx eſt Saturnia Iuno,
In cane Mercurius, Pallas ſubit ora Meduſe,
Sub bone clauſa Venus, ſub oleni Mulciber birco.
In ſerpente Ceres, lupus eſt Tirinthius. Euan
Lyncis habet maculas. Latona filia Phœbe
Callida, & vt perhibent noſtræ emula vocis Hyena,
Mirum animal, modò mas, verſo modò fæmina ſexu
Phœbus equi caput atq; iubas ceruice comantes
Vibrat, habet Lami & mater Latona figuram.
Hi proceres inferni Erebi, grege preſſa coacto
Turba ruit, Ceruus crescens in cornua, paruuſ
Ichneumon cute limosa, pannoſus & aſper
Prſus, Oryx cui terga pilo contraria verſo,
Lutra q; pifatrix, terra q; habitator & vnde
Fiber, & inuadens iaculis bicoloribus iſtrix.

Trux

ALPHONSI LIBER V.

Trux leo, dente minax aper, & leuis ilia pardus,
Lunatis panthera bumeris, pede strenuus tygris,
Et cui cornutis nomen de naribus ortum.
Et cui defenſa eſt vno frons ardua cornu,
Indi vriq; boues & ſemiferi centauri.
Catera præterea varijs animantia formis
Quæ Aethiopum deserta colunt, vbi ſolis iniqui
Impatiens tellus parit indignata venenum.
Iamq; ſipante Aries legione per orcum
It caput elatum vibrans, ſuccenſa coruſcant
Lumina ſub trucib; cilys, nodosa leuantur
Cornua, & à fronte in dorſu contorta recurrent
In faciem, mucroq; minax falcatus vtrinq;
Prominet, hirufa q; cadunt de cornib; aures.
Nigracutis, nigrum vellus, ſuccumbit aſelliſ
Cauda zonari, ne verrat humum. Syluestria Panes
Numina, & agrestes Satyri monumenta ferebant
Bellica, loricæ, clypeos, & catera Martis.
Arma triumphali ritu ſiftenda ſub altis
Pofibus, exanimis vbi mors cubat inter aceruos.
Mars erat ē bello rediens, quod geſſerat illa
Tempeſtate graui Turcorum oppreſſatum multu
Chalcidis Euboica tellus, vbi concita ſemper
Aequoris alterno fluit vnda reciproca curſu.
Tum Rhodus alatum Lacedæmona puppe leonem
Tendere, & aduerso remis inſurgere ponto
Vidit & ingemuit cladiſ praesaga futura.
Nam post Euboici vicina incendia bellii

ii

Ipsa

Ipſa ſibi ingentem videt impendere ruinam.
 Thraicias igitur Mars implacabilis umbras
 Dicit ouans, & multa virum grege millia longo.
 Bophoridæ obuerſis in terram vuitibus ibant
 Vana execrantes Mahomethi inſonnia ferò.
 Intellecta, dolent Pancheis fraudibus orbem
 Turpiter illusum generis pudet ore proteruo.
 Inſimul ant cœlorum iras, & fata, Deumque.
 Agmine in extremo Eumenides quæ noſte feruntur
 Atq; Acheronte ſata, contorto verberi turmam
 Sollicitant, vt paſtor oues cum e montibus a' tis,
 Autumno, iu Campos redeunt armenta, reuersi.
 Eumenidum comes impatiens Furor intonat ore
 Stentoreo, & turbe inſultans, ita fauicibus amplis
 Vociferat: Quæ vos retinet mora? Tartarus omnis
 Confluit ad portas prædam viſurus, ab antro
 Cerberus effusam gradiens vix baiulat aluum.
 Ite citi, longum ſupereſt iter, Ite nec iſtis
 Expetate locis requiem, ſinus iſte negatur.
 Crinibus illotis, fundo inuoluuntur Apelles,
 Gens damnata, priuquam nata, videtur illuc
 Tota patrum ſeries, bellax Othomanus, & ambo
 Orchanes auſuetibellis, Amuratus vterque,
 Solmanus, fraterque minor, Calapinus, & omne
 Vulgus, Hyperboreis quod nos ex montibus olim
 Caucaseas citra fauces & Cappia clauſtra
 Misimus, vt noſtrum genus vlciscatur, & vltra
 ſecula iam ſeptem validis Christo imminet armis.

Hic

Hic etiam vičto gaudens Imilinus Ibero,
 Et feruſ Assyriæ domitor Saladinus, & atrox
 Bendegar, hic omnes Tarabi, Thraci, & tyranni
 Unahabitent primo generis cum patre ſepulti.
 Cum quibus & vobis lautam Proſerpina cenam
 In Phlegethontais picto ſub forniceripis
 Letabunda parat, ſtratisque tapetibus omniem
 Veffit humum, lata ornari iubet atria Pluto.
 Ite ad gentiles etiolas, Chrifti arua nepotes
 Iſta colunt, celeres inimica abſcedite terra.
 Altera vos ora angustis ampliſſima campis
 Luida perpetuis tenebris, fuligine ſemper
 Candida iuſcipiet, quod ſi ſudore madebunt
 Corpora, Bifonijs vos tartarus abluet vndis.
 Talibus inſultat dictis, & amarus abeno
 Verberat haſtili, furcisque bicornibus vrget.
 Exangues animæ properant, odioſaque monſtri
 Verba ferunt grauius, quam duri verberia iecunus.
 Præravidio curſu accelerant, & vertice preſſo
 Sub rigido intorquent liuentia terga flagello.
 Iam ſtrepitū regio frigens abeunte ſilebat.
 Nurmuraque occiderant flexu intercepta viarum.
 E latebris reges ut aues iam sole reuersi,
 Poſt nimbos late volant, aliisque feruntur
 Præpetibus Borea iam decrēſcente, geluque
 Mitente, velut gelidi cum ſydus aquari
 Sol fugiens aperit Zephyros, & dulcia veris
 Tempora floriferi, glebis cum terra ſolutio-

ii 2

Eug.

BAPTISTÆ MANTVANI

Euocat è latebris virides in aprica lacertos.
 Ecce procul cernunt incertum lumen & alba
 Nescio quid simile aurora, noctis q̄ tenebras
 Luce farhiscentes tenui, pernicibus ergo
 Fortis incumbunt pennis, agiliq; per auras
 Remigio tranant, & lucis amore feruntur.
 Iamq; dies vicina iubar spectabile longis
 Faucibus extendens humentem discutit umbram,
 Mitior & radijs mansueta calentibus herbas
 Fert humus, atq; situ fensim exoneratur opaco.
 Iam venient ebuli, iam circum marmora serpunt
 Flexipedes hedera. Veneris coma cespite raro
 Humenti derupe cadit, se gramine vestit
 Cui dedit & nomen paries. Chelidonia passim
 Surgit, & Ambrosia, semper viuentia pingui
 Fronde sedent in muscosis conchilia saxis.
 Supremum iam lumen adest, Hyperionis ardor
 Ora subit, Phœbiq; acies immissa per antrum
 Fert atomos in luce natant luduntq; per auras.
 Iam calosipsumq; vident ascendere solem
 Crine cornificantem aurato, qui nuper ab undis
 Extollens illusbre caput proiecerat umbram
 Noctis ad ardenter Libyx super aquora libram.
 Et soror obuerfis in tergium cornibus ortu
 Lucida iam quarto graditur, formosa sequuntur
 Monstramari dominam pelagi, Nereides olim
 Dicta patris Nerei soboles ex coniuge Dori.
 Cymodece, Thoa, Cymothoe, Limnoria, Proto,

ALPHONSI LIBER V.

67

Callianira, Agane, Melite, Galathea, Ianassa.
 Electra, & Glauce, Clymene, Doto, Amphithoëq;
 Atq; alia quibus est nomen commenta vetustas.
 Sic rudis illa acta erat, ut maris esse putaret
 Numina qua sajso habitant animantia fluctus.
 At non cuncta tamen, sed que formata videbant
 Mollius atq; magis nostros imitantia vultus.
 Namq; opifex ac si plures effingere formas
 Neciat in terris quales & in aere fecit,
 Syderibus tales, tales dedit aquoris undis.
 Nant igitur spumante salo, lunamq; sequentes
 Artemouent vlnas, dulcisq; per aquora suris
 Nunc capta extollunt, madidosq; ad tempora crines
 Virgineo inuolunt studio, nunc ore supino
 In summo fluitant pelago, nunc pectore prono
 Per vitreas labuntur aquas, ad lattea plaudit
 Phera, & à iugulo niueos excurrit in armos.
 Pontus, & albentes gaudens amplectitur artus.
 Carceris inferni post longa ergastula tandem
 Iam penitus securi umbrarum & olentis auerni
 Syderibus reges cœloq; fruuntur aperto.
 Clausa diu frigente metu syncera voluptas
 Corda aperit, blandoq; mouet precordia plausu.
 Dulcibus exultant curvis, iuuat ire per herbas,
 Et pede non pennis vti de more volucrum,
 Que simul ac mensa longo rada longa volatu
 Inuenire agros alio restigia clausis
 Expediunt, latissq; petunt garritibus escam.

Cal

ii 3

Nec

BAPTISTAE MANTVANI

Nec satis est spectare oculis, sed pettore prono
Purpureos humili carpunt de cespite flores.
Summa ferunt per prata manus, balantia palpant
Gramina, & absorbent redolentia naribus arua.
Ver erat, & segnes aperire Fauonius agros
Cœperat, & miti campis alludere vento.
A celo in fruges humus inuitata creandas
In frondes formabat aquas, pingebat aperto
Florem tam viridem, pulchro neu gratia desit
Villa operi, varios superinfundebat odores
Dadala, se retas spirans in gramine vires.
Magnus & ascensu longus propè limen auerni
Mons sedet, & celum leuat usq; ad sydera culmen,
Ascensum via nulla docet, tamen erdua moles
Spondet iter latum, nam iotibus aspera nullis
Tota viret, sapè &quato plana area tergo
Prabet anhelanti requiem, de rupibus altis
Soliuaga pendere fera per prata videntur.
Nunc herbosa vides molli iuga surgere clinio,
Nunc sylvis umbrosa comas attollere in altum.
Ergo audi ignotum speculandi e vertice mundum
Concedunt paribus studijs, & passibus equis.
Gestit annus, graditurq; nihil tardante senecta
Par iuueni, magis excelsis magis auravigorem
Ingerit ethereum, iam frons exuta veternum
Tenditur, & viridis resid in sua membra iuuentus.
Frigida canicies capitii fluit, ruida rugas
Explicat, & ruum cutis induit alba colorem.

Ca

ALPHONSI LIBER V.

68

Corda calent, nerui cuigilant, venæ & redundant.
Labra rubent effeta prius, causa tempora surgunt.
Lene fluens in voce lepor, toruumq; reuelens
Ex oculis senium, dulces noua suscitat annos
Gratia, prima uis tenero Gelasinus in ore.
Alba rubet facies, crinis nitet amulus auro,
Et fluente humeros umbrat regit, omnia rident.
Miratur se, & sicut vestigia, versi
Ali:er in alterius vultum, reducemq; iuuentam
Contemplantur, uti quando iam sera neporum
Pollaritas septem comites post secula vidit
Iam duo de longo sua quarere limina somno.
Omnibus est plusquam humana decus indolis rnum.
Nec natura patrem, nec auum grauis indicat atas.
Credere germanos, & eodem pignora partu
Natalis et Stygio sancti de gurgite manes
Dimisi ad superos orbi dominantur, & auras
In quascunq; volunt species elementaq; possunt
Ferre, volumates animumq; secundat imago.
Iam superant montem, iam summo in vertice longos
Prospiciunt tractus, nec iam montana putatur
Ora, sed immensis late patet undiq; campis.
Sunt tamen in campis tumuli colleq; supini,
Verum humiles, sola frugiferis uberrima glebis.
Surgit ad occasum regio declinat ad ortum
Lemiter, & solem totis aprica diebus
Accipit, humet aquis, vitrei per gramina fontes
Prisuntur, eunt rimi salientibus undis

ii 4

Rura

Rura per & varijs fragrantia odoribus arua.
 Vnde flat Parcens odor, sonat vndiq̄ cantu
 Orphao sylue tre melos, terra emula cœlo
 Grata coloratis spectacula collibus offert.
 Totus in arboreis annus sine frigore bruma
 Frugibus appetet, florent, & adulta virescunt,
 Et maturarubent una super arbore poma.
 Hoc in vite vident, istud mirantur in herbis,
 Et quasi lenta ferax fastidiat ocia tellus
 Orditur texitq̄ simul, quæ texuit offert
 Prodigia, gaudet opus spectari, & ab hospite carpi.
 Sunt quæ hodierna dies, sunt quæ quoq̄ crastina semper
 Hauriat, ipse ager est, ipsi sunt horrea rami.
 Nil seruare opus est, campis penus vñica totis.
 Publica & appositis dapibus conuiuia paſsim.
 O qui nos tandem accipiunt post sulphura auerni
 Post stygios ignes lethæq̄ frigora campi
 Exultans exclamat avus, felicia certe
 Iugera felices habitant quicunq̄ coloni.
 Ore hiat, & tensis oculis circum omnia lustrat,
 Vultq̄ loqui Alphonſus, sed mens dulci ebria riuſ
 Sensibus ex alijs fugiens in lumina ſefe
 Colligit, & muto vires non influit ori.
 Et pater admirans alto legit omnia vultu,
 Atq; ait, obletis que tam indulgentia campis
 Sydera? nū Hesperidū nemus hoc, nū Thessala Tempe?
 Aut humus illa Arabum felix? vel forſitan illud
 Nobile Phœacum regis nemus? Elyſium re?

Vel quas mobilibus placidum mare diuidit vndis
 Inſula in Oceano propè littora Atlantica Mauro?
 His superos miſſo ſolitos diuertere cœlo
 Crediderim ſi quando vacant curasq; remittunt.
 Nam & ſuperi qui cœlorum conuexa gubernant
 Corpora, & hunc orbem, ceſſant, vicibusq; laborant,
 Non quod opus vires oneret, ſed ut ordine regnent.
 Huc defuncti operis veniunt, hic ocia ducunt.
 Quis decor arboribus? quis odor vernantibus agris?
 Quanta ſuſſurrantes deducit gratiaruſos?
 Quæ inga, quæ valles, & quæm fecunda Jupinis
 Collibus vñigo, nudum nihil, omnia viſtit
 Sponte furax tellus, viridis color omnibus agris,
 Non tamen est idem viridiſ color omnibus agris,
 Dumq; ita per trahit fando ſpaciantur amenos,
 Ecce procul contra veniens Audentius auro
 Flammigerat, diuſiſ apex in vertice gemmis
 Ardet, & extantes humeros & cetera membra
 Longa ſub albenti velabat purpura biſſo.
 Candida barba viro, coma candida, candida uestis,
 Candidus ore rubor, lata & robiſta ſenectus.
 Pontificem dextra ſouſ lauaq; ſequuntur
 Cælico'le multi, quos inter candida peccus.
 Flaua comas, alba ora rubens, aurata lacertos
 Eulalia, & confors certaminis atq; triumphi
 Leucadia exanimata metu. Lucilia gentis
 Fama Syracusia, pulchra pulcherrimus urbis
 Partus, odoratis caput iuſignita coronis

Diua Agathe, longoq; Agnes vestita capillo,
 Et quam patre Syro genuit longinquis Orontes
 Margaris, attollens oculos formosa nitentes.
 Omnibus his duplex florum decus, alba pudoris
 Lilia, & effusa rosa rubra insigne crux.
 Ut Ducus os puer agnouit, vestigia profert
 Impiger, impatiensq; mora praeuertitur agmen,
 Pastoremq; sinu accipiens in gaudia totus
 Effluit orisinops, linguaeq; oblitus adorat
 Pronus humi, leuat accluem pater, atq; receptum
 Conauerit alloquitur memorans iter illud opacum
 Tediaq; & primolachrymas in limine auerni,
 Seruatamq; fidem, Reges iam proximus alto
 Accipit affatu, tensissq; amplectitur vlnis.
 Atq; ait, O longo vita mortalis & orci
 Defuncti exilio tandem venistis ad auras
 Aetheris, ipse quoq; Alphonsi non immemor adsum.
 Vos patres saluere iubent, vos sydera ciues
 Decreuerere suos, iam vos expectat Olympus.
 Sic pastor, regale sonans auus ore decoro
 Ut paucis responsis dedit, rogat arua doceri
 Tam claris opulenta bonis, tam dulcia visu.
 Annuit, & ductis per amena virentia pastor
 Luminibus, locaq; ostendens mota vndiq; dextra
 Incipit, & pedibus lentiq; ita fatur cundo.
 Hec ea quae nostri generis pater arua tenebat
 Ante nephas, hic fons qui flumina quattuor implet.
 Hic arbor vitalis adhuc, & noxia poma,

Et rami authores mortis, sedet ecce sub umbra
 Juniperi ut regale odium cum euaderet olim
 Candidus Helias Thesbeo a sanguine cretus
 Magnus Arabs, cui Iordanes sua flumina fecit
 Peruia, & effuso vatem tulit alucus amne.
 Progenie felix & longa stirpe nepotum,
 Quos nutrit Carmelus adhuc, Carmelus ab alto
 Vertice prospiciens Cypriam, Paphos, Idaliumq;
 Vnde fluens Belus torrens breuis & quor in altum
 Labitur, & secum vitreas conuoluit arenas,
 Insignis pietate senex Hiericuntis ad undam
 Flammiferis occurrit equis & raptus in altum
 Aethera (Panchari currum videre volantem)
 Venit in hos campos, ubi nondum debilis auro
 Sed mortalis adhuc viuit redditurus in orbem.
 Ecce racemifero subitaurea malà canistro.
 Aspice quis canis vigor, & quam firma senectus.
 Hoc caelum, hi latices, prohibent hec poma senectam.
 Hic telluris apex conuexo in sydera surgit
 Vertice, terreni pars hec altissima mundi.
 Orta dies nobis iam tres adoleuit in horas.
 Prima Indos aurora videt, modò lucifer illic
 Scandit, & exiles prima face porrigit umbras.
 Nam neq; terrigenis stellarum est omnibus idem
 Ortus & occasus, nox intempesta Latinis
 At Gallis nunc prima quies: Getulia nondum
 Est sopita, sedet positis Hispania mensis
 Cœnatura, vicit primam iam respera noctem

BAPTISTÆ MANTVANI

Quando oritur nobis aries, Athlantica tellus
 Aspicit ardentes chelas & brachia libra.
 Terra rudi tornata globo si plana rotundam
 Poneret efigiem (tantum locus eminet ultra
 Nubila) tota oculis esset spectabilis usq;
 Litus ad Hispanum, quod Leuise vapulat vnda.
 Hic neq; brumagelu torpet, nec aduritur estas,
 Nec pluuiam vapor exhalat, picea ve sonantem
 Tempestate Notum, nec ituram in flumina flamnam.
 Sed coit in gelidum rorem, quo grama semper
 Collachrymant, auramq; teuem, qua frondibus aktis
 Murmurat inclinans vndantem leniter herbam.
 Maximus ingentem cælo curvatus in arcum
 Circus & à duplice fugiens equaliter axe
 Cuimotrix anima incumbit qua sydera torquet,
 Hic tenebras lucemq; pares dispensat in horas,
 Ostenditq; polos nobis aquilonis & austri.
 Nec geminos tantum esse polos sed quattuor axes.
 Quos duo porrectis ad mundi extrema lacertis
 Signauere suo excursu declarat Olympus.
 Nam licet errores septem maiora sequunt
 Corpora, in occasum primo rapiantur ab ortu
 Non tamen ire sua cessant vertigine contra,
 Et proprium lentis circumdare motibus axem.
 Signifer à medio quantum disiungitur orbe
 Ad tropicos, tanto vertex mundanus ad austrum
 Preßior, ad Boream verò sublimius ipso
 Tollitur, errores septem qui sustinet axe,

Tam

ALPHONSI LIBER V.

71

Tam miris Deus ire modis astra ignea fecit.
 Ecce quod ad leuam raris micat ignibus aſtrum,
 Magnum ancile putes, sydusq; immobile, verū
 Semper it & currens nunquam vestigia mutat.
 Et vicina breui circumfert sydera gyro:
 Id tellus ignorat adhuc habitata sub arcto,
 Trans mare littoribus clausum, scd Iberica virtus
 Nave per australes paruo post tempore fluctus
 In nova regna legens axem deprendet, & iſto
 Cardine ad Eos veniet duce nauita portus,
 Sicut ab Eois ad Hyperboreos, & ab Indis
 Per boream in fines Eurus fert carbasa nostros.
 Peruvia sunt hominum generi maria omnia, ad ipsos
 Sitentare velit, si magno industria corde
 Audeat, Antipodes veniet, proramq; ligabit
 Litus ad ignotum medias vbi porrigit umbras
 Nox cum summa dies Mareotica verberat arua.
 Insulae in Oceano paſsim, terra vndiq; profert
 Extra vndas sua membra volens animantibus vſume
 Ferre redundantem, rebusq; vacare creandis
 Aſidue, nunquam segnis, cum torpet ab ortu
 Gignit ab occasu, cum languida cessat ab austro
 Exercetur apud Scythiam, cum lenta superne
 Nil molitur, apud populos vbi mersa sub vndis
 Cuncta putant homines profert animalia, & omne
 Herbarum, frugumq; genus pertesa veternum.
 Sydereos ideo cursus Deus atq; recursus
 Fecit, vt in frugem positas agat vndiq; terras.

Hæc

BAPTISTAE MANTVANI

Hec ea quenisi lethais obliuia ab vndis
Obrepjere, ribi veniens Alphonse loquebar
Dum stygium graderemur iter per inhospita saxa.
Et nunc ipse vides, sed mox magis omnia certo
Percipies visu, cùm summa elatus in arcem
Arbitrio ingentem circum labēris Olympum
Ipse tuo, & magni cernes regna omnia mundi.
Ecce procul serpens flammis ter quinq; superbus
Labitur, & se se sinuans lucente minorem
Pectore, maiorem cauda circumligat vrsam.
Sic homines hac astra vocant, sit Gracia quondam
Est sua sydereis commenta vocabula flammis.
Signa draco aspiciens gelidis antarctica flammis
Immensis immensa ligat complexibus astra.
Astra gelu famosa, Scythis infesta, Sic ambris
Aphera & antiqua nostris ab origine Iberis.
Circulus à libra, & libram monstrabat in astris)
Vellus ad Hellauum magno per sydera flexu
Se attollens sub sc posuisse mortalibus auras
Porrigit innocuas, lucis divisor & umbra,
Partibus aquatis, ita frigora partit & aestus,
Temperiemq; facit, neq; solibus ardet inquis.
Humidus Arcadiæ cancer vetus incola Lerna,
Signiferi versus Boream pars ultima, circum
Deprimit obliquo visum qui terminat arcu,
Aestiuamq; diem maioribus ampliat horis,
Maiori premit igne solum, magis estuat ergo
Extremis hac Zona locis, medioq; tepefuit

Limite,

ALPHONSI LIBER V.

72

Limite, vbi longè producitur frigore noctes
Vim Phœbi & radios cohibent, & idonea vita
Temperies astu surgit cum frigore mixto.
Sed Deus hinc mortale genus procul arcet, & vltas
Castoris & Pollucis iter depellit ad estum
Gangis, & Aethiopum campos, ad litora rubras,
Ad Scyticos imbres, ad Hyperboreos Aquilones,
Sarmaticos vltra montes, ubi non leuat vndas
Pontus iners, stricturnq; radis glacialibus aquor.
Illicita virūm soboles inolevit, vt ipse
Insula in Oceano, rupesq; in montibus altis
Luxurient, hominesq; ferant, ex agmine tanto
Astra petunt pauci. Paucis, heu flebile dicta,
Diuorum domus alta patet, vorat omnia Pluto.
Ecce quot octauus radiat splendoribus orbis,
Sed magis in Boream quā se via lactea curuat,
Pluraquōd arctoo spirant animantia celo.
Nobilior pars ista poli, quod signa fatentur
Ipsa situ biffena suo vestigia ad austrum
Et capita ad Scythici latus extendentia mundi.
Omnia que Phœbi facies in luce diurna
Terrigenis aufert, animis iam corpore functis
Astra micant semper. Lux immortalis Olymbo est.
Sed terra pars vna diem, pars altera noctem
Semper habet, nunquam Titan complectitur omnem,
Et luci oppositas celo tenus erigit umbras,
Quas cùm luna subit, tristi fit pallida vultu.
At subit aduersum quoties contraria solem

Non

Non videt, & cæso contristat sydere mundum.
 Sol quoq; si quando lunam superambulat, orbem
 Abscondit non lucis inops sed lumine clauso.
 Cernite nostrates anime, quæ nuper ab Orco
 Ad euentus opes cultumq; ardentis Olympi.
 Quot ueli pars orta rapit, tot sydera surgens
 Altera fert, toto luscent miracula mundo.
 Cernite Manortem qui luthens ore minaci
 Nascitur, & suprà pelagi se porrigit vndam.
 Quanta Venus decus astrorum prenuncia Phœbi,
 Quanta Ioui facie, & que sua sydera raro
 Opendit terris proles Athlantica, Phœbi
 Asecla, & aspectu splendor Saturnius agro
 Quam maior quam terra patet, quidm credere vulgus
 Posit & immenso cœli quantum oscupet orbe.
 Circulus à cancro veniens ad frigida capri
 Cornua signifer est, ubi quis mortalibus unquam
 Suspiciens oculis tantos existimet ignes?
 Omiseri loca terrigena qui obscura tenetis,
 Nec cœli nouissim opes, si cernere fas sit
 Hoc iubar, illa fugax male mendicata voluptas
 Rebus ab obscenis fracto se extingueret astu.
 Illi omnes terræ affectus qui regna gubernant,
 Qui pacem, qui bella gerunt, qui pectora torquent,
 Se premerent, curas huic mens extenderer omnes,
 Huc animæ postquam vetus in lustralibus vndis
 Deleuere nefas, iam cœli ad limen iure
 Conuiciunt, cœtuq; volant ad sydera facto:

Omnibus

Omnib; is basiuer est, quādo Phlegethonta relinquunt
 Parditur hec statio, diuis hec prima voluptas
 Propterea dum spirituum conflixerit agmen
 Istrus in noctem lustrare virentia rura
 Prime uagi domos licet explorare parentum.
 Sic aut, & lento graditur per gramina passu
 Versas ad auroram, sequitur chorus omn; euntem
 Sextus ab Aegeo iam non Cerialia curru
 Triptolemi de more vobens, sed diuite portans
 Ore per Hispanos celestia semina campos,
 Contemptorq; necis Cucufas, & turbinis instar
 Arriadas Leander agens, & tempora Paulus
 Omnia surgentes memorans ab origine mundi,
 Artis & ingenij louples Isidorus utræq;
 Inclitus Hispania, clara hec o tu illa se pulcro.
 Hic subiime decus Libyæ Felgenius oim
 Exul & ablato fulcans maria alta magistro.
 Hic censor morum Eutropius, cui lata senectus
 Mixta iuuentuti vultu venerabilis alto
 Atq; Valentinius fratres in collibus orti,
 Pausus veterq; ignes, & sanguine tintitus veterq;
 His Veri Valeriq; fides par robore, dispar
 Eloquio hic sermonis inops, ille ore disertus.
 Romanusq; pater Damasus, cui clarus Arator
 Ilcomes, & multo radians Prudentius auro.
 Sed liusq; graui resonans mysteria cantu.
 Atq; nouam terrica legem grauitate iuuencus
 Ausus & beroe Christum celebrare cothurno.

kk

Tb

BAPTISTAE MANTVANI

Tu quoque Sidoni proles Aquitanica, quondam
Pastor apud Ligerim. Tuque o pietate refulgens
Eximia Pauline pater, qui barbara vincula
Forti animo perfers, et tu numerose Boeti,
Qui seruare doceas vocum internalla, lyramque
Tendere, et inflari vocalibus organa ventis,
Ausonio coniunctus adest, vos gloria tanti
Magna chori, vos auratis Ferrantica plectris
Carmina pangentes hederis, lauroque decori
Itis, et in numerum voices inflexit omnes.
Carmen erat positura iugum Granata superbæ
Gentis, et ad Christum magno redditura triumpho.
Nec tamen auctorem bellum neque bella canebant,
Sed fore felicissimam proxima tempora cursu.
Finierat cantus posito lyra eburnea plectro,
Tensaque disparibus sambuca triangula neruis,
Quando iterum facunda mouens Audentius ora
Prosequitur meritis felicem laudibus oram.
O regum cognata anima, quacunque per orbem
Longinquis diuisa locis maris aquora portant,
Hic habet unus ager, nec decolor India tantum
Parturit endes hebenos, nec media solum
Fert illud nemus egregium laudataque poma.
Poma quibus sanari anima dicuntur olentes.
Nec thuris Saba sola ferax, neque balsama soli
Dant Hiericuntini colles, hic omnia in unum
Conuenere locum, nec sollicitare profundum
Name opus est Euris, Zephyris, Aquilonibus, Austris.

Hoc

ALPHONSI LIBER V.

74

Hoc omnis congeta sinu terrena voluptas
Exclusis sincera malis, opulentia rerum
Tanta, fide quia fine caret, facundia glorie
Pvertate minor, laus est prouentibus impar.
Hec domus humani generis si famina fruadem
Cognovisset, erat, fraudem nullo uno abolendam.
Nam lemures quibus ingenium penetrabile, vafrum
Infidum, perfidum, audax, audumque nocendi,
Hinc nostros egere patres, hic sancta fuisse
Et sine labe Venus, sancti sine crimine nati,
Vita insensu, tranquilla quies, aeterna iumentus,
Tuta salus, hostile nihil, post dulcia saecula
In celum sine morte adiutus, sua Lucifer arma
Proiecens cum plebe sua latuisset opaco
Languidus, ater, inops animarum, inglorius antrœ.
Et virosa sua rabies fraudata veneno
Conatus memor inuaidi plorasset ianam
Invidiam, nec tot spolijs ditesceret orcus.
Ista per Elysium memorans Audentius ibat
Cum volucrem procul egregiam speculatus in alto
Culmine sylvarum, prebris vestigia plantis
Fixit, et extenta monstrans nemora ardua dextra
Siste ait, o Alphonse, gradus, ac lumina tollens
Ignotum cognoscet tu genus alitis orbe.
Celsa vides ubi pendentes diffundit in arcum
Undique palma comas, et auras illa in vertice summo
Vnit, et est Phœnix, viden ut torquata coruscio
Tunica colla micent auro, stent vertice plumæ

kk 2

Conife

BAPTISTÆ MANTVANI

Conifero? crinale decus vibretur ab aura?
 Regia Sarrano totam chlamys induat ostro?
 In facie crista duplices, Sidonia virget
 Purpura cœruleam roseo discrimine caudam?
 Sola inter volucres nec mas nec fœmina, sexu
 Sola caret, Veneris sola auerſatur amores,
 Secula ſex viuit, neve hiſ moriatur in aruis
 Cum venit ſuprema dies, Panchaia rura
 Inuolat, & thuris frutices & cinnama rostro
 Congerit, & caſtas, alifq; incendia motis
 Suſcitat impendens tumulo, phœbæa coactis
 Flamma iuuat radijs, ſubitoq; illabitur igne.
 Ipſe rogo incubens dulci ſua funera cantu
 Aduocat. Eſt felix fatum atq; optabile, quando
 Poſt fatum noua vita redit melioriſ iuuentus.
 Ut Pyra consumptis euanuit arida flammis,
 Prodit ab extintis paruo poſt tempore mancum
 Reliquijs animal, cui forma ſimillima campa.
 Et ſenſim in primam calo affirante volucrem
 Surgit, & antiquo crenſens plumescit amictu.
 Et poſtquam leuibus ſe attollit in aëra pennis
 Fortior, & membris aquilam maioribus equat,
 Huc redit. In medio recubans Taprobania ponto
 Tempora cognoscit reditus. Tum ruficuſ ergo
 Suspicit obſeruans volucrem, nam creditur annus.
 Ille ſalutaris, ſpecoriq; & frugibus aquus.
 Ecce procul longæuus Enos, Iaretica proles,
 Reliquia antiqui generis, diuſſa priuſquam

Aequora

ALPHONSI LIB. V.

75

Aequora tellurem late prostrata tuliffent
 In inga que miratur adhuc conchylia vulgus,
 Seduſus ingenita ſtudio pietatis ad aram
 Stabat, & gregibus ſemper meliora litabat.
 Quod Deus attendens meliore in regna vocatum
 Tranſtulit buc, ubi ſecurus modo Lilia carpit,
 Caruleo modo fila croci de cefpide vellit.
 Viuus adhuc, robustus adhuc, non aſperat artus
 Duracutis, non eſt annis curvata ſeneſtus.
 Integer expeſtat ſupremi ſecula mundi
 Chryſigenis latus opem, quando ultima sanctam
 Bellua progeniem Christi oppugnabit, & orbem
 Cade cruciatum molita extingue tandem
 Dura, feroc, immaris, atrox, inſtarq; gigantum
 Impia, & elato ſuperans Salmonea fastu
 Corruet, ut Phaetonta ferunt cecidiſſe nefandis
 Ausibus, ac Stygio domitum caput obruet orco.
 Tam florens tam lata cohors per amœna vagatur
 Arua leui incessu, permollibus adita cliuis
 Iugera, per riguſ humentia paſcua riuis.
 Ad uitreum venere amnem, paulumq; moratos
 Squammigeri tenuere greges, nam gurgite in alto
 Nunc choreas nunc bella ineunt, liquidaq; paleſtræ
 Milles modis ludunt, modo nititur obvia lymphis
 Turba leuis, laſciua, fugax, vaga, pendula, pernix,
 Lucentes cataphratta humeros, modò prona ſecundis
 Fertur aquis, modò tranjueros obliqua natatus
 Dirigit in ripas, agili modo ſirenuſa ſaltu

kk 3

Emicat

BAPTISTÆ MANTVANI

Emicat in solem, squamisq; nitentibus auram
Pulsat, & aëreos audet tentare volatus.
Nunc in bella coit, nunc miro elabitur astu
Ex aie, & rediens verso rada lucida curju.
Radit, & in aucto improuisa superuenit hosti.
Pinna facit remes, caudarum industria clavum
Exhibit, & per aquas, ut aues per inane feruntur.
Dulce voluptatis genus id, sed rarius illud
Cernere quo pacto venientes colligat austros
Nautilus elabens pleno super aquora velo
Nam neq; in Aemoria Tiphys prudenter Argo
Nauta, nec Ionijs melior Palinurus in vndis.

Proripis crinita abies, & acuta cypressus
In metu collecta comas, & Punica malus
Aemula flore rosa, folijs & vimine myrto.
Syrtigenæ lothi, Mauritæ, Atlantica sylua
Progenies citrus, tincisq; imperuia cedrus.
Nec platani, piceæve abh' int, & opacare daëtis
In seriem a boribus Xysto fit pergula longo.

Garrula plebs auium vernis exercita curis
Perstrepit, hec ratis escam rebit, altera longe
Nunigat in prædam, vorat illa legumina rostro
Quæ vomat in natos, salit hæc, illa incubat, omnes
L'ira Venus mouet in sobolem, studiumq; diurnum
Est Venus & thalami, thalami sunt somnia nocte.
Carminibus thalamos celebrant, in frondibus altis
Connubio indulgent. Hymenæa q; festa frequentant.
Sunt quoq; que sobolem ablacent, & proliis adulta

Per

ALPHONSI LIB. V.

76

per laureta nouos & per myrteta volatus
Dulcis exercent studijs, non prelia vultur,
Non mouet insidias auceps, non fitula fraudem.
Non cygnis infesta aquila, discordia nulla est
Cum Trochilo, licet hic fastus nomenq; superbum
Regis, & immeritos aquile indignentur honores.
Concors Nyctimene cornix, cum coniuge Progne
Nullum illic certamen habet, neq; filia patrem
Scylla fugit, nec apio Meropen, nec vtroq; parente
Maior Itys matrem, nec Dædalionæ columba.
Prole noua exultans galeaq; insignis alauda,
Cantat, & ascendit, duttoq; per aëra gyro
Se leuat in nubes, & carmine sydera mulcit.
Memnoniae, Diomedæ, Meleagridæ, audax
Picus in auspicijs auis obseruata Latinis,
Per dumeta sonant, miratur Achantida pictam,
Psitacus exiguo modulamina frangere cornu.
Germanæ quo nostra ferunt Acheloides ora
Mirantur pauonis opes, & lumina centum.
Cum sobolis parue longo gregè Dædala perdix
Deciduam frugem legit, & materterea phæbi
Herculeo nunquam morbo afficienda coturnix.
Innumeræq; alia volucres, nec frigore pulse
Verereuertuntur, sed tota atate perennant.
Sponte homines adeunt, atq; applaudentibus aliis
Elata in digitos nostris sua pectora iungunt
Teetoribus, dicas studio gestire loquendi.
Iam vicina cohors fonti qui parturit amnem,

kk 4

Ecce

Ecce virum videt umbrosa sub rupe sedentem
 Mille super gramen, vernans humus alta sedile
 Elenat, in virides vestigia porrigit herbas.
 Alludunt pedibus violaria, Amaracus vngues
 Ingreditur, flexa niveos noua lilia flores
 Vix ceruice ferunt, proles Cephisia fundit
 A radice conas, densis Saliunca maniplis
 Luxuriat, sic molle Thymum, sic coicolor iris
 Nubibus, astium cum sol contrarius imbre
 Pingit, & in nebulis Thaumantias erigit arcum.
 Omnis ager fluit in sobolem, natura silenti
 Nocte adit ethereas animas, quae sydera volunt,
 Illa artis documenta ferunt, illa omnia miris
 Producenda modis solerti indagine monstrant.
 Docta redit, cæliq; ignes alnumq; calorem
 Solis & astrorum referens, illabitur vndis,
 Intrat humum, sparsas elementa per omnia causas
 Visit & aeterno iubet indulgere labori.
 Illa opera, ut valuis aurora patentibus albet,
 Ad sua consurgunt, tepidis hæc semina lymphis
 Mollit, & igne fouens teneras extendit in herbas.
 Hec volucrum fetus ductis per viscera neruis
 Texit, & in variis aptat cava guttura cantus,
 Ludit & in plumis, & picturata figurat
 Tergora, nunc auro pennas, nunc murice tangit.
 Hæc docili ingenio parat instrumenta viasq;
 Sensibus argutis habiles, quibus omnia discant
 Carmina, & auditæ imitari acreddere voces.

Astra

Astra etiam pluviæq; docent, & certa dierum
 Tempora & annorum, sic ver cognoscit hirundo,
 Haec Jones hyemem, ventos & fulmina cudit
 Et tempestiuos campis sitientibus imbras.
 Et quoties opus est, operam famulantur ad omnem.
 Sic hori sic rura virent, opulenta superbit
 Terra sub ornatu vario, gaudetq; videri,
 Et proprias ostentat opes, aurata corimbos
 Chrysocome paßim, paßim vernant holochrysi,
 Autumnale crocum, rosa gloria veris adulti,
 Calta rubens, hiacynthus adhuc antiqua doloris
 In folijs monumenta gerens, & nomina regum.
 Ipse quoq; exhalans nullos amaranthus odores,
 Flos an spica magis dubium, vestita colorem
 Punicum, molles hyemi factura coronas.
 Nam postquam hyberna Boreas niue sustulit hortos,
 Imperis rediuiuus aquis animatur, & ardet.
 Talia per campos gignens Ganaëden apricos
 Ornamenta, senem cingit florentibus herbis.
 Imminet a tergo rupes fruticosa, comantem
 Inclinans de rupe iubam, munimen ad æstum
 Sylua facit, syluaq; incumbens vndi, q; lapju
 Vinea pampino longis tentoria ramis
 Spargit, & ex viridi pendet vindemia tecto.
 Lena viro diffusa pedes velabat eburnos
 Vnguetenus, late radians splendore niuali,
 Vi splendere gelu superincrufata sereno
 Nocte solet nix strata iugis, scilicet manè resurgens

kk 5

Sol

Sol videt albicos radianti sydere montes.
 Candida Cesaries capiti, coma candida mento,
 Et grauis in roseo lepor, & reuerentia vultu.
 Continet explicito revoluta voluminalibro
 In genibus, Pathmæ legit miracula mundi
 Signa senescentis, nulli intellecta nepotum.
 Exemplò strepitumq; pedum, murmurq; loquentum
 Sensit, & assurgens positis in gramine chartis
 Occurrit blando alloquio, vultuq; sereno.
 Et postquam didicitq; moras causamq; morandi.
 Non ad terrestres epulas, nec ad ocia diuos
 Allicit, auxiliq; nec enim mortalis egent dñ.
 Sed longè meliora animo conuiua voluens
 Per loca cælestem ducit tempæ cateruam.
 Saxum ingens, speculare vocant, lauore corusco
 Funditur in latum crustis glacialibus orbem,
 Et collis iuga summa tenet, quæ resipic' austrum
 Palmarum iuga perpetuis frondentia syluis.
 Hic quoties præscire senex arcana futuri
 Temporis optasset solus residuebat, Olympi
 Vota senis regina sequens in marmore formis
 Mobilibus rerum euentus monstrabat, & omnem
 Rem fieri cernebat, vti qui somnia noctu
 Vera vident, adeò indulgens & prona nepoti est.
 Huc ubi vella cohors senior conuersus ad agmen,
 Qsuperi, cuius gentis cognoscere casus
 Vultis, ait, cui qua immineant discrimina regno,
 Cui qua sit fortuna loco ventura diebus,

Quos

Quos etas longinqua trahit, dignoscere vestrum est.
 Hoc miris aptata modis dabit omnia saxum
 Regina diuini officij ac munere magno,
 Has ego iampridem, metuens ne Daunia rursum
 Arua iugum Libyæ prameret (nam lora tenebat
 Fæmina Parthenopes, ideoq; ea regna lababant)
 Accessti ad sortes, & ad hæc oracula veni.
 Continuò à vestris video super aquora classem
 Littoribus solui, summaq; in puppe tenentem
 Cum consanguineis Alphonsum regibus arma
 Bellica in Italiam ventis dare vela secundis.
 Et comes Alfonso fidum qui posset Achatem
 Vincere consilijs & dulci Nestorq; lingua
 Conditallus erat, soboles Heredia, magno
 Dux animo, cui maiorum celebrata per omnem
 Hesperiam virtus erat in facta ardua calcar.
 Quatuor ipse rates exelcta mole superbas
 Aufonium in Martem patrijs ducebat ab oris.
 Signa duci multæ magnis cum turribus arces.
 Nam soliti expugnare arces pro insignibus arces
 Accepere atauri signataq; arcibus arces.
 Postea magnanimos ausus imitata parentum
 Posteritas generosa suis sub regibus, inter
 Hesperia primos proceres extendere famam
 Et claris angere decus volvère sub armis.
 Hinc alius soboles noua Conditallus autum
 Nomen habens, sed adhuc lacenti infantulus aeo.
 Ipse sacras ad dura manus non porrigit armas,

Religio

BAPTISTAE MANTVANI

Rellgio iuuuenem pietasq; innata deorum
 Praeficiet sacris, illum Romana videbit
 Tarraco, solemi pompa descendere ad aras,
 Stipatumq; graui patrum dare iura senatu.
 Ipse gubernator Romam moderabitur, ipse
 Parthenopen, missus bella inter Gallica regum
 Relliquis rebet ad Siculos, & sydera vincet
 Consilio, fatali odio prudentia maior.
 Tum demum virtutem minor fortuna minari
 Desinet, & flabit ventis ad vela secundis:
 Ipse suos tandem pulsis Iberica Mauris
 Afficiet gaudens reges in regnare uerti.
 Et laudi aeternum meditans decus, ociar rumpet
 Pieridum, multoq; auro vatum ora mouebit,
 Magnificus contemptor opum, de sanguine regum
 Et bene de patria meritus, sub muricis umbra
 Dignus honoratos inter confondere patres.
 Mirabar que fata virum, que numina regem,
 Omnibus insignem officij in regna vocarent.
 Ecce fretum Genua clavis noua sulcat, & altis
 Nauigat antennis, sequiturq; per aquora regem.
 Iam Lygur Hesperio, classi iam proxima classis.
 Rostra premunt rostris, bellum graue surgit in vndis.
 Tela volant, Lygur inualuit, spoliatur Arago.
 Hesperios inter proceres, quos inuida laudi
 In prædama fortuna dedit, tum prima ferebat
 Alphonso sub rege merens Antonius arma,
 Cui genus & patrum dederat sua Corduba nomen.

Picta

ALPHONSI LIBER V.

79

Picta sua gentis signo de stamine Serum
 It iuueni super arma chlamys, dextroq; leonis
 Ex humero caput os aperit, de poplite lauo
 Os aliud contra fauces ostendit, & inter
 Trabs virgata fluens in morem fluminis vndam
 Accipit a rugis, & biantia coniugat ora.
 Alba chlamys, ducta in rectum per pectora virga
 Quinq; color cœli media, que est latior, ambas
 Inficit extremas Sarrana purpura conche.
 Inclusas vtring; duas, vt & ora leonum
 Fulva croco textura parum flamente colorat.
 Ipse pium casus dominum comitatus in omnes
 Venit ad Insubres, ubi postquam vincula passo
 Affuit Alphonso melior fortuna, relictus,
 Seu fuerit casus, seu cœli immobile fatum,
 Egregium decus, & nomen sibi fecit in armis.
 Hinc noua progenies veniens a sanguine prisca
 Nascitur, Ocnæos ubi circuit vnda nepotes.
 Petrus enim senis Antonij generosa propago
 Mintiadas adiit populos, ubi Gonzagarum
 Regia, & insignem claro sub principe nactus
 Eximia virtute locum, primordia genti
 Condit, & annos ocedet iam frigidus aeo.
 Prætereo euentus varios, aduersa secundis
 Interiecta tulit tandem sua premia virtus.
 Parthenopen subit Alphonfus, Campania regem
 Accipit, atq; nouo venit in noua regna triumpho.
 Sic senior, meditata cobors promissa volutat

Iam

BAPTISTAE MANTVANI

Iamdudum quæ sint potius scitanda, nec vlt̄rā
 Alphonsus differre valens ardentia vota,
 Sancte pater, dixit, cui scire latentia semper
 Atq; alijs ignota dedit regnator Olympi,
 Scis Mauris partem Hesperia parere i tyrannis.
 Scis quantum sudatum armis, scis sanguine quanto
 Et quibus est certatum odijs iam sacula septem.
 Da qua sors h̄c regna manet, qua fata sequantur
 Hesperiam. In nostra quod posteritate futurum est
 Dulce, velut quadam ex specula procul ante tueri.
 Ore iuvant studijsq; omnes ardentibus orant
 Id comites, nec quari aliud potuisse fatentur
 Gratios. Ergo animis omnes concordibus astant
 In lapidem conuersi acies. Mora nulla theatrum
 Nascitur, & sublime sinu diffunditur amplio.
 Apparet cum plebe patres, Deus Iride clausus
 Excelso sedet in solio, ducente Iacobo
 Hesperia custode. Nouis animosus in armis
 Rex Hispanus adeſt, gemmisq; opulenta virago.
 Demiſis formosa oculis ante ora senatus
 Ferranti coniuncta venit, cui Corduba & altrix
 Regnorum Castella subest, decor indolis alte
 Indicat ingenium cum relligione pudorem
 Cum pietate, virilem animum, clementia corda.
 Omnia discernunt, etenim quacunq; r̄deri
 Diua dabat, dabant agnisci, secunq; ferebat
 Nomina & indicium rerum simulaca suarum.
 Ipse alto pater à folio mouet ora, manumq;

Con-

ALPHONSI LIBER V.

80

Connubiumq; iubet, magnis applausibus adſunt
 Diui alacres, ad festa omnes Hymenea ministrant.
 Circus abit, Reges abeunt, cum regibus agmen
 Spirituum ductis abiēre per aera pennis:
 Mox oculis omnem Hesperiam subiecit imago.
 Altera Pyrenes surgunt iuga, surgit Arago,
 Tarraco, Carthago, cultisq; Valentia campis.
 Et Nauarra magis Boreali obnoxia plauſtre.
 Hesperia pars iſta prior, magis arcta duobus
 Angustata fretis, hinc Oceanitides vnde,
 Hesperius premit inde ſinus. Pars altera longe
 Pafior & campis diffusa patentibus orbem
 Porrigit immenſum triplici circundata ponto.
 Hanc partitur Anas, ſinibus modò latior amplis,
 Nunc strictis collectus aquis, nunc flumine merſo
 Sub tellure latet, reduct modò nascitur amne.
 Et tandem mare quod magnus cognominat Athlaſ
 Intrat od occasum veniens Titanis ab ortu.
 Apparet vada longa Tagi, fugit vnda citato
 Flumine Tolletum properans. Apparet Iberus,
 Cantaber, ingreditur Celsam, iam maria radit
 Casaris, absorbens Cingam, Sicoring, superbus
 Ambulat, apparet longum ſinuatus in amnum
 Bethys, & in ripis Bethys celeberrima fama
 Corduba, & Alcida pelago vicinior Hispal.
 Ecce procul Phæbo tellus vicina cadenti
 Concolor est caelo, dic as hastilia turreſ
 Oſonoba, penè ex oculis auſ fertur Olyſpo.

Ecc

BAPTISTÆ MANTVANI

Ecce metalliferi tractus, ecce alta Saguntii
 Tertia, & tergeminis ut fama est Pallantia quondam
 Regia Gerione, veterisq; Numantia belli
 Consilia, & aprica cum flumine collis Ilerda,
 Vnde ferunt ortum veteres habuisse Sicanos.
 Ora virens Sparto latis longissima campis
 Panditur, & regio Zephyris ubi flantibus aura
 Gignit equos, & purpureo terra inclita coco.
 Sic oculos pictura mouet simulacraq; mentem
 Sic rapiunt, sic est veris forma amula rebus,
 Ut lapidem sape oblii presentia credant
 Cuncta, nec ostendi signis & imagine facta.
 Alta Oretania Granata in montibus austrum
 Respi: it, atq; oculis albas procul exhibet urbes:
 Eleuat in Libyam saxos & cornua frontis,
 Angustasq; freti fauces premit ardua Calpe.
 Et vastam vndarum videt alta per ostia molem
 Luctari, ac viridem ruere atq; insurgere pontum.
 Huc divi ingressi totis noua gaudia rectis
 Ingessere, micant altis in turribus ignes.
 Aera sonant, iam signavno duoregiam circo
 Auratis coecum lumbis, noua fædera regum
 Arrestata, domos velant, iam fronde columnæ,
 Fronde coronantur poskes, & limina & aræ,
 Templa vident, passim choreæ, conuiua passim.
 Et iam sublatis populos in pralia mensis
 Sollicitant, ad bellum omnes animantur Iberi.
 Celticus, & Gallis Vasco conterminus oris,

Can-

ALPHONSI LIB. V.

81

Cantabri Grauijꝝ ruunt, ruit impiger Astur.
 Celtiberi ferro insignes, Tartesia pubes,
 Gallaici, & quicquid populorum Hispania pugnax
 Continet, hinc regina mouet, Rex belliger illinc.
 Arma striant, enses acuunt, hastilia radunt.
 Acri equi tergo insultant, leuis arma iuuentus
 Tentat, & ad duram Martis se accommodat artem.
 Ecce fretum Libyæ campisq; liquentibus echor.
 Clavis adest, mare veliuolus iam nauibus albet,
 Ha Zephiri spirante volant, ha flantibus Euris.
 Iam coi'ere, putes altis in fluctibus arces
 Nare, iacent aliqua, & remis graduntur & aura.
 Sunt nullis habiles remis, graduntur & aura.
 Puppibus armatis malorum in vertice grandi
 Accipiunt craterem viros, & missile ferrum.
 Per campos ærata aries glomerantur, & hastas
 Et tormenta vebunt plaustris quibus ardua pulsent
 Mania, & aëreas turres, & abenea claustra.
 In medijs rex altus equo cataphractus abeno
 Castra mouet, turmasq; regit, loca praripit hosti
 Opportuna, velut tumulo speculator ab alto,
 Cum la oculis animoq; videt. Granata tumultum
 Audit, & agra metu magno suspiria ducit.
 Ut cum indignantem nigris in fluctibus iram
 Neptuni cœliq; vident incumbere naute,
 Et procul à terris aquilone agitantur opaco.
 Exitium Mauro incubit, super ardua cursant
 Mania, & inuetis onerant pinacula saxis,

ll

Sol-

Solliciti munire aditus, & cingere fossis
Oppida, & armato portas custodetueri.
Dij verò quibus est Maurum tutela, relicto
Præsidio gentis Libycæ, magno agmine migrante
In nebulas gruibus similes, quas bruma coëgit
Querere littoribus vicina temenibus aqua.
Iudicium sensere Dei, sensere Tonantem
Annuerere incætis, & ab alto incendia bellî
Missa, & ad Hispanos reges suaregna reuerti.
Iam in foribus furor arma sonat, iam clausica Mauri
Audit, & ad pugnam properans Agarena iuuentus
Erumpit portis, campoq; infusa patenti
Cogitur in cuneos, longisq; minaciter hastis
Diro animo trucibusq; oculis in pralia fertur.
Aduerso sole arma micant, mucronibus ardor
Fulgurat, hastarumq; seges procul alta refulget.
Ecce eques vndatim aduersa bellator ab urbe
Fundunt, ac si omnes vna intra mœnia Mauri
Se abdiderint, totumq; ruat genus arce Libyssum.
Contra animis armisq; potens Hispania turmas
Explicat, & dupli cornu circumuenit hostem.
Iam tuba terrifico bellandi exordia cantu
Nunciat, & pugna immisus præluditur hastis.
Mox acies utrinq; ruunt, extollitur umbra
Pulueris obscuro conuolueni omnia nimbo.
Per galeas, per thoraces salit aspera grande
Mistilium, tonat elato pila plumbea fumo.
Vixa acies Hispana parum succumbere primo

Agm.

Agmine, & à cornu fugere inclinata sinistro.
Nec mora, rex animaduerso se in bella periclo
Proripit, agmen agens equitum, Mauroq; repente
Se obiçiens volat in medios, ubi densior hostis,
Et penetrans cuneum trabe fulminis instar eunte
Preterit, ac stricto rediens fudit vndiq; ferro.
Senit, vt inter oues atrox lupus ore cruento,
Et claudit sibi cæde viam, fera peccora Muiri
Obiçient morti pro libertate ruentes,
Velut madent, rigat arma cruor, rubet aquore sanguis,
Et tandem ardens pugna sub pondere Maurus
Desciens iter ad muros festinat, in urbem
Turbatis ruit ordinibus, Tarteria pubes
Terga premit iacula, & proni in vulnera Iberi
Infodunt profugis ferrum, stragam atq; rapinam
Quis referat? totis prostrata cadauera campis
Fine carent, terra ingenti sub cæde sepulta
Horret onus, grandesq; virûm formidat aceruos.
Obseſi veniam ciues de mœnibus orant,
Adiçiunt precibus lachrymas, & brachia tendunt
Suppliciter. Victimam ingrediens Rex accipit urbem,
Atq; superstitibus parci iubet, altera turres
Signa ferunt, danturq; nouis custodibus arces.
Rex legit ex bello captio quos munera mittat
Italia, sedet armatus plebemq; recenset.
Iam iubet imponi ratibus, iam vela secundis
Inflantur Zephyris, verrunt mare, prospicit ortum
Prora, volant alacres, fertur sine remige puppis.

ITALIA
11 2 17

BAPTISTAE MANTVANI

In nullum depresso latus, Balearica saxa
Prætereunt, procul ostendit sua littora Narbo.
Iam tellus Sardoa procul, Cyrenaic longe.
Detegitur, Lygurumque vident nigrescere montes.
Iam Genua freta lata tenent, Tyrrhenaque fulcant
Aequora, saxosa radunt rada proxima Macra.
Tisarum post terga lares linquuntur, & Arni
Ostia, & effosso diues Populonia ferro.
Et iam vela legunt, pressoq; ad littora clavo
Succedunt remi Zephyris, Tyberimque subintrant.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI:

ALPHONSI LIBER VI.



Nterea Hispani motis certamina castris
In noua surgentes currus & inertia
plastra
Exonerant, alijsque locant tentoria cam-
pis
Solliciti, & circunducto seje aggere cingunt.
Belligeri erumpunt Numidae, telisque lassisunt
Hesperios, oritur sumpto pugna aspera ferro.

Rex

ALPHONSI LIBER VI.

33

Rex alto sublimis equo locat ordine turmas,
Partiturque vices, doctus sine cade suorum
Vincere, & ingenio vires anteire sagaci:
Mars utriusque furit, pubes Hispana superbam
Progeniem maiore animo, melioribus armis
Opprimit. Ecce Astur scalis ad mœnia motis
Conversi ad muros clypei sub tegmine clausus
Scandit, & irrumens captam populatur Alamana.
Si referam pugnas omnes, si prælia dicam
Omnia fatidicis quæ sunt offensa figuris,
Ante ruens cum sole dies extrema sub undas
Ibit, & accendet nocturnos Hesperus ignes.
Plurima sortilegi recitantem oracula saxi
Sit sati euentus belli recitare secudos.
Carthama diripitur, summis in collibus arcem
Pandit, & Hispanos bipotentibus Halora portis
Accipit, exalta montana cacumina Rhondæ
Occupat insidijs miles, iam porrigit arma
Loxa, labant Malaca vires, tot cadibus impar
Dat rictas in vinclam manus, Abderatum multu
Est oppressa graui, magnos Almyria plantus
Audit, & attoniti clamant ad sydera ciues.
Lugent Herculei circum maris aquora passim
Sedibus expulsi patrijs, & Punica frustra
Littora prospectant Mauri, via nulla per undas.
At ergo ferrum & flamma, fremit undiq; Mauors.
Ut mare cum ventis & tempestate furorem
Tollit, & in cælum salientibus albicit undis.

ll 3

Albus-

BAPTISTÆ MANTVANI

Albunecar prostrata iacet, iacet inclyta quondam
 Cartalo, iam Marbella caput iam Munda superbum
 Submisere iugo, campos incendia vastant.
 In iuga proserpunt ignes, procul ardua fumant
 Mœnia per montes, dant saxa ruentia saltus
 Aëreos, secumq; trahunt derupibus ornos.
 Quod superest flammis, ferrum rapit, ô metuendas
 Cœlorum diuinaq; minas, ô sp. endida vulgi
 Regna oculis intus squalenti horrentia nocte
 Semper, & aeternum cœco agrotantia morbo.
 Itur ad extremum belli decus. Itur ad alta
 Excidium fatale vrbis, maiora parantur
 Castra, nouos cum rege subit regina tumultus.
 In montana equitant acies, pedes ordine longo
 Per denixa meat montis iuga, clausa valles
 Clausa montanos apices & tympana campos
 Terrifico absterrent sonitu, tenet omnia Mauors.
 Ante ipsos Granata oculos noua mœnia surgunt.
 Et fidei cognomen habent, iamq; ardua moles
 Aemula Granata celas ad sydera turres
 Eleua, & magno Hispani molimine sudant.
 Ipse operi Rex primus adest, & regia coniunct
 Praefici de more operas hortatur, & vrget.
 Ecce prorul senior longinquæ a limine portæ
 Attonio similis, paucis comitantibus ore
 Squallidus hirsuto, dubitat quo tramite gressum
 Dirigat, ambiguusq; diu modò lumine pontum
 Turbidus obscuro, montes modò respicit altos,

Abda-

ALPHONSI LIBER VI.

84

Abdal is est, in castra venit. Rex splendidus alto
 Cum con sorte sedet solio, cadit Abdalis ore
 Ferrantis prono ante pedes, miserantibus ipsis
 Hostibus, & reges caput inclinatus adorat
 Vertice nudato, manibusq; ad pectora vincit.
 Dant veniam victo Reges, mirantur Iberi
 Fortunas & fata virum, quam proximus omni
 Interitus regno, quoties Deus ire ruinam
 Insit, ut inconstans rebus natura secundis.
 Tincta situ armorum & longi rubigine belli
 Turba coit castris ex omnibus, atria circum
 Regia connutant capite & gestire videntur.
 En nouis obfessa veniens Orator ab urbe
 Quam veteres Eliberi habitant, quam mille coronant
 Oppida, que regni caput est sublime ruentis,
 Regi astat, regem alloquitur, gauisa repente
 Castra fremunt, lati q; manus ad sydera tollunt.
 Grata oratori reges responsa videntur
 Reddere, & acceptis firmant noua fædera dextris.
 Taurus in aurora thalamis cum sole resurgens
 Atq; Dionæas referans Athlantides, albam
 Lucem aperit, maie celebrant noua festa calenda.
 Miles adit sylvas, nemorumq; virentia portant
 Brachia, tolluntur plausus per Iberica castra.
 Cuncta virent, cinguntq; noua tentoria fronde.
 Delectas peditum turmas, equitumq; phalanges,
 Ordine quo in certamen eunt in mœnia mittunt,
 Clari armis ostroq; Duces, urbemq; receptam

ll 4

Præ-

Präsidij munire parant & milite complent.
 Viæ triumphali pompa stridentia claustra
 Portarum Granata aperit, sua viscera pandit
 Hostibus, occlusis excelsa palatia valuis
 Muta silent, vacuaq; riae, foras ciuibus orba.
 Arx omni custode caret, subit ardua miles
 Limina, & ex populo tanta nemo obuiat vrbis.
 Publicus extincto mœror spectacula regno
 Leta fugit, pudor occultis sine voce latebris
 Febrifit, & elinguis tristi paucor alget in umbra.
 In castris proceres relati murice & auro
 Regem adeunt, stant quadrupedes tentoria circum
 Regia, pectoribus latiss, ac fronde superba
 Magnanimi, pugnæq; audi, vix dura feroce
 Frena domant, vix assuetas patiuntur habenas,
 Aure micant, fossusq; sonat pede campus aheno.
 Innumere coœunt acies, iam mille phalanges
 Frenatis graduntur equis, radiantia Phœbo
 Arma repercussæ flammæ iaculantur, & umbram
 Porrigit hastarum densum nemus, agmina regem
 Suscipiunt medium, cultuq; ornata nitenti
 Circumequitant. Ipse auratus cœtu altior, albo
 Fertur equo, cui gemmarum stellata corymbis
 Velamenta, rubent baccato holoserica limbo.
 Ipsa quoq; insignem veniens Regina triumphum
 Auget, & ingenti nuruum stipante corona
 Cincta sacerdotum cuneo, phalerata iugales
 Scandit, & aurato multa inter millia curru

Vadit

vadit ouanus, sacri resonant per nubila longè
 (Quos oculis, quando abductis ora hiscere mentis
 Prospicias, non aure licet deprendere) cantus.
 Moribus infectum Mauris, ac vocibus Aphris
 Aëra fumi Arabes lustrant, Syriaq; vapores.
 Omnia qua noſtro famulantur ad orgia ritu
 Plauſtra rebunt, chlamydes sacras, argentea vasa
 Aureaq; & grandes, immania pondera, nolas,
 Soritas ideo Campane nomina Nolæ,
 Quod Nola inuentrix operis fuit, orgia & horas
 Voce notant, plebemq; mouent è turribus altis.
 Ecce procul celsis vexilla ex arcibus aura
 Ventilat, & caudas finuant agitata volantes.
 Iamq; tenent reges vrbis penetralia magnæ,
 Iam late ingressus loca posidet omnia miles.
 Baudelis bus captus adest, vestigia regum
 Lambit, & infelix iuuenis vicitribus offert
 Se, sceptrum, gentemq; suam, victosq; penates.
 Talia dum dulci ſtudio ſpectacula cernunt
 Cœlicola, ſunt hæc Maure ſat a ultima tandem
 Gentis, ait senior. Granata mihi exitus vrbem
 Hæc fortuna manet, reges hæc gloria noſtrōs.
 Et vix finierat, cum parua Beotius inflat
 Organa, Sidonius reſpondet ad organa cantu.
 Festinate hora, rapidiq; recedite ſoles,
 Voluite præcipiti menses vertigine luna.
 Ite armi celeres, agitate volubile cœlum.
 Libere ab ætheris pernicibus orbibus etas

ll 5

Leta

Lata fer Hesperia fælicia sacula genti.
 Macie puer magnis animis adtanta lacertos
 Bella para. Seba iam trepidat, iam barbara Memphis
 Virtutis rumore tua perculta dolorem
 Concipit, & veterum volvens oracula vatum
 Omnia que Maura reperit contraria genti
 Dat tibi, suspectum Libycis tua maxima virtus
 Te facit, os regale pauent, fortemq; iuuentam,
 Non secus ac paruum quoties videre leonem
 Dorcades, innocuum quanquam satis indicat atas,
 Attamen horrescunt digitos cum surgere in vnguem
 Vulnificos, atq; ora vident armata paternis
 Dentibus & toruo imperiosum in lumine fastum.
 Cum primum à Libycis erupit Vandalus oris,
 Nam Mauri qui regna tenent modo Bethyca, gens est
 Vandala, quam regione Gothi pepulere subacta,
 Armipotens sumptis audere Pelagiis armis
 Dum iactura recens, & adhuc in vulnere ferrum,
 Capit & à patrio Libyam depellere regno,
 Sed modo contractam pestem penitusq; receptum
 Virus in alia sue gentis præcordia nondum
 Pellere, nec tantos potuit compescere fluctus,
 Istud idem reges alij volvære, nec omnem
 Amisere operam, tuus est labor ultimus, omne
 Tu genus euertis, tu Bethyca regna tenebis.
 Nec minus id clarum facinus, nec gloria gentem
 Hanc vicisse minor, quam debellasse Chimaram,
 Semini rurinq; bouem Cretæo in carcere clausum.

Euertisse

Euertisse Phryges, crinita tot angubus ora
 Phorudos, ac multis rediuiuam mortibus Hydram.
 Colchorum domuisse boues, seruasse perempio
 Andromedam monstro, fortem expugnasse Mycenam.
 Et serpentigenas a ies, & nata repente
 Agmina, & accensois in mutua vulnera fratres.
 Ergo tibi decus aternum, numeraberis inter
 Insignes heroas apud genus omne, nec vñquam
 Occidet hec mundo fama immortalis vtroq;
 Finierant vates, cum sic Fulgentius orsus.
 O pater ut viuis cura est ita corpore fundis
 Scire quid in rerum causis natura redundant,
 Quidve Deus causarum auctor quem fata vocamus,
 Cogitet, & quid sit tandem quandoq; futurum.
 Ex his multa quidem sed non tamen omnia nobis
 Scire datum, velut hac qua nouimus indice saxo.
 Sed diuina prefæcta choris hac omnia virgo
 Conscia diuinamentis neq; conscientia tantæm
 Sed consors videt, atq; animas docet ipsa minores.
 He: igitur monstrata modis nunc omnia miris
 Afficiunt tanta nostras dulcedine mentes
 Quanta potest villo rerum contingere casu.
 Sed tum nostra fluent plenis vberrima ripis,
 Gaudia, tum nobis erit accumulata voluptas
 Si adiungas, ut cum membris mortalibus orbem
 Hunc subeas tam fælicem tanto hubere latum.
 Tum senior, si tantus amor cognoscere cursus
 Hac in regna meos, yetremq; ex orbe recessum,

Fabor;

BAPTISTÆ MANTVANI

Fabor, & antiquire repetam primordia casus.
 Paulus ut ad Graios bimarijs ad sacra Corinthi,
 Petrus ad Iusonios, & ad alte menia Romæ,
 Sic ego ad Ionios missus loca barbara quondam
 Ionio prætentam mari, quid Græcia Phœbo
 Egregias authore vrbes construxit, ab ipsa
 Hellade transmissis Asiatica ad arua colonis.
 Tum Lycias, Cilicesq; domos ad sancta vocavi
 Flumina, & innatum restringere fontibus ignem
 Edocui, ferriq; pios noua pignora ad amnes.
 Templa, sacerdotum ritus atq; azima liba
 Institui, cantu, & nouos altaria circum.
 Tum primum responsa deum me vindice clausis
 Continere adytis, & que celeberrima toto
 Orbe Claro fuerat, tepidis obmutuit aris.
 Phœbades expulsa templis, oracula Delos
 Perdidit, & Lycia tenuere silentia fortis.
 Ionia locus est, Clarium dixeré priores.
 Hic fama est antiqua Iouem cum fratribus olim
 Diuiso mundi imperio sibi sydera & altos
 Celorum seruasse polos, terrestria Diti.
 Regna, tridentifero cessisse liquentia fratri,
 Has ego detestans nugas & inania vulgi
 Somnia, destruxi veterum documenta deorum.
 Hinc moles illa Ortygia sacrata Diana,
 Quam Chares post prima nurus incendia rursum
 Collatis posuere opibus, sine numine mansit
 A uspice me, prisca sine maiestate relicta cst.

Pythia

ALPHONSI LIBER VI.

87

Pythia cesserunt, cessauit Iuppiter Hammon,
 Delphica & Euxina crudelia sacra Diana,
 Solenneq; Iouis ludi, quibus Isthmia nomen,
 Sacra Cleonæ Nemæe, & Olympica festa,
 Et quibus Archemori manes Langia colebat.
 Christi vrbes, Christi omnis ager, iura, orgia, templa,
 Diu standem expulsis, erat omnibus omnia Christus.
 sed noua mox versis subierunt secula fatis.
 Posterioritas morum & eclipsi viciata recepit
 Crudeles Othomanigenas, immanius atro
 Dite genus, legum ignaros, sola arma scientes,
 Colluientes plebis Scythicæ, vulgusq; nefandum.
 Tum versum est opus omne meum, sacraria miles
 Concilavit, equi in templis stabulantur ad aras,
 Infandum statuæ euerse, patrum ossa sepulcris
 Eruta, nec cineri rabies Hircana pepercit.
 Tum demum inferni vastanda Sathanibus ora
 Indefensa, gemens, & desolata remansit,
 Ut ratis in medio sine clavo & remige ponto.
 Sic fuit illa nocens atas, ingrataq; celo.
 Sic infirma fides. Heu tantum innoxia ferrent
 Nemea membra nefas, diuum regina caduco
 Confectum senio vetuit me finibus illis
 Exuere hanc vitam, sed cum iam tardia longi
 Exilijs senijq; meis iam corpore functis
 Fratribus, agro animo ferrem, mater tera nocte
 Astitit, & dixit fosso te conde sepulcro
 Viuus adhuc, tua confestim renouabitur atas.

Extem-

BAPTISTAE MANTVANI

Extemplo sequor hos monitus, fodiōq; sepulcrum.
Et p̄stante omni populo, ac mea fata dolente,
Compositis rebus iamiam moriturus hiatum
Subgredior, tellure tegor, iaceoq; sepultus
Et mortem operiens animos ad sydera teudo.
Seruant Regina fidem miserata iacentem
Ante obitum dum guttur adhuc spiraret anhelum
Affuit, & furtim noctū de pulueretrum
Transtulit huc, vidi veniens regna Indicalera,
Aethiopes dextra, terrasq; per aquora multis
Vndiq; & has, dixit, terras quas cernis in vndis,
Hesperie Reges post bis septena tenebunt
Secula tam lata rerum ditione potiri
Fata dabunt, erit Hispanis hac gloria regnis.
Hec ea, Fulgenti, qua commemoranda rogabas,
Ipse quoq; vnum oro, cūm cæli intraritis arcem
Petrum orate suum Latium custodiat, vrbem
Poni ificum, magni⁹ caput ne deserat orbis.
Namq; meas pridem obscenus peruenit ad aures
Rumor, & horribilis scelerata infamiq; Roma,
Et quanta Stygis alluvie incestata nitorem
Polluerit Romana fides, quo verbere Ditis
Spes hominum luxata cadat, quād debiliq; astu
Frigeat extincto pietas, quæ grandia cete
Piscari prædaq; hominum granis ire solebat,
Syrtibus in stygijs haeret sine remige cymba.
Heu scelus infandum, plures in puppe magistri
De clavo certamen habent, marcore palustri

Sordet

ALPHONSI LIBER VI.

88

Sordet inops, limo infixam turpiq; latenter
Gurgite cæci onerant omni farragine naua.
Pastores odere pecus, nec pascare curant
Sed tondere greges, pecoriq; illudere tonso.
Talibus admoniti verbis vbi gratia sancto
Acta seni, pedibus veris abiēre per vmbras
Frondis odoriferæ, lauros vbi sylua comantes
Erigit & ramos testudine iungit opaca.
Stipitibus rectis virides imitata columnas
Oravias aperit quorū libet ire, penates
Non fera, non serpens, nec iter dumeta, nec vlli
Præpedium frutices, iacet aquore campus aperto
Prataq; sub sylvis longe porrecta rigantur
Fontibus & riuis, circum medioq; per agros
Murmurat & vitreis saliens fugit amnibus vnda.
Sol terra vicinus adhuc cūm manœ resurgit
Et cūm serus obit, radios extendit in herbas.
Et bibit immisso nocturnum lumine rorem.
Cūm sublimis abit, medioq; incanduit axe,
Cedit, & intextu ramorum excluditur alto.
Hū spaciuntur apes, tenui⁹ per arua susurro
Purpureos ineunt flores, & pascua lambunt.
Occurrit nemus egressis genus arboris omne.
Nec nemus est, etenim patulo apricantia rure
Arboribus rarisi ager inter uallia relinquit.
Hic obliqua vident siliquas in cornua flexas,
Hic maculis acer vndosis, Pice tæda fluenti.
Vitis, hic Picea pingues, odiosa colubris

Fraxinus.

Fraxinus, hic riguis qua Cretica misit ab hortis
Poma Cydon, tenui faciem circumdata pube.
Castaneæ rident, & echinum exuta tridentem
Pendet ab hirsuto soboles lapsura cubili.
In frutices declinat iter, nemorumq; minorum
Allundunt nunc frondentia vimina suris,
Ad piper, ad calamos, ad odora cacumina Nardi
Extendunt digitos, caules carpuntur Amomi.
Thura premunt libro, tenui decerpitur vngue
Iuncus, & incesto sudans de cortice myrrha.
Virginibus similes Cereris quas filia Jecum
Duxit ad hybla eos flores, Cyanæq; prata,
Huc illusq; meant, ut agit sua quenq; voluptas.
Et iam delicias fruticum spaciata per omnes
Turba eoit, sequiturq; Ducem, pede campus eburno
Pressus olet, qui in flore latet, qui dormit in herbis
Surgit odor, leni q; volans attollitur aura.
Dumq; viam carpunt, ecce inter cinnama ad austrum
Et per longa vident roris virgulta marini,
Incessu lento ire senem, cui picta amarantho
Radix humum toga, barbarica coma pressa Tiara
Caniciem in latos humeros diffundit eburnam,
Barbaq; in extremum mento cadit aurea pectus.
Lucet in aspectu pietas, intrinseca virtus
Scribitur in vultu, probitas in imagine fulget.
It recolens annos veteres, primordia rerum
Cogitat, & varijs diuisum moribus orbem.
Ex uno diuersa luto fluxisse virorum

Tot genera, & gentem populis ex omnibus vnam
Iuda n sciuisse Deum, sub iartara mitti
Tancu n hominum pelagus vltu admiratur opaco,
Tot magnis laudi ingenijs, & inertibus vltro
Atra dari Iouis imperium tot sacula, tantum
Terrarum vsurpassè deos. Secumq; ita fatur
Raptus in ex. eßum mentis. Si rector Olympi
Id voluit cur damnatum? Si noluit, vnde
Exiit? inuito cui tanta licentia ceo?
Diffimilasse Deum, nec rem aueruisse nefandam
Res indigna Deo, rerum quem summa suarum
Cura decer, quem irre salus aliena remordet.
Talibus intentus cursu dum fluctuat inter
Hos animi scopulos, diuilm chorus ecce repente
Ingruit, ille premens fixis vestigia plantis
Subiicit, & gaudens alaci venit obuius ore.
At collens tunc ora graui Prudentius orsu
Eloquitur sacro comitum spectante senatu.
Maxime diuorum interpres, legum ante Solonem
Conditor ante Numam, Lacedemoniumq; Licurgum
Et Minoa senem, nec opaca in valle silentes
Consulis Aegeria lucos, nec Apollinis antra
De phita, sed summis Arborum in montibus audis
Pauhæ de nube Deum mandata ferentem.
Dux populi iudexq; tui, qui cedibus arua
Iidis, & Libycam Tritonida sanguine tingis.
Cuius ad imperium Triron perterritus vndas
Traxit, & exhausito secuit mariæ æqua fundo.

Tot

m m

Postquam

BAPTISTÆ MANTVANI.

Postquam te subito Phasga de vertice raptum
Transtulit hos Deus in campos, genus omne tuorum
Communi te morte putans abiisse sub umbras,
Credidit ignoto condi tua membra sepulcro.
Tutamen hic superes, nec te damno saepe
Tempora mutarunt, longo neq; frangeris euo.
Robur idem, facies eadem, qua flumina quondam
Elicis è saxe, verum translata parumper
In melius, postquam magnitibi visa Tonantis
Ora laborai super alta cacumina montis.
Sed tamen his modò posthabitibus sanctissime vatum.
Hec tibi tota cohors Stygio que carcere functos
Hesperia reges mecum comitatur ad astra
Supplicat ostendas primos qua poma parentes
Ex istis pepulere locis, ramosq; nocentes,
Quos miseria iniusa tulit mortalibus arbor.
Non potes hoc nescire, Deus cui cognita fecit
Omnia, nascentis prima incunabula mundi.
Dum fugeres Nilum nebulosè in vertice Sina.
Ligna quoq; altricem seruare potentia vitam
Muneris instar erit magni scire indice tanto.
Tu quoq; si quando casu tibi forsitan ullo
Est opus, obsequijs fidens (precor) utere nostris.
Talibus effatum Moses complexus ad omnem
Caelitum turbam placidus ita vocibus orsus.
Fausta dies cui longa parem non attulit etas
Ista mihi, video cœli sublatus in arcem,
Et calcare polos, et ferre per ignea gressum

Sydera,

ALPHONSI LIB. VI.

Sydera, stipariq; patrum cœtu atq; nepotum.
Talibus officijs referat sua premia rerum
Conditor, et grates meritis ingentibus aquas.
Si delusa meomea gens in funere nugas
Circumfert de morte leues, nil pendimus, atro
Gens animo, genus infidum, illaudabile vulgus,
Ad ventrem, ad Veneres et ad omnia sordida natum.
Nil celeste potest, nihil immortale doceri.
Nec tamen eiusq; que terminat omnia mortem.
Sed Deus extorrem membra in sua rettulit umbras.
Atq; buc impulsu flatu me transtulit uno
Venturum auxilio terris, cum fluxerit etas
Ultima postremis conflagratura diebus.
Quod super arboribus veterumq; errore parentum
Queritus, id vobis et si satis indice nullo
Scire licet, quia iussa tamen contemnere diuim
Impietas, praestò quocunq; vocaritis adsum.
Sic ait, et stipante choro vestigia mouit
Lenta per herbosos in margine fluminis agros.
Ecce vagis circum dumeta recursibus errant
Dulcior inter se miscent certamina damna,
Ecoribant hiaci lepores, et strenua Dorcas.
Hædi alacres et ceruorum lasciva iuuentus
Cornibus oblitant, et onusq; pondere frontis
Dulcia bella crient, cursu leuis ille citato
Proripitur, simulatq; fugam, pernicibus alter
Insequitur plantis, celerijs volumine crurum
Pene volat, dulce primus per gramina gyro

m m 2

Verti-

BAPTISTÆ MANTVANI

Vertitur iratum simulans, agiliq; sequentem
Impedit assultu, subitoq; in terga volutus
Verberat elatia aduersum calcibus hostem.
Ventum erat in tumulum molli cui balsama luco
Circumfusa virent, primos qua respicit ortus,
Qua videt occasus, & quod latus explicat austro.
Sylva brevis, fruticosa, putes vineta, nec rnum
Omnibus os, simplex ve genus, de cortice sicco
Caudicis emunxit radis opobalsama Titan,
Frondibus increpitant Zephyri, sylvamq; comantem
Ventilat as blandis occurrit odoribus aura.
E tumulo pater ora iacens diffusa per amplos
Pinguis humi traxus, stellantia floribus arua
Vndiq; quantum acies tendunt, Pomaria longo
Permeat inflexu viridantibus vndiq; ripis
Euphrates Babylona petens, non gurgite tanto
Quantus ab Armenys rubrum descendit in aquor.
Nec procul in Boream vergens vada lucida voluit
Tigris, & elabens maiori flumine Ganges.
Ipse quoq; intorto Nilus per pascuacursu
Fertur ad Aethiopum populos, & Candacis arua.
Quattuor hac paruis, vt catera flumina, surgunt
Principijs, alios fontes via longa ministrat.
Hic variam multa vernans humus arbore frugem
Parturit, & pomis agri difformibus balant.
Hæc viridi splendore nitent, hæc cortice rubro,
Hæc croceo, sunt alba genas, sunt aurea vultum.
Sunt modico collecta sinu, sunt orbibus amplius,

Sunt

ALPHONSI LIBER VI.

98

Sunt oblonga suas in humum inclinantia matres.
Ex humiliam turbam iugo digressa virentes
Iuerat in campos, dum ductor arundine mota
(Namq; manu modò decerptam Syringa ferebat)
Ecce, ait, illa malilabes antiqua parentum
Dedecus aternum primi q; infamia saclii.
Ecce hominum casus, miserisq; exordia vita.
Hanc frugem cui nectar inest, dape dulciss omni,
Sufficiens hominum genitrix, heu credula plusquam
Fuerat, incauteq; rapuit, raptamq; momordit.
Nec satis id, decepta virum decepit amantem.
Hæc amor infælix, infortunata voluptas.
Quid faceret tamen Adamus? premis vndiq; bellum
Hinc Deus his serpens, & pro serpente virago.
Hinc amor, inde timor, mens oppugnata laborat,
Vt ratis hinc austris, illinc aquilonibus acta.
Vicit amor, grauius affectus, violenta libido.
Ergo thori sociam sua blandimenta, suasq;
Delicias amens ne contristaret eodem
Nausfragio vt mercem amisit, puppemq; reliquit,
Vix tabula innitens rapidis euasit ab vndis.
Artibus his deiecta viri constantia mortem
Incidit, atq; suo electus cum coniuge regno,
Venit ad incurvus fodienda ligonibus arua,
Quæ sentes tribulosq; ferunt, quæ reddere vicitum
Cultori nisi vicit negant, quæ fundere frugem
Agricolani si vi ferroq; coacta recusant.
Hæc igitur latius arbor quæ frondibus umbram

m m 3 Porrigit

Porrigit, & libro pingues lactente mariscas
 Semper alit, necis & morbi lethalis origo est.
 Nam neq; Caucaso recubans in monte Prometheus
 Cœlesti rit perhibent lasit sua sacula furto.
 Vna sed hæc nobis tanti rea criminis arbor.
 Hæc ea que infaustum Crasso dedit omen eunti
 Quæsum procul ignota tellure sepulchrum.
 Hæc eadem Tyrias olim Carthaginis arces
 Prodidit, Iusonie populos, genus omne Latinum
 Rettulit in veteres iras, residemq; iuuentam
 Mouit ad arma, nouam classem, noua misit in aquor
 Clasifica, & impleuit velis mare, milite campos.
 Sic Trebia lamenta Catō & Trasimena bella
 Ultus, & insignes Romano sanguine Cannas.
 Sunt quoq; qui Belgas huius dulcedine captos
 Arboris excelsis referant ex alpibus olim
 Ad ripam venisse Padi, cum gente Latina
 Decertasse armis, Graios vastasse colonos,
 Traiecisse fretum, vexasse Asiatica regna,
 Et gentem fecisse nouam, Galatasq; vocari.
 Quos Paulus tuba cœlorum dum clangeret orbi,
 Vociferans taxat, magnoq; redarguit ore.
 Arbor in aduersis igitur famosa parentes
 Lusit, & in primis patribus genus omne futurum.
 Nec moueat quod crista cutem, quod flebile victa
 Deponat ceruice caput, quod languida fruges
 Sordeat aspectu cum iam maturuit atro,
 Est scelus in causa, mucro est hebetatus ab ictu.

Illa decens pomi fa:ies, illa ora videntum
 Insidiosa oculis (voluit Deus) orba nitenti
 Fronto veterosam cariem traxere, suumq;
 Amisere decus vultu obscurata senili.
 Hinc Deus ob causam circumdedit inquina patrunc
 Frondibus his, manifesta dapis monumenta nefanda,
 Ipse quoq; antiquæ longæna piacula fraudis
 Ablaturus, iter Solyam dum tendit ad urbem,
 Christus in hos odio ramos exarsit acerbo.
 Scilicet ostendens scelus exitiale parentum
 Cum matre auferri, & mortem cum authore necandā.
 Mox igitur verbis violata potentibus arbor
 Non secus ac subito correptum fulmine gramen
 Aruit, & lapsa riguerunt viscera fronde:
 Hec ubi dicta senex motis vestigia plantis
 Flectit ad auroram, sequitur chorus omnis euntem.
 Iam medium prouecta dies conciderat axem,
 Solq; recedentis inga summa tenebat Olympi
 Proximus astati, noster semel astuat annus,
 Astates habet ille duas, duo tempora bruma.
 Bis videt autumnum, bis ver bis fertilis annus.
 Cum nobis niue torpet humus, cum stiria pendet,
 Et cum flava Ceres, illuc mitissima bruma.
 Cum tepet autumnus nobis, & brachia libre
 Sol tenet, & cum ver peregrina reportat hirundo
 Illic messe calent equis tamen arua diebus.

Sed iam scœ offert oculis caput arboris altum.
 Iam vicina cohors iter intermitit, & ora

Suppresso sermone leuant, & ab arbore pendent.
 Arbor erat procula, iomas ad sydera tollens,
 Altior arboribus Serum, quas dicitur alto
 Vertice Ithyrae iactum superare sagittae.
 Purpureus truncus tereti liber, ardua unno
 Stipite funduntur dextra leuata per aurum
 Brachia bina, velut Zephyro cum piena secundo
 Vela ferens volat aequatus antenna lacertis.
 Poma rubent viridi ramorum in culmine frondes
 Persimiles alis, volvures quibus aera fulcant.
 Stipite de summo gemina inter cornua ramus
 Porrigitur, rectaque petens trabe sydera culmen
 Explicat, hic nidos proli officiosa future
 More suo ponebat quisque pignora morsa
 Saucia pestifero colubriq; admorsa veneno
 Curatura pium pectus fudit ore cruento.
 Tum pater in frondes tendens oculosq; manumq;
 Hec autem, haec arbor Christi omnipotentiis imago est,
 Dixit, in his ramis & in hac Deus alicet pinxit
 Post rotunduros labentia sacra casus.
 Nam simul ac diuos regni situs illa coegerit
 Aetherea de sede Erebi descendere in alta
 Flumina, tartareumq; chaos, Deus hoste fugato
 Terrigenas caelo adscripsit. Neu taibius impar
 Hostiis mortale genus clamare Salbanum
 Audeat improbitas succubus inuidia nostris:
 Induit humanam effigiem statuitque vocari
 Numen homo, clausitque Deus se in stemmate nostro.

Non

Non secus ac stellis si quando ex aethere pulsis
 Sol iubar infundat nebulis, & vestiat aura
 Maiestate sua, vacuoq; accommodet axi.
 Nec fuit aduentus ratio frans illa parentum,
 Sed decus humanum, venit moriturus ad agros
 Quod fuerit sanare mori, sine cæde cruenta
 Ad Janos venturus erat, latus in astra
 Incolumes, & nos ciues facturus Olympi.
 Sic rotulcris dum parua domus, dum infirma propago,
 Dum nati implumes, tepido fert pabulando
 semper, & extensis docet ire per aera pennis.
 Hec est cura tenax studiumq; immobile matri.
 Non sanat nisi languentes, & vulnera passos.
 O fortunatos homines, gentemq; beatam,
 Si lucitis contenta bonis primæua fuissent
 Sacula, nec sese superis humana libido
 Acquiparans vetitum temere inuadisset honorem.
 Terra ferax sine bobus erat, sine roraeris vnu
 Initio fecunda solo, non ledaret arua
 Pulverulenta canis, sed miti innoxia flamma
 Surgeret, & nullas habuisset noxius aras
 Vtivis, & nullum cecidisset ab aethere fulmen.
 Mens tam leua fuit, sic ingeniosa colubri
 Texendis natura dolis, benfæmina semper
 Insidiosa mari, totum genus obruit vno
 In scelere, amisitque malus simul omnia custos.
 Labei creuere lares, stabula alta profundi
 Diffudere sinum, crescentibus ampla cavernis

mm 3

Con-

Concauitas regni inferni terram extulit ultrà
 Aequora, & exilio moles abscondita ponto
 Intumuit, iurgensque super sua sydera tellus
 Fecit inaequali montana cacumina tergo
 Post scelus, ante nephias nemo Phlegetonta petisset
 Antra patrum nemo, spelaea Cathartica nemo.
 Ex tantis hominum turbis, quot lapsa tulerunt
 Sacula, quot ventura ferent, ea sola propago
 In lucem mittenda fuit, fructuraque vita,
 Quam pater ut vasti deserta sedilia cœli
 Compleat, elysiam fuerat missurus in arcem.
 Cetera turba altis Erebi inuoluenda caminia
 Ad vitam necisset iter, latuisset opacis
 Intra informe chaos non emerjura tenebris.
 Propterea nunquam tellus habitanda, nec villo
 Exercenda virum studio, cubuissest in vnda
 Aeternos sopita dies, sola ista tulisset
 Ora hominum genus atque feras, nec in astra leuasset
 Tam sublime caput. Quæ cetera sustulit ingens
 Tartarea spelunca domus, istos quoque campos
 A pelagi submouit aquis, & in aethera misit.
 Talia pergebat memorans, cum voce soluta
 Pastor ait, iam prona dies maioribus vmbribus
 Ire monet, sparsas video per gramina turmas
 Iam spectare locos satis, & spirare ad Olympum,
 At tu, sancte pater, celo dum labitur etas
 Ita, per hos campos felicibus vtere satis.
 Collis ad auroram palmis turritus, & vmbra

Fri.

Frigidus ilicea grandivada parturit aluo.
 Nam vitreas quibus humet aquas expellit, & amplius
 Sub radice facit piscoso gurgite fontem.
 Hic fons ille verax qui flumina quattuor implet,
 Nec capitur totus, rigat insuper arua, sub herbas
 Labitur, & niueis humectat pascua cygnis.
 Hic pater Helias viridi pernoctat in umbra
 Ad murmur salientis aquæ, cum rosida cursu
 Iam medio nox alta silet, se attollit, & astra
 Suspiciens videt Eriogenen in vertice mundi,
 Castora in occasu, Chironem ascendere ab ortu,
 Audit in excelso cœlorum culmine versos
 Ne polos, audit superos Paana canentes
 Respondere polis, nota cum sedulus ora
 Exilit ad solitos cantus, & ad orgia laudum.
 Carmen idem sonat orta dies, & adulta parumper,
 Et cum sole calet, prono cum labitur axe,
 Hora premens iam nona diem, cum vespera surgit
 Et cum iam clauso venit accubitus Olympo.
 Et iam fama lares diuini vulgata per omnes
 Post Stygiis emensas cursu leuiore paludes.
 Regales ad cœlum animas descendere ab orco.
 Coguntur proaui centum uno e sanguine reges,
 Quos omnes Castella parens diuisit in omnem
 Hyperiam, ceu multiplici propagine crescens
 Viris ab Oceano Sichlos complexa penates.
 Omnibus his genus à Scythia. Tulit ultimus orbis
 Angulus ille decus tantum, supposta rigenti

Terra

BAPTISTAE MANTVANI

Terra polo,durata gelo,vestita pruinis
 Tantum frigido habet.Tantis se iactat alumnis
 Maoris longinqua palus,vbi Cæsar is aræ.
 Massagetum regina ferox qua Marte potentem
 Regnare om Asia,totoq; oriente superbum
 Stravit,et antiqua numerantur Amazones inter
 Huius gentis avos,virtus ut flumina cursu
 Amplior ex longo rulit incrementa recessu.
 Trans mare Cimmerium,propter vada fluminis Istri,
 Thraicum,pugna ingentis,fudere Valentem
 Bistonij caput imperij qui Dorica regna
 Atq; Asia parrem lata ditione tenebat.
 Subiectre Italos,Italos qui fortibus armis
 Omnia qua cingit Tethys,qua Phœbus ab alto
 Axe videt domulere,urbem magno agmine Romam
 Afflixere,Alpes gelidas,et Gallica Regna
 Marte viam faciente,graui inuasere tumultu.
 Hesperiæ tandem sceptro regnoq; potiti,
 Vandalicam pepulere manum,quaæ finibus iisdem
 Egrediens prius Hesperiæ intrauerat oras.
 Mox autem Stygis infidijs ac fraude Valentis
 Obliquam didicere fidem,sed protinus omnem
 Leandri Deus ore dolum detexit,et Arri
 Niligena tenebras noctemq; remouit opacam,
 Hesperiæ cum lora pater Recharedus habebat.
 Ipse ratem primus scopulis absoluit ab illis,
 Et rectum cognovit iter,primusq; suorum
 Transiit ad superos,et primus ab agmine ranto

Obuius

ALPHONSI LIBER VI.

99

Obuius it,totoq; petit cum stirpe nepotes.
 Omnibus ad suras patrio de more coihurni
 Flammigerant redolente croco,vel murice tinti.
 Omnibus aurati crines,frons ardua,vultus
 Syteteri,cinctuq; chlamys revoluta Gabino.
 Hacherum acies per signa leonis,ab axe
 Labitur in terras mansuq; leonis imago
 Lubet asper regum albentes signata lacertos:
 Iam chorus imat enet,pedibusq; in gramine misis
 Intra odoratum myrti nemus,vnde silentem
 Voluit aquam glauca stipatus arundine Nilus,
 Aduentare sciens reges Audentius altum
 Venerat in collem,summo qui vertice campum
 Prospicit,ad fluuij ripam videt ire cohortem
 Et spectare vagis labentem cursibus vndam.
 Alphonsumq; vocans,Ades huc ait,Ecce tuorum
 Progenies antiqua patrum,qua venii Olympos,
 Et nostrum vestigat iter,sic fatus in ipso
 Culmine,compressis tenuit vestigia plantis.
 Ut patres audiuit auus,præcordia dulcis
 Strinxit amor,lachrymasq; ciet,studioq; videndi
 Vedit agens dextra natum leuaq; nepotem.
 Plurimæ ascendunt prærupti cornua saxi,
 Vnde patet latè nitidum prospctus ad amnem,
 Liberiusq; aduersa licet regum ora tueri.
 Prosequitur chorus et summis e cotibus inter
 Umbros ostecti frutices mirantur euntcs
 Fluminis ad primos ipso Duce flumine fontes.

Tunc

BAPTISTÆ MANTVANI

Tunc annus, ò Audenti, inquit, diuine sacerdos,
 Vultibus ex ipsis, ipsaq; ex indole Regum
 Ingentes animos & fortia pectora cerno.
 Scipiadas totidem videor, totidemq; videre
 Casareos proceres, longis exercita bellis
 Imperijsq; diu virtus in fronte relucet.
 Quis precor ille manu gestans diadema coruscum
 Solus? Et in Boream depulsus ab agmine patrum?
 Talia querenti dedit hac responsa sacerdos.
 Qui decus & laudes præclaraque nomina gentis,
 Rex Hispane, tuæ, paucis absoluere tentat,
 Nititur in veritum, veteres antiqua poëta
 Heroum qui facta canunt qui exordia falso
 Inuitant ad magna deos, nil tale loquuti.
 Quippe nec Aeneas, nec Penelopaus Olysses,
 Nec Priamus tanti, licet hac fama inclita cantu
 Maeonio procul in totum vulgauerit orbem.
 Attica Cecropidas iactat, Berecynthia tellus
 Assaraci prolem, Lagidas Aegyptia Memphis.
 Arsacidas Persis, reges facundia nostros
 Nulla canit, sed fulta suo sua robore virtus.
 At quoniam tua sic pietas hortatur & ipsum
 Tempus, ab immenso laudum præconia campo
 Paucalegens patrum repetam monumenta tuorum.

Ille manu diadema ferens deceptus amore
 Virginis, ut mœst hominum, quod cœperat annos
 Ante quatercentum vicit Athaulfus Alanis
 Perdidit imperium, tanto multata dolore

Trans-

ALPHONSI LIBER VI.

se

Transiit in longos luctus breuis illa voluptas.
 Infensosq; diu superos, irataq; sensit
 Numinis propterea tot tempestatibus impar
 De regni splendore ruit. Fortuna rotatu
 Præcipiti euerit regem de sede superbum.
 At quia tanta animo tulit infortunia magno,
 Ipse suum scelus vlciscens, & tempore longo
 Corda graui mœrore domans, post fata recepit
 In superos pro regno amissso accepit Olympum,
 Indiciumq; tenet casus, diademate nudum
 Fert caput, & pulsus regali ex ordine vergit
 In Boream, sequiturq; senis vestigia Costa.
 Proximus ille graui tenuem qui fronte coronam
 Gestat, in immanes ausus ferre arma tyrannos
 In veteris partem regni deuenit, & hostem
 Epatrio submouit agro, & longinqua coëgit
 Littora, pratentosq; freto perquirere montes.
 Debuit extollì signis ac marmore multo
 Tanta viri probitas, patriæ auxiliata iacenti.
 Nam si Cecropida statuas posuere trecentas
 Sexaginta homini, sanctus qui legibus urbem
 Rixerat, affectus moderans plebisq; patrumq;
 Qua, precor, eductæ de tempestate tot vrbes,
 Tot populi Hesperia, tot functa tyrannide regna
 Authori pacis, fundatoriq; salutis,
 Ultori fidei, decora atq; insignia debent?
 Hic iterum fortuna Gothis aspirat & intrant
 Regna iterum, Legio pulsis vrbs inclita Mauris

Pri-

Primarenaſlienti fecit noua nomina regno.
 Prima memor fidei Libyæ genus aua ſuperbum
 Pellere, & assertas signare leonibus arces.
 Ille, duos varia qui monſtrat imagine Reges,
 Et referens nunc ora Nume, nunc ora Quirini
 Belliger in ſacris & religiosus in armis,
 Eſt Alphonſus, atrox Maurorum euerſor, & Arri
 Malleus. Ipſe etenim, virus quo infecerat urbem,
 Arrius, Hispanis procul exturbauit ab oris,
 Si uero ex Latio Gratianus, ab Hellade maior
 Coſtantinus, apud Thraces qui condidit urbem
 Caſaream, fecitq; nouam propre littora Romam.
 Italues quondam populos accensa per omnes
 Lernæ de more fera per vulnera ſumpſit
 Incrementa, uno exciſo ſtridentia ſeptem
 Ora reſurgebant plebes in bella ciebat.
 Sapè etiam primos proceres armavit, & urbes,
 Sapè etiam reges, erat in certamine tantum
 Virus, ab Alphonſo donec conuulſa ſub orcum
 Fugit ab inferno nunquam reditura profundo.
 Illi autem cui tecta vides lucentibus armis
 Pectoro, nomen erat Froile, vox dura Latinis
 Aribus, asperitas longo reſecabitur vſu.
 Hic duplii Maurote potens terraq; mariq;
 Scuift in Mauros vīctor. Poſt in clyta bello
 Faſta, odio fratris, regni quem dira libido
 Cœnerat, obſtāndem furia ibus armis
 Conſoditur, ſparſum concreti ſanguinis imbreue

Iniu-

In iuſte fert cadiſ adhuc veſtigia pectus.
 Quintus ab hoc iterum Alphonſus. Viden' ardua regis
 Tempora? per uigiles oculos? & pectora lata?
 Rex erat armipotens, Libyam tremefecit, & omnem
 Hesperiam Mauro tepefecit ſanguine terram.
 Orlando congressus apud Bebricia ſaxa
 Infrenes Gallorum iras compescuit armis.
 Apice bellacem clara cum prole Ramirum.
 Extollit Calagura patrem, Salamanica natum
 Ordonium, cui progenies discrimin'e paruo
 Proximat Alphonſus, qui Vasconas atq; ſuperbos
 Cladibus inuoluit Numidas, Agarenaq; regna.
 Sed poſt fata graui ac longo vexatus auerno
 Quod coniuratos, effoſſo lumine, fratres,
 Barbarico ritu nimium crudeliter atram
 Miserit in noctem, furijſq; agitatus & ira
 Tinxerii infamem gentili in ſanguine dextram,
 Id facinus diuīm imperijs atrociter umbra
 Tartarea lauere vadis ultricibus orci.
 Sed iam prona dies, & fandi copia Phæbo
 Descendente minor multos ſine laude relinqui
 Cogit, ad extremos veniam. Poſt longa ſequentem
 Internalla virum laeo cui fulget ab armo
 Contus, & auratis ſignatum pectora conchis
 Explorare docet facies Mauortia corda.
 Ipſe velut de nube tonans cum grandine fulmen
 Obruit infidum genus & ſene numine gentem,
 Pernicie tanta inuoluens, quantam neq; Troi

nn

Nec

BAPTISTAE MANTVANI

Nec Libye videre acies, cum maxima quondam
 Inter se ingenti fremerent duo regna tumultu,
 Sed neq; in aurora populis. Macedonica pubes
 Cum Iouerex Hammone satus, Babylone subacta;
 Transiit extre mos, Taurum populatus, ad Indos.
 Pernici vicitatus equo certare iacobus
 Visus, & hostiles conto penetrare phalangas.
 Ecce ingens Alphonsus adest, perterritus Athlas
 Regis ab astreitu, caput intra nubila traxit,
 Cum vidit confictu rno cecidisse trecenta
 Millia Maurorum, camposq; natarerubentes,
 Ac Numidas pa sim inter equos & scruta iacere.
 Semineces & adhuc animas agro ore trahentes.
 Caesaris ac Magni quid res miramur & artem
 Militiae? Stragem Marte inclyta secula nunquam
 Audiueré parem, nocuit sibi maxima virtus
 Ausa manu maiora fide, post funera miles
 Ipse suum miratus opus, vix pendere tanti
 Se poterat, sequitur talis victoria pugnam
 Cum fortem sortita ducem sunt fortia castra,
 Cum Deus est, animis praefens & bella gubernat.
 Ille caput nigrum canis aspersus & armis
 Splendidus auratis cælo demissus ab alto
 Venit in auxilium regni redeuntis, & vrbes
 Afferuit magnas tum libertate porita est
 Corduba surrexit Bethys, caput extulit Hispal,
 Nocturniq; altis arsere in turribus ignes.
 Ad diuum delubra ferens noua thura sacerdos

ALPHONSI LIBER VI.


33

Incessos ritus, irreligiosaq; sacra,
 Abluit, atq; iterum Christo in sua templa recepto
 Demonas extructis exorcizauit ab aris.
 Gloria Ferranti semper comes, astra, Deumq;
 Aliicit, & raro venit id sine nomine nomen.
 Ille procul mundi signatus imagine partum
 Ob decus officijs pacis belliq; superbum
 Acquore ab extremo fuit in Romana vocatus
 Imperia, at rerum molem pertasus ad astra
 Rursus & aternos animum reuocauit ad ignes
 Calorumq; vias, & delectatus Olympo
 Terrenas contempsit opes perituraq; regna.
 Sed iam nox vicina diem depellit, & astris
 Hesperus accensis sequitur Titana cadentem.
 Nascitur Erigone, cælum fugientibus horis
 Voluit, & laudum dulces intercipit orsus.
 Cetera in Elysij domibus sancta illa docebunt
 Ocia, qua nulla mutat vice mobile tempus.
 Sic ait, & molli flectens vestigia cliuo
 Ad flumium declinat iter, gressuq; citato
 Pernemus, ad fontem regalibus obuiat vmbrias.
 Exultant congressæ acies, mediosq; nepotes
 Circumfusa cohors patrum lato accipit ore.
 Iuri in amplexus, & in oscula dulciter ardor
 Pectora, & ex undan strebulos amor afficit artus.
 Sed mora iam Leander, ait, tollenda, vocamus
 Ad sacram solemne, dies quod proximatoto
 In Conventu superium celebrem perfoluit ad aram

nr 2

Pâscæ

BAPTISTÆ MANTVANI &c.
Pascatis, & victo Christi redeuntis ab orco.
Terra vale, mentesq; piaæ quo regna tenetis
Infima, vosq; amnes Jacri, collesq; beati.
Protinus argutam soluens in carmina vocem
Suspexit, chorus auditu concorditer hymno
Asonat, accursant animæ dulcedine capta
Quot circum errabant fluvios, & rosida prata.
Mox cœli conceptus amor per inane leuauit
Agmen, & alterno tulit usq; ad sydera cantu,



BAPT

99

BAPTISTÆ MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI: TROPHÆI

Francisci Gonzagæ,

L I B E R I.

AD EVNDEM FRANCISCVM GON-
zagam Turcum Mantue Marchionem Quartum,
pro Gallorum ex Italia expulsione scri-
ptus & directus.

IODOCI BADII ASCENSII IN
Trophæum Francisci Gonzagæ
prænotatio.



Armē sequens cui Trophæo Gonzagg
Titulus est, liberiore luxurians licen-
tia, nullisq; coercitum frænis, plus he-
roicæ vena qualitatissq; quam cætera
eiusdem authoris opera habere iudi-
catur. Vsqueadè vt non defint qui cū
summis poëmatibus conferendum censeant. Sunt
enim quamplurima in eo ingeniosè excogitata, a-
stutè facta, & sonore dicta, multæ similitudines & di-
gressiones nō penitendæ inspersæ, quo nomine vel

n n 3 solo

solo pueris verificatoriæ studiosis lectitandum protem, rogatusque ab eius miratoribus adnotamem illis forsan parum placitura, quia à veritate potius quām ab auctore stabo, ut in cætera poëmata subiuncti collegi. Caterum ne quis ignotus & nouitius lector nostris fortè cōmentariolis illectus perniciose imitetur, præmonitum velim quod Flaccus in arte docet: Ficta voluptatis causa sint proxima veris, Ne quodcumque volet poscat sibi fabula credi. Quibus innuit primo, nihil nisi voluptatis causa fingendum idque in argumento mythico, at in historia narranda, cuius prima lex est vera dicere, nihil perniciosus sciemus mendacio: Deinde ne in fabulis quidem & fictitijs argumentis omnia fingere licere, sed quæ sunt proxima veris, & quæ decorum seruent. Proinde videamus primo, quid veri habeat hæc tamen magna trophæi ereditio, vtris inquam eorū qui ad Tarum pugnauerunt verius ascribatur victoria, deinde quæ non imitanda in hoc opere grauium virom pronuntiet censura. Citemus itaque duos testes eosque Italos & qui ferè presentes reb. ipsi aut fuerunt at parum absuerunt. Quorum alter fit R. Volaterranus ita differens in commentarijs Vrbanis, Cum Carellus Neapoli menses ferè quattuor moratus esset, deficiente paulatim exercitu, ac partim morbo, partim cædibus debilitato, iam sibi timere cœperat, est magis quod Ludouicus Mediol. Dux quem cepti iam pœnitiebat, ac Veneti, non æquo animo Gallos Itali inuasisse patiebantur, omnibusque viribus ad eum ex

pe

pellendum conspirauerunt. Rex itaque cùm redire in Galliam statuisset, Romam Kalen. Iulijs repetijt, proprie vacuam, qui de industria in urbem veterē secesserat. Deinde Pisis iter faciens propè Parmam ad Tarrum flu. Ludouici Venetorumque occurrentes aces habuit. Horum Franciscus Gonzaga, Mediolanensis verò Io. Franciscus Seuerinas duces, Legatus Venetorum Melchior Triuisanus fuere. Equitum quoque ac peditū numero ferè quinquaginta milia, maiorque diu in Italia non visus exercitus. Galli numero inferiores, sed viribus ac instrumentis bellicis superiores exittere. Itaque pugna commissa pro eis victoria non omnino incruenta stetit, ex quibus ferè milie, ex nostris verò duo milia cecidere. Inter quos hi principes fuere, Rodulphus Gonzaga Francisci patruus, Rhinutius Farnelius, Io. Picininus, Galeatus Regias, Robertus Scrotius, Vincentius Corsius, Bernardinus Fortebrachius. Hæc ille. Alter autem Mar. An. Sabellicus qui confessus, nisi Petilianus comes maturo ad Venetos perfugio fluctuantes animos confirmasset, post feedam multorum stragé vix militem à fuga contineri potuisse, Victoriaque in dubium trahens, est quod Veneto addicctus erat. Cæsorum inquit numerus parum iniri potuit, satis cōstat duplo maiorem numerum ex Italico exercitu quām Gallico cecidisse, sed res Veneta est superior fuit quod impedimentis Gallo ademptis hostis quā Venetus voluit ire coactus est, non quā iturus putabatur. Contra, Gallus ad se victoriam trahere quod

nn 4

Italis

ARGVMENTVM.

Italis à se cum cæde repulsis destinatum iter tenuit,
set Sic ille. Deimus itaq; poëta hanc veniam, vt amo-
re patriæ & principis ad suos victoriām retorquet,
dummodò ipse nobis ignouerit si à principe nostro
stamus, & iustā ad nos victoriā trahimus, nosq; vi-
cissim nostra figimus trophæa, nam & Thucydide
memorat in Græcia interdū ex vno prælio vtrinque
suspensa trophæa. Cæterum quod ad decorum atti-
net, visum est (vt dixi) graibus viris, non decet
personam poëtae, & religionem tam candidam, &
Theologiam tam sanctam professi, Gallos tam e-
gregiè de re Christiana meritos & barbaros & in-
fidos & alijs, quæ nominatim dicere longum esset
conuitijs incessere. Sanctos præterea vt Marcum &
Dionysium bellis præficere, & quæ neq; vera sunt
neq; verisimilia, ab eis & dicta & facta pronuntiare.
Sed hæc suis locis aptius admonebimus. Velim pro-
fecto vt poëta qui in cæteris candidus & ad bene-
dicendum paratus, in hoc opere malè au-
dire non meruisse. Sed rem suscep-
tam prosequamur.

AGGRE

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 102



*GGREDIENS magno bellum me-
morabile cantu
Quo longè Italia primo Franciscus ab
euo
Expulit ingenti fortē molimine Gal-
lum,*

*Cogor ad æthereos ignes attollere longo
Calle fatigandam duro sub pondere mentem.
O defunctæ istis tenebris, quibus ocia semper
In campis anima cælestibus, ô mea Clio
Quæ cœli conuexa tenes, vicina Tonanti,
Progenito memoranda Deo, aspirate canenti.
Quæ iuuenem saclo iam declinante leuauit
Ad veterum decus Heroum, tam viuida virtus
Ante diem, dum pubet adhuc se fortior atas?
Vos ne, vel ardentis mira illa potentia cœli,
Quæ sua terrenum radij animantibus orbem
Fata pluit, patris arbitrio, qui torquet Olympum?
Forfitan in causa est flagrans vigor ille parentum
Magnanimorum vnam in sobole, quasi flumē in ampliū
Fons non unus iens, & Cæsare sanguis ab alto?
Ingentes memorate ausus, memorate laborem
Herculeum, quo invicta prius modò sacra tumultu
Galica vni tanto partim concederit orco
Marte graui, partim gelidas transauerit alpes,
Parthenopes regno amissio spolijsq; relictis.
Nam quia mutatis Romana moribus aula
Non alacrem populi plausum non Delphicæ honores*

n n 5 Frondis

BAPTISTAE MANTVANI

Frondis habet, neq; Tarpeios victoria currus,
Ne maneat sine laude labor, sine gloria virtus
Tanta sit, & forsan longis abolenda diebus,
Talia pro eterno struimus monumenta trophæo.
POstquam Sfortiacos causata Nouaria factus
Et nimium crudele iugum, defecit ad hostem,
Gallorum patuere animi, simulata repente
Consilia & fraudes subito emerſere tumultu.
In fremuere vrbes Veneti, facinusq; nefandum
Detestate animis dirum sublimibus hostem
Debellare parant, gentemq; arcere superbam.
Urbis Veneti regina maris, iustissima nutrix
Pacis & armorum, sacris altaria postquam
Illuminare nouis, pratoria ad alta frequentem
Conuocat Italia pro libertate senatum.
Ut sedere patres, & facta silentia, Princeps
Talibus aurato a solio sermonibus orsus.
Sancta gubernandis patris vigilancia rebus
Debita confortes regni iubet altius omnem
Vim ingenij, conatum animi, contendere semper,
Consilijsq; omni fortuna occumbere nimbo,
Sed tum pricipue, cum magna incendia motu
Bellica communem interitum proferre videntur.
Iam dudum Italiam rumor vagus afficit omnem,
Significans nostra pro religione potentem
Gallorum magno armari molimine regem.
Et quanquam vobis bene coniectantibus arma
Hoc suspecta forent, tamen ut si vera fuisset

Fama,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 102
Fama, ingens posset pietas cursu ire secundo,
Vestra fuit moderari animum sententia patres.
Atq; ratinon posse tegi figura, putatis
Speculum paulisper opus, sancta arma sequentem
Exempli terra auxilijs pelagoq; iuuandum,
Fallere nitentem terra pelagoq; fugandum.
Hac mora segnices, si non pietatis & equi
Habentus obfiterit ratio, in consulta fuisset.
At nunc Parthenopes sine vi dictione potitus
Quando iter ad Graios aperit victoria tutum,
Præsidij regno positis, cum signa retrorsum
Vertat, & acceptis infida Nouaria Belgis
Sit mentita fidem, qua religione feratur,
Et quos detecto Turcos vocet indicat astu.
Nos Othomanigena Gallio, hoc nomine tanto
Insignimur, habent soli vera orgia Galli.
Gens infensa Italii, euentu elata secundo
Imminet Italia decus extincitura Latinum,
Sfortiadum mersura genus, nos viribus autis
Inuisura. Quid his tantis ocurrere patres
Nos vetat aduersis? Insubribus arma propinquis
Arma quibus regna à Turcis defensa tenemus,
Iungite, non deerit pia bella gerentibus ather.
His dictis excita patrum sublimia corda,
Conspirant in bella alacres, sed queritnr ante
Omnia, qui ingenij simul atq; ingentibus ausis
Polleat, ac tantæ posit succedere moli,
Inclitus armorum dux, qui Marte furentem

Præcipiti

BAPTISTÆ MANTVANI

Præcipiti Gallum validis premat acriter armis.
 Hic sua dimisso princeps intecta senatu
 Digrediens premit urgente sub pectora curam.
 Intered Phœbo freta subter Atlantica lapso
 Nox redit, & sanctos aperit polus aetheris ignes.
 Solsticio vicina astas accendere cancrum
 Coperat, & claris fulgentem Oriona flammis
 Tollere, cum stratus thalamo noua somnia princeps
 Et miris simulachra modis parientia vijus
 Cernere, qua ambiguis canerent oracula rebus.
 Namque astare senex in maiestate sacerdos
 Eximio cultu, qualem magna orgia poscunt
 Vi^sus, & alatum dextra atrectante leonem
 Ac mulcente iubas, lauam extendebat in armos
 Militis armati, cui frons Duce digna, ferentes
 Pra se aliquid diuinum oculi, cui plurimus ensis
 Implet ebur Libycum, ferroque bastile cruento.
 Ec sic fatus, Age atroces qua pectora curas
 Sollicitant, depone, tuis inuenimus armis
 Barbadice virum, cui corda Heroica nullos
 Admissura metus, vires qua fundere Gallos
 Qua immanes penetrare ausint ac frangere Parthos.
 Dixerat. Exemplò iuuenem noua finxit imago
 Egregium vultu iuuenem fulgente, metallo
 Pectora vestitum, & talotenus ære micantem
 Flammigerò, ac forti vibrantem bastile lacerto,
 Persimilem Marti, quoties in bella paratus
 Exit & ad Rhodopen currus confundit ahenos.

In

ROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 103

In thorace virent vtroque d margin'e frondes,
 Hinc palmae, hinc lauri, geminate insignia laudis.
 Et pictum auratis signum gentile figuris
 Fert rimbone quater nigra Iouis alite clausum.
 Haec super Hadriacos fieri visa omnia fluctus
 Acclamante fredo, pelagique sonantibus vndis.
 Quod notat externas gentes & Barbara regna,
 Hoc ductore iugum sancti subitura leonis.
 Iamque aurora polis magnum torquentibus axem
 Attollens geminos Leda duo pignora fratres,
 Coperat, ascensu stellas abscondere primo,
 Cum noua discusso princeps oracula somno
 It meditans, & visa animo simulachra reueluens,
 Conciliumque vocat, redeunt in sacra togati
 Te^cta patres, rbi de rebus censura gerendis.
 Atque iterum prono ducens suspiria vultu
 Incipit & fando barbam mouet ore cadentem.
 Cogimur euentus capto sperare secundos
 Consilio patres, nostris cum numina votis
 Mota ferant faustum augurium, studeantque labantes
 Ostentis firmare animos, & ad arma parare.
 Vos eterni ignes, vos conscientia sydera rerum,
 Vos superi, retramque fidem testamur Olympi
 Numina sancta, quibus diuum est hominumque potestas,
 Menegue mentiri, neque captum erroribus ullis
 Vana loqui, caput hoc potius Stygia obruat vnda
 Quam fraudare ausim te sacrosancte senatus.
 Hec tua maiestas primis mibi semper ab annis

Cult.

BAPTISTÆ MANTVANI

Culta, potest modò cum senio illudenda videri?
 Sit mihi fas non frustra hodie cælestia fari,
 Et vobis audire precor. Sub nocte silenti
 Cum medios iam excessisset nox humida cursus
 Vidi mus astantes diuos, & certa ferentes
 Pra se signa pios manes, Deus ora videri
 Fecit & agnoscit. Sua quisque inscripta ferebant
 Nomina, pectoribus latis cum murice & auro.
 Haustimus auribus hic magnorum oracula diuum
 Longini ut Marci, biliquorem agnouimus hastam
 Sanguineis pharsam maculis, & cæderubentem
 Purpurea. Vidi iuuenem radiantibus armis
 Quem diuilegère Ducem, quem Barbara contra
 Arma vocant, tantoque iubent euoluere casus,
 Hunc autem domito quem mox victoria Gallo
 Certa manet referam, verum prius viile fari
 Quo pæctores eximias & grandia facta
 Temporis antiqui, cum terra animantibus astra
 Non infesta forent, mundusque erat integer aui,
 Egerit inconstans fortuna, Deusque virumque
 Scemper in aduersis maior vigilantia rebus.
 Nouimus aeternum Romani nominis hostem
 Annibalem bello magna illa atque inclyta facta
 In primis molitum annis ineunte iuenta,
 Fæmineos inter calathos & pensa latebat
 Pelides imberbis adhuc, cum tractus ad arma
 Troianas concusisset opes, & in Hectorē victo
 Trojogenas omnes extrema in futura rediget.

Cum

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 104

Cum primum Libyco sudans in puluere regna
 Pamica subuertit, prima lanuginis annos
 Vix ingressus erat, nullisque exercitus armis
 Scipio, & Alcides monstra illa immaria cepit
 Conterere in cunis, non expectata senectus,
 Non forte testata viros barba horrida mento,
 Non multo bellandi vsu longisque periclis
 Ars quæsita. Duci satis est cum coepita secundant
 Numina, fortunare hominum dignata laborem
 Ingenium acre, potens animus, patiensque laborum
 Corpus. Alexander cum bello inuaderet orbem
 Pubescet adhuc. Iuuenis ciuilia primum
 Bella gerens Augustus erat. Quid plura? fatendum
 A superis opus omne gerit. Sunt numina fatum,
 Numina sunt Fortuna, nihil sine numine faustum.
 Omnia celestes superiterrena gubernant
 Imperias, & nobis animæ dominantur Olympi.
 Regnant, quos regnare volunt. Prudentia rerum
 Vanagendarum sine numine, vincitur armis
 Consilio Priamus melior, ruit ardua Troia.
 Pyrrhus Achilleides vincit puer. Omnia cœlum
 Datq; adimitque, nihil cœlo aduersante labores
 Profuerint, cœlo nihil est authore timendum.
 Corda humana mouent Diui, labuntur in ipsis
 Mortales hominum sensus. Nos numine moti
 Credimus a nobis operum primordia nasci.
 Non secus ac bijugo quoties temone ingales
 Playstra rebunt, versum ire rati se authoribus axem
 Autome-

Automedonta putant opus ad plaustrale ministum.
 Quid quod honor stimulat iuuenem crescentia corda?
 Ad decus aspirant, victoria sanguine longe
 Dulcior, aspernantur opes, vitamq; pacisci
 Eximum pro laude putant. Sed auara senectus
 Inseruire solet lucris, præponere honesto
 Vitile, concutere authores, differre paratis,
 Quarere cunctandi causas, & vendere tempus
 Hostibus, ac varia mercedem emungere fraude:
 Scitis, & exemplis nihil hic opus, Itala vobis
 Arma Dicum ritio quo rafrauentia tulerunt.
 Sed quid nos quod dij bortantur, quod Numina manda:
 Frustra imprudentes studio suademuſ inani?
 Accipit chos diuorum animos. Contermina nostria
 Fimbius, & bellis vrbis opportuna gerendis
 Mantua Franciscum scitis quanta indole, quanto
 Proculerit iuuenem ingemo, quo robore in arma,
 Quam valido in casus animo fese ingerat omnes
 Scitis, & audita iam nostra per oppida laudes
 Vnde in hos etiam toto admirante senatu
 Peruuenere lares, volat ora per omnia fama
 Iam vetus, armigerum iuuenem belloq; superbum
 Iam claros, anteire atavos, ac surgere in horas
 Altius, & veteres animis equare Latinos,
 Qui Romam rerum dominam feceré triumphis:
 Hunc superi quorum omnipotens pater ista gubernat
 Regna ministerijs (nec me nocturna fefellit:
 Visio, cernere adhuc videtur vultumq; habitum)

Hunc

Hunc fecere Duce. Iuuenem radiantibus armis
 Vidi, & Mintiadum manifesta insignia patrum
 Agnoui, nec erant obscuræ languida somno
 Lunina, sed vigili bella incubentia sensu
 Volebam recubans, animo indagante putabam
 Rem populi commune bonum, patriæq; salutem,
 Cum subito expulsis diui effulsere tenebris.
 Nec minimum quod corda in nos procliva semper
 Geferit à teneris, quod aut incrementa dederunt
 Imperijstanta his nostris meminisse necesse est.
 Quo Duce preclaram Troiani Antenoris vrbem,
 Quo Duce Veronam, Senonum, Breniæq; laborem
 Egregium nostri quandam domuere parentes.
 Hic fuit, annales si euoluere tempore eius
 Non piget, eiusdem satus alto è sanguine gentis
 Quintus ab hoc, cui nomen idem, si stemma recordor
 Hic patriam grauibus belloq; longi q; tumultus
 Mole laborantem, furijq; Insubribus actam
 Ad famis extremum interitum defendit, & hostem
 Anguigerum submontit agro, spolijsq; reuertens
 Rettulit in melius confractam hostilibus vrbem.
 Quare agite o patres quorum prudentia regno
 Inuigilat, si qua est melior sententia vobis
 Quam superis, ferte in medium, & succurrите rebus.
 Fecerat orandi finem, cum mentibus omnes
 Illabi sensere Deum, & præcordia miris
 Demulcere modis, dulcijs in pectora lapsu
 Delinire animos, ac blando impellere motu.

oo

Curarum

BAPTISTÆ MANTVANI

Curarumiam mole graui mens libera tandem
Nutibus exultat latus, atq; ora serenat.
Non aliter quam post nimbos & nubila cælum
Sol nouus, & suds lux defacata recenti.
Iri in vota inbent. Iuuenemq; in corda receptum
Ostendere ducem misse in suffragia dextra.
Nec mora, delecti primorum exordine patrum
Qui mandata ferant. Priuata negocia iussi
Ponere, & ante diem cùm primum illuxerit albo
Mane oriens aurora polo, mare volvare remis,
Atq; per Euganeos Pataviq; virentia rura
Maturare viam, & Mantoam accedere ad vrbum.
Iamq; propinquabant, cùm dux stipante caterua
Bellatorum equitum magno agmine quadrupedant
Concius aduentus seje. Franciscus agebat
Thraicio sublimis equo, cinctusq; repando
Ense latus pharetra et iaculis armatus & arcu
Bistonio, quali in pugnam valat incola ponti
Sarmata, Amazonio vel Thrax bellator amictu.
Post præmissa datis fandi preludia dextris
Conuersi lento redeunt in mania gressu,
Ut Veneti videre vadis obeuntibus urbem
Turrigeram, & longe ductos super aquora pontes,
Xerxis opus vidisse putant, cùm Strimona pontus
Subtergressus Athor rapuit, cinctumq; marinis
Flutibus Aemonijs late submoxit ab aruis.
Iamq; illata foro candenti è marmore templo
Turba subintrabat cultum exhibitura Tonanti,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB: I. 105
Cùm colum ingressæ concordia fædera voces
Castrorum de more sonant, ferit athera clangor.
Et Marcum clamore vocant. It bellica longe
Tessera letitiam rapiens in sydera Turcho.
Iam sextam produita dies concenderat horam
Poscebatq; dapes, ineunt sublimia tecta
Attalicis vbi culta opibus domus alta superbit.
Textus in aulais circumpendentibus author
Vrbis, vt Ionio veniens Tyrrhenus ab orbe
Vela dabat fato profugus, Thebanaq; Manto
Cum Cadmi de stirpe viris, sat a sanguine ratis
Tiresia Manto, sortes edotta Deorum.
Nam post Thebarum excidium & bella aspera fratrib;
Tam diris certata odijs, maris Helleponi
Aequore transmisso Lydas peruenit ad vrbes,
Et post fraternalis sortes vbi contigit oris
Tyrrhenum patrijsatum noua querere regna,
Addiderat seje comitem, & præsaga futuri
Littora Heiruscorum Lydis regnanda canebat.
Ut sata Tyrbeni soboles de serine montes
Transferit cum matre altos, vrbeq; Bianor
In Veneto metatus agro confederit, aruis
Que patre Benaco genitus circumfluit amne
Mintius ingenti. Cygnos habet vnda natantes.
Et volucru genus omne. Aquila circum humidapratæ
Bella mouent fulcis, pecudes oniumq; magistri
Circum stagna sedent, & Phillida cantat Amyntas.
Florida cum Nymphis & Apolline permeat arua.

Cum

BAPTISTAE MANTVANI

Ac sua post aliquot rursum miratur aristas
 Regna antiqua Maro, priscamq; examinat urbem
 Gonzaga sub gente bonis maioribus auctam.
 Hic vites arbusta ferunt, incurus arator
 Scindit humum, canit aerea frondator ab ulmo.
 Nauigat incumbens remis urbana iuuentus,
 Et cymbis sua rura petunt, epulantur in vndis
 Atq; interfluctus molli exhilarantur Hiacco
 Fronde sub Herculea, velis graduntur & aura
 Pressa onere ingenti spaciose per aquora puppes.
 Cerula piscator sulcat vada, verberat vndam,
 Neptuniq; greges feriens in retia cogit.
 Postquam in textilibus formis intexta vetuſtas
 Lecta satis, curuo in digitos aqua funditur auro,
 Discumbuntq; alacres, ac flore sedilia & ostro
 Strata premunt, fumant lautis conuiuia mensis.
 Ut sedata fames, & iners ac sege palatum
 Non vna fecere dapes, data copia fundi
 Liberius, dimisi epulas adiere ministri.
 Tum senio ac meritis orator & arte loquendi
 Primus ait. Nostras olim peruenit ad aures
 Idq; tuoritu signata numismata Princeps
 Significant, hac vrbe noua monumenta salutis
 Esse sita effusum Christo paciente cruorem.
 Id nisi religio veterum delusa fefellit
 Vos quoq; Tiresia ciues antiqua propago,
 Praeclarum ac sublime decus, quodq; omnia vincat
 Ornamenta, datum nihil est mortalibus vnguam

Nobiliss.

TROPHAEI GONZAGAE. LIB I. 107

Nobiliss, nihil in toto diuinius orbe.
 Tu princeps qui magno animo facta ardua semper
 Volvis, & hanc nedum patriam decorare, sed omnem
 Italiam virtute paras & grandibus actis,
 Id debes cura ingenti cultuq; superbo
 Excolere, & late populos vulgare per omnes.
 Nam domus est vrbs ista Dei, sanctumq; crux
 Hosium sacri, cui nec satis esset Olympus
 Ipse decem gemino qui sydera sustinet axe,
 Sic senior responsa dedit cui talia Princeps.
 Sancte pater, quanquam teneris ea semper ab annis
 Audierim, & nostros pietas antiqua parentes
 Moverit, hac ignota tamen primordia nobis
 Tanti operis, nos bella magis miramur & arma.
 Haccurare senum, pugnare ac vincere nostrum,
 Sunt tamen annales veterum, qui facere dierum
 Atq; prateriti valeant euoluere sacl.
 Haec referens rerum historias ac tempora doctum
 Aduocat Antimachum, proceres quem astare videbas
 Inter honoratos, tantique exordia casus
 Enarrare iubet, famaque ostendere causam.
 Ille vereat grandi eloquio, & sermone canore
 Murmura voce tulit, fandoque ostendere causam
 Atq; agit, hac veterum non est antiqua Deorum
 Vana supersticio, sedet hac altissima supra
 Fundamenta fides nullis abolenda diebus
 Sed firmanda magis, non est delusa parentum
 Religio, Deus huc nobis, Deus omnia fecit.

At neque (ut ex nostris quidam sensere proteruo
Ingenio) crux ista odys flagrantibus olim
Cum furerent animi ardentes, ab imagine fluxit.
Nam Deus infernis quando remeauit ab antris
Sanguinis accipiens quantum immortalia regna
Postere visa, fæ necis hac monumenta reliquit.
Quæ quibus huc allata modis, quo tempore, longum
Enarrare, tamen paucis vestigia rerum
Summa sequar. Veteri res est notissima fama,
Esse inter campos Cilicum & Pamphylica regna,
Ijauri sita rura soli, super ardua Tauri
Culmina, Rhypheis Boreas vbi sibilat auris.
Longino dedit illa genus terra aspera duris
Coribus ad fruges ora immansueta ferendas,
Sed fecunda virum validorum ac bella gerentum.
Ipse sub Augusto prius & sub Cesare demum
Successore merens a primo nomina pilo
Sumpserat, ipsi aquilas prima seruare cohortis
Cura, quatercentum socios prima arma ferentes
Ducere & in bellis primus certare solebat.
Emeritum atque oculis iam caligantibus orbum
Cæsar ut Assyrijs esset custodia regni
Miseras, hic comites ad Christi funera centum
Duxit, sens armatus equo, pilumque ministro
Appouente senex Christi latus impulit hasta,
Protinus alibi per longum hastile cruxrem
Sensit & huicem reuocans ad lumina dextram
Lucem oculis, animoque, bauit Christumque tuendo

Saci

sacrilegum cognovit opus, totoque recepit
Corde Deum lacrymans, tu sanguine tintus & vnde
Diluit omne scelus, longaque piacula vita.
Confessusque Deum liquidos in abena liquores
Vasca congregat, qua post regna omnia circum
Longo errore ferens, tandem obtruncandus ad urbem
Cesaream, dedit Andraæ, qui regna colebat
Cappadocum, noua sacra docens, compertaque longo
Tempore post tulit ad nostros fortuna penates,
Longinumque simili, quisquis fuit illius author
Sancti operis, nec enim sciri finit alta vetustas,
Atque igni consumpta, ipfis cum annalibus olim
Sacram domus, coniuncta loco contexit eodem.
Post vbi cœlitibus visum, per somnia sancto
Crebra Jeni monstrata, cauo traxere sepulcro,
Pastor & aßisten, populus cum patribus verbis.
Fama recens omnes Italos & Barbara regna
Compulit huc. Venere Hunni, venere Sicambri,
Et procul extremo positi sub sole Britanni.
Finis erat dictis, cum mox conclauia princeps
Ad secreta vocans Venetos in fædera iurat
Militia, curamque armorum amplectitur omnem.
Extemplo admoniti patres ardentius arma
Iam suscepit parant, multos conflata per annos
Argenti atque auri moles per compita in omnem
Num Martis abit, grandique exercitus ære.
Cogitur, ac magno properant in bella tumultu,
Vidique pugne audie gentes, que rura Timau

Quæ montana colunt Venetum prope Norica pontum
 Ex Itris Iuliæ foro Maioritæ pubes
 Flexilibus gladijs onerata, veruq; bicorni
 Vincentina ruit bello genus acre iuuentus.
 Sic Pataui, sic T'arufij, sic incola Feltri
 Franatis gradiuntur equis, leuis vngula terram
 Verberat alterno glomerans vestigia gressu,
 Et prefixa tremunt longis hastilibus atra.
 Sic quos præcipitem genuit prope fluminis vndam
 Syluos Verona iugis, qui saxa sonanti
 Benaco prætenta tenent, quos Brixia frugum
 Lata parens alit in niubus. Quos Ollius ingens
 Euomit in virides altis ex Alpibus agros.
 Et qui Bergomeis errant in montibus, inter
 Gens nutrita feras, gelidis in cotibus orta,
 Dura, ferox, operumq; sagax, patiensq; laborum.
 Tu quoq; qua in medijs resiles Crema Martia campis
 Arma agitas, fortesq; paras armare maniplos
 Et vos antique stagnata paludibus arua,
 Prisca domus Regum, et gentis nauale Latinæ,
 Mititis hastatas acies in bella Rauenna.
 Nec satis est armare Italos, à montibus exit
 Fortior, à rapido melior Germania Rheno.
 Pars graditur longis armata securib;is, armos
 Nuda, caput nitido radians et pectora ferro.
 Pars tonat, et raucis iacit crea fulmina bombis.
 Non irata mari tenuerunt aquora Graios.
 Qui Iouis arua tenent liquere Cydonia rura

Gnoſiaq;

Gnoſiaq; et positas medijs in fluctibus urbes.
 Et Lacedemonia celebri regna inclita fama.
 Argivosq; lares, Ithacamq; et Neriton altam
 Nerito genus vnde Duci, qui dicitur olim
 Egisse incertos circum maria omnia cursus.
 Butroti venere equites, ubi Chaonis era
 Troiano regnata Heleno, Scodraq; coloni.
 Illyricos mora nulla tenet, mora nulla Moranos.
 Thessala nubifero pubes descendit ab Othri,
 At Pindiq; iugis, vetus est ubi Centaurorum
 Patria, et in quieti bello venere Croati.
 Tam latum imperium Veneto, tam immensa potestas,
 Complectens terræ ac pelagi longissima regna.
 Omnibus hirsuto facies truculenta galero
 Et mento coma nigra fluens in pectora, crines
 Impexi, et laeo introrsum cava Parma lacerto
 Pinnataq; sudes in equis, Stratotica Graij
 Agmina, nostra leues equites cognominat etas.
 Ita noui noua castra Ducis peregrina, suorum
 Ipse virum forti longas tegit are cohortes.
 Et cataphrattorum turmæ trepidantibus armis
 Pennicomas tollunt galeas, ac more Latino
 Picturata ferunt longis hastilia rostris.
 Daunia quadrupedum soboles animosa superbos
 Selevat in saltus Indo boue pectus et armos
 Circumecta, sonant crebris binnitibus aura.
 Aurige tormenta velunt, passimq; per agros
 Playstra gemunt, trahitur Martis granis are supplex.

oo 5

In-

BAPTISTAE MANTVANI

Inuentum bombarda nouum, graue mænibus altis
 Excidium lato ore minans, caua guttura flamma
 Irritante sonans, onus euomitura per auras.
 Id veteri eieetus regno Vulcanus amaris
 Instrumentum animis tota spirantibus Aethna
 Follibus excludit, missioq; in guttura primum
 Sulfure in obscuras conuoluit marmora fauces.
 Mox vocat armigerum Martem, subit antra vocatus.
 Tunc immane opifex animans opus applicat ignem,
 Extemplo horrendum tonitru ciet, atq; molarem
 Impatum eiaculans, flammævis tanta furenti,
 Oppositam montis cautem ferit. Ecce ruinam
 Saxa trahunt, tremit attonitis fornacibus Aethna.
 Contremuere ipsi qui nil pauet infacia Marti
 Pectora, & explorans oculis monstrum vndiq; fabri
 Tam mirum ignipotentis opus laudavit, & artem.
 Tum Vulcanus. Habes quibus hac contraria nobis
 Secla premas, nostri dixit monumenta laboris.

Ipsi etiam primis obiecti cladibus omnem
 Vim expediunt magno Insubres melamine, & ita
 Fædere cum Venetis populos in bella, fero ces
 Sollicitant sua Sfortia cum vigilantia longis
 Consilijs adiuta Ducem suspendit, & vrbe
 Territus amissa trepidis annititur armis.
 At Veneti firmare hominem, populosq; labantes,
 Ne Gallis parere velint animare, vetusq;
 Insubrum imperium seruare, & segne veternum
 Ex lenti Italorum animis absoluere certant.

Patru

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 110

Patrius armorum studiosus & integer eui
 Franciso Rodolphus erat Lodiocia proles.
 Huius in Aufonijs virtus exercita bellis
 Cum furor inuasit Calaber Tyrrhenica primum
 Oppida, mox Venetos Alphonso auctore penates,
 Eruit, superlim cultu vir clarus & armis.
 Ipsius igitur fidei ingeniorum prudentiae & arti
 Fissus in hoc tanto granius molimine rerum
 Asciuit quo Martus opus regat omni magistro.
 Hoc pacem hos pugnas hoc iudicet temperat arma.
 Carolus interea regnis custode relicto
 Gallorum rex castra mouens transiuerat Arnum.
 Cum subito audita est exciti fama tumultus
 Quæ canit armari Venetos & milite multo
 Omnia compleri, paßimq; effernuere toto
 Arma Pado, & Martem magno se attolleremotu
 Aequoris in morem quoties aquilone per vndas
 Debacchante fretum irasci fluctusq; leuari
 Capit & auditus longe fragor in sonat altis
 Montibus & sumante salo maria ima debiscunt,
 Continuo anticipi regem cura anxia casu
 Perculit, vt subito deprahensos turbine nautas
 Et mærore graui pallentia nubilat ora
 Vulnus in alta animæ tristis penetralia adattum.
 Non secus ac quando Zephyris cessantibus aufer
 Humidus injurgens Phœbi iubar ante serenum
 Polluit, & raptum ex oculis pice claudit Olympum,
 Fluctuat in curarum vndis, vt in æqure puppes.

Ore

Ore diu secum tacitus, neq; tollit in altum
 Lumina fixus humi faciem. Formidine tandem
 Liber ad astantes oculis melioribus ora
 Eleuat, & quod nos, ait, hac, Iacobe, Triuultis
 Quò fortuna feret, qua tali ad littora vento?
 Ciuis hic Insubrum patria procul egerat urbe
 Suspicio genere atq; opibus belloq; potentem.
 Propterea sperans sua sic in regna reuerti
 Venerat ad Gallos, & strenuus ibat in arma.
 Regia dicta sagax simul auribus audit, & acri
 Ruminat ingenio, & confestim his orisbus infit.
 Gallorum rex magne istis ne cede periclis.
 Grandibus incæptis aderit Deus. Aspice quanto
 Robore militia latis tentoria campus
 Explicit effusus per rura per oppida miles.
 Volue tuas animo vires, & concipe quantum
 Hic astare vides procerum, tua Gallica virtus
 Nec vinci consuet a metu neq; fortibus armis,
 His congesta locis. Hic duro corpore Vasco,
 Hic validi cum pube Brito, te Boia iuuentus
 Te Aluerni, te Marte potens Narbona fidelis
 Circumequitan animo, tecum omnis Celta magno
 Agmine vis, tibi pugnaces gens aspera Belga.
 Ibitus in casus tecum fæliciter omnes,
 Ne dubita neve hostantos horresce paratus,
 In Venetos eat iste timor, commercia tantum
 Rimari solitos, & auaro incumbere lucro,
 Arma decent proceres, magnorum audacia regum est.

Nil

Nil tamen est temere audendum, fortuna supremo
 Attentanda loco, cum circumuenia periclis
 Spes labat extremis, nec habet prudentia clavum.
 At prius utendum ingenjs, longq; putandum
 Consilio, mox ut rebus data forma gerendis,
 Ense, hasta, valide audendum est, à fine petendus
 Ordo operis. Nec enim qui fortibus inchoat ausis
 Semper vincit, habent multos quos scandere oportet
 Belli gradus, summum ipsa tenens victoria palmam
 Porrigit, in casus vis est seruanda supremos,
 Nec strepitu fundenda vno, sat fortiter egit
 Qui vicit tandem euasit, victoria rerum
 Surgit ab euentu, non prima sed ultima virtus
 Premia fert. Primo ingressu si lata coronam
 Spondet, in extreum differt fortuna laborem.
 Nunc igitur, Rex magne, iias metemur, & omne
 Explorem us iter, nec erit, me iudi: e, tutum
 Flaminis penetrare alpes, & tundere ad ipsas
 Primitijs olim lasas conflictib: vibes.
 Est potior Lunensis ager freta magna secundum
 Quæ veni:is, apex n. r. i. min:is aper, & vna
 Exitus & dorsis & vallibus A, ænini
 Luce patet, Parmensis agri sub vallib: ss ora
 Aequior, & glebis fœ: unda fera, ibus arua.
 Sis Gallis populorum animos scis mobile vi'gus
 Assentire, Itali imperij irga dura perosum.
 Nunc igitur, Rex magne, operi (mora nulla) supremo
 Accingamur, erit brevis biclabor, ultima rerum

Meta

BAPTISTÆ MANTVANI

Meta gerendarum, nostra est Campania, nostrum
 Parthenopæorum Sicilia à finib[us] omne
 Imperium Regum, quæ pars non ultima regni
 Trinacrie, nostri Calabri, nostra Appula campis
 Frugiferis tellus, & que contraria Roma
 Brutia progenies Panis iuga maluit olim.
 Sena tibi est addicta, tuo Florentia sese
 Temperat arbitrio, Scennum tibi militat omne
 Picentumq[ue] solum, te regna Eſtenſia solum
 Ore animisq[ue] ferunt, quid iam niſi Gallia reſtat?
 Quicquid habent Veneti, quicquid ſub principe Mauro
 Gallica ſunt, rapuere Itali, nomenq[ue] dedere
 Italia Gallorum agris. Nam Gallia quondam
 Latior Adriaci rangebat littora ponti.
 Ipſe vrbes Gallorum opus eſt, primaria Galli
 Mœnia Sfortiadum genus vnde Triuultibus inter
 Fundauere duos amnes, & ab amnibus Vrbi
 Condita & a medijs fecere vocabula campis,
 Nunc quoq[ue] viua, lacus magnis vbi fluctibus errat
 Larvus extructis flatuerunt mænibus vrbem,
 Et Comum dixere nouum, posuere penates
 Bergomeos, habet authores & Brixia Gallos,
 Et Verona ferax frugum, Vincentia bello
 Strenuua ab antiquis traxit primordia Gallis.
 Nunc quoq[ue] Gallorum mores habitumq[ue] videntur
 Affectione animis ad tevenientibus vltro.
 Talibus orabat preſtans linguaq[ue], manuq[ue],
 Ductor in euentum pergens interritus omnem.

Cena

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I.

113

Confilijs haſére omnes. Tum caſtra moueri
 Cepta loco versum Lygures Sarzanica ad arua,
 Per Lucenſe ſolum, cum ſero apparuit vrbis
 Nuncius accepit tandem, namq[ue] exitus inter
 Hostiles populos agre datus, in via longe
 Per iuga, per ſaxa immenſis adeunda periclis,
 Indictio iam Marte palam, iam milite in omnes
 Se effundente vias, & in ardente tumultu.
 Vi perlecta nouos patefecit epiftola caſus,
 Regia corda ingens pulsat pauor. Irre rogamus
 Inquit, & ire negant Veneti, nouis omnia ductor
 Occupat. Hec aliiquid pariet graue Mantua nobis.
 Hic nouus elatis animis & robore tanto
 Corporis, vt fama eſt, ſoliti tolerare laborum
 Omne genus ductor, tali modò milite, tanto
 Imperio Venetorum auftus non ſegnibus armis
 Militat, hec aliiquid pariet graue Mantua Gallis.
 Omina ſint hec vana præcor, praſaga malorum
 Mens aliiquid (diui auertant) horreficit acerbum.
 Sic ait, & ſolitus quoq[ue] libebat apertis
 Ire vijs, furit indignans uer obijce clauſum.
 Non aliter quam cum nineis de montibus humor
 Liquitur Hybernis, ſi ſatua repagula forſan
 Inueniat, ſpuman tumido grauis alueus eſtu
 Perſtrepit, ac magno obieciā premit agmine molē.
 Et iam ſera dies, fugiens cum ſole, ſub vndas
 Iuerat, humentiq[ue] polum nox clauerat umbra,
 Cum Rex caſtra iubens Petre propè mænia ſancte
 Sifteſe,

Sistere, libata tenui dape fessa cubili
 Membra dat, & somno recubans immersitur alto.
 Coniunctuō tristem varijs noua somnia formis
 Sollicitant animum. Claro Dionysius ore
 Vifus adesse choro diuum comitatus, & alia
 Voce sonans regem affari, vultuq; feuero
 Obiurgare. Quid has (memorans) tetantus ad oras
 Error agit? nescis primordia quanta malorum
 Sparseris, Italiam qua peste infeceris omnem.
 Non fuit aduentus author Deus, omne falso
 Duceris, & vatum præfigia vana tuorum
 Imposuere tibi. Non es qui sancta sepulcri
 Limina restituat. Syriam qui liberet omnem
 Carolus excuso Galiorum a sanguine surgens
 Ille alias in bella manes, ille altera magno
 Pectore corda feret. Non est illa inclita bella
 Attentaretum, quanquam Florentia tecum
 Lusa tuas olim nugis permulserit aures.
 In tua regna redi. Nec tetimor ire per altos
 Impulerit montes Lygurum, sed limite recto
 Carpe viam, transire dabunt non vincere fatig.
 Rursus ad Insubres reuocanda Nouaria, luctum
 Est passura grauem, tuus hic labor irritus ipso
 Non dignante Dco, non aspirantibus astris.
 Rursus Aragonij repetent Sebetica regna.
 Te tunc expellat Rhodanus, tua Sequana magno
 Te vocat applausu Calabros vifura triumphos.
 Vade ergo Ausonias nunquam redditurus ad vrbes.

I p^o

I patrio te absconde solo. Nec plura loquutus
 Liquit in immensa regem anxietate sepulcum.
 Extemplo euigilans animoq; ea somnia volvens
 Soluitur in lachrymas, & amaro incessiter astu
 Curarum simulachra animo importuna mouentum,
 Atq; ait, O diui indigetes, o numina, sanctos
 Quæ regitis cœlorum orbes, quorum omnia plena,
 Non ego Centimanum dira impietate Gigantum
 In posse pare, pietas tua maxima diuum
 Postquam nota fides Gallis non excidit vñquam
 Regibus aut populis, nec vos agre' arma putabam
 Terre quibus dudum inuasi quæ debita fama est
 Regia mibi. Postquam Ausonia regnare per arua
 Non sinitis, regno abstineo, tua sancta facesto.
 Insa pater, liceat nobis in regna reuerti
 Gallica, vos diuinæ animæ que voluistis astra
 Tu in primis Dionysi alto qui viuis Olympo
 Maxime Gallorum custos, Franconia castra
 Et caput hoc seruare, genus ne auertite nostrum:
 Quod fuerim vatum sero intellecta sequitus
 Somnia religio fecit simulata canentum
 Me posci a vobis, nos allegata fefellit
 Vestra fides, ferte authori sua præmia falso.
 Dixit & affigi sentit sibi corda repente
 Mitius, in patrias vagâ mens extenditur oras:
 Mania nota videt, quibus oblectare solebat
 Ludinagos sensus leuis atq; recentior atas.
 Occidit ambitio, & dominandi insanalibido

pp . Labitur

BAPTISTÆ MANTVANI

Labitur ex animo, subeunt risusq; salesq;,
 Ludicraq; & rebus magnis inimica voluptas.
 Iam venatur apros, leuibus iam retia ceruis
 Tendit, & auctupium studio insectatur inani.
 Et iam præteriens cudentibus inclyta saxis
 Littora Sarzanæ, submersaq; menia Luna,
 Ac Veneris portus, saliens rbi frangitur aquor,
 Venerat ad vicum, Tremulo cui nomina ponti.
 His rbi protendunt rigidi vestigia montes
 Ad rada torrentis Macra confinia Tuscis
 Ultima, per duros silices, per magna volutum
 Marmora, flumen abit resonans in vallibus imis
 Impetu precipiti. Vicumq; intersecat rnda.
 Ex trabibus quondam tremulis confrauerat ammen
 Ponte rudiprimæa etas, hinc nomina primum
 Facta loco, melior fortuna sequentibus annis
 Fraxineas cym ponte trabes submoxit, & arcus
 Marmoreos iniecit aquis, & pontibus arcem
 Imposuit struttis, labentia tempora magnas
 Adiunxere domos, populoq; habitata frequenti
 Porrigit in tractus regio duo brachia longos
 Emporium Tusco ac Lyguri commune ferendis
 Mercibus Aemyliae in campos, Venetasq; per vrbes.
 Hic nisi Tusca quies & Petra in somnia sanctæ
 Obfliterint, crescente metu per inhospita saxa
 In Lygures vertisset iter, non fidere diuis
 Vi sum grande nefas. Iubet ergo ascendere lenti
 Gressibus æream rupem longissima castra,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 14

Atq; peti Parmense solum, fataliaq; arua.
 Et iam præsidij iuga summa tenentibus ipse
 Incipit excelsum multa inter millia montem
 Scandere subsidio ingenti post terga relicto.
 Cuiq; suis madido dependet cantharus armo
 Et peris inferta Ceres, vmbbrata galeris
 Grandibus ora, dies orto iam sole per arma
 Flagrat, & apparent vibratis agmina flammis
 Ordine productio rupes lucere per altas.
 Scandit anhelanti miles latera ardua fauce,
 Suspiciens celos apices, erectaq; cælo
 Calmina, verticibus niuei Iouis amula magnis.
 Armine in extremo liquidi gens dura Lemanni
 Discendens scelus ausa ingens facinusq; nefandum.
 Nam post stupratusq; nurus, spoliataq; templa,
 Post longam, post crudelēm cædem, atq; rapinam
 Succendere domos, igni absumpsere penates.
 Tam crudum, tam inmiti genus, tam immania corda,
 Non impune tamen, namq; vt sauire cruentos
 Videre indigenæ, nec finem imponere cædi,
 Confluxere omnes sumptis concorditer armis,
 Et certamen atrox multo cum sanguine surgit.
 Ipse etiam veniunt in bella, virisq; ministrant
 Tela nurus, gens duram irus cum milite duro
 Conserit intrepidas, vt cum certamina tauri
 Spumantes paribusq; animis, ac viribus æquis
 Seua ineunt, pressoq; volant in vulnera cornu.
 Arma simul vocesq; sonant, colliditur ense

BAPTISTÆ MANTVANI

Ensis, & hasta hastis, tectorum à culmine summo
Saxa pluunt, & mīsiliū tonat apera grando.
Ut stragem videre hostes, tantumq; suorum
Interitum, spolijs tandem fugere relictis.
In ferrum dum quisq; ruit, vitaq; suorum
Quām tectis magis intendit, nec flummine flamma
Vincitur, accensi conflagrare penates.
Vīsus ab aquoribus natūris mirantibus atras
Ferre globus nebulas, mixtoq; incendia fūno
Tollere se in calum, & tenues vanescere in auras.
Iamq; propinquabant rapido prima agmina Tarro,
Cūm videre procul latē tentoria campis,
Atq; hostes latē effusos, tremit ossa iuuentus.
Mars præsens horrorem animis immittit, & alit
Sollicitant pauidas vicina pericula mentes,
Fata reformidant anima, terrentur acerbis
Casibus, in casu quia fatum apparet acerbo.
Sistere castra duces, defessaq; corpora mandant
Curari, positoq; aditus custode teneri.
Tarrus ab angustis Lygurum conuallibus bausto
Fonte ferens annes multos sinuatur in anguem,
Et montana rigans longo vestigia cursu
Serapit in virides campos, vbi proxima Parma,
Ex humili Carrona iugo considerat arua.
Arua foro subiecta nōno, vicina Nuceto.
Et per saxa sonans duro latib: mus alio
Errabunda Padi grauidam vada voluit in aluum,
Ipse fori sub colle noui, quā fauicibus amplis

Euo

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 115

Iuomitur clamans multis saxofus & asper
Gurgitibus magno hinc montes hinc margine campos
Submouet, & fruticum raro maculosus amictu
Umbrat aquas astu in foveas abeunte relittas.
Exitus hic Gallis ex alpibus Apennini.
Hic Galli vt fama est, quando indefensa fuisse
Et custode vacans antiqua Colonia Roma
Parma, re sedissent bello vel fraude subactam
Imagiuri urbem. Sed capta Nouaria pactum
Antediem capienda simul (fortuna negauit
Auxilium) dissoluit opus, si fausta fuisse
Consilia, & certo texta simul ordine fraudes,
Tota simul ducis Anguigeri regna ampla ruisserent.
Sicgitur regis cœlo aduersante labarunt
Magna exorsa fugam inuenio modo cogitat hoste
Quipaciam capturus erat custodibus urbem.
Reclamcepta, sed euentu damnata sinistro.
Numinata tanta valent, tantum dominatur Olympus
Imperijs rebusq; hexenium, sors inuidatanti.
Hanc nouis ob causam magnis obiecta periclis
Castramouens ductor Venetum fortissimus, omnes
Mature inuestio compleuerat agmine campos.
Et simul anguigerorum acies ducente Roberti
Trogenie iam Francisco, qui semper ab annis
Militiam teneris summo splendore sequutus
Iam decus equabat factis belloq; paternum.
Maxigitur vigilans animis Gonzagius heros
Instadisse sciens vicino in vertice Gallos,

pp 3

(Namq;

BAPTISTAE MANTVANI

(Namque locos prius ipse oculis lustrauerat omnes
Montanos adiens apices atque inuia saxe)
Eleuat ingentes animos interritus, ardet
Ignea vis animi inuicti, iam prouocat hostem.
Impatiensque, morat uolat ordine castra,
Bella ciens oculus & fronte acerrimus alta,
Vi Leo flagranti quoties incanduit ira
Inter mille feras pr&adum cogitat, ergo
Insidias, missis exploratoribus, omnes
Discutit, & Gallorum astu molimina magno.
Nox erat, & stellis ardens lucentibus aether
Ibat, & a nigro pisces oriente leuati
Se vertente polo solemque sequentibus astris
Lumina sopierant dulci mortalia somno,
Cum doctus linguam & mores compendia nota
Per secreta via subit explorator in altum
Culmen, onus vectans humeris, falcerique secundis
Graminibus. Vigilesque alacri sermone salutans
Preterit ante ipsos ignes, ubi lucida phagis
Ardebat pyra congestis, & castra subintrat
Tutior, abscondunt onus & fiducia fraudem,
Excubia securi hominis, labentia tarde
Tempora, sub dio ludis & carmine fallunt.
Duri loca perlustrans oculis atque auribus inferit
Se tacitum, aduertit clausis tentoria flammis
Regia lucere, & variarum murmura vocum
Disceptantum intus clausis a limine valuis.
Accedit leuibus plantis, & regia iuxta

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 116

Tuta cubat, somnum simulans, ac tempora fulcit
Graminibus positia, murmurque attentiū audit.
Vox erat. O semper mendax fortuna, labansque
Spes hominum. Qui Trinacria paulo ante tenebam
Omnia regna fretum circa qui cuncta putabam
Oppida Sfortiadum paucis iubigenda diebus,
Num regno miser amissi, spe funditus omni
Eiusstus eo, superis odium, mortalibus autem
Fabula ridiculum Venetis, infamia Gallis.
Ducor ut in casses a venatore canum vi
Pulsus aper, Consumpta. Ceres insistere montem
Non sinit, in campis miles certare paratus
Ire retant. Ite & reges clamate beatos
Ignari fatorum homines, hac gaudia regum,
Hoc decus, hi nobis veniunt post bellatriumphi.
Sed quid cum regnis & spe quoque inania verba
Perdimus? Hic locus est ubi nos, Iacobe Triulti,
Extremo tentanda loco, fortuna videtur.
Ergo animis si quid superest virtutis, & omni
Robore nitendum, cum crastina, solere uero so,
Luxerit orta dies, taciti clangore sine ullo
Hostibus ignaris, quando hinc descendere cogit
Importuna fames (neu sit mora) castra mouet
Milite diuisio in turmas, & ad arma parato.
Si descensum Italus deprendat, & audeat hostis
Ac pugnare velit, pugnet, contraria non sunt
Fata adeo, quin sit nobis via tuta per hostes,
Diuorum nisi vana fides, nisi numina fallunt.

Teth

pp 4

At

BAPTISTAE MANTVANI

At si inconsulti fuerint, & inertia castra
 Viso, repentino insultu irrumpemus, & altis
 Vocibus attonitum subito exturbabimus hostem.
 Fortitan hic aliquid primi fortuna fauoris
 Misericordia est etiam superis mutabile pectus.
 Nec mala nos semper feriunt quectimq; minantur:
 Hostibus hic fusi aperit sua Parma repente
 Mænia, & Insubres ictu pessundamus vno.
 Si sors leta minus, superis, quia credere dignum,
 Fidite, nam medios dabitur via tuta per hostes.
 His celer auditis per denia saxa repente
 Explorator iens Ducus ad tentoria noctu
 Attigit, ardenter cum iam Venus aurea vulnus
 Tolleret, & primos aurora ostenderet ortus.
 Intellecta refert, & rem vafer ordine pandit.
 Exilit, utq; erat armatus de limine clamans
 Poscit equos, posuit comites Gonzagi heros.
 Nil contatus adit Venetum tentoria patrum
 Qui bello intersunt, & cum ductore gubernant
 Tempora bellorum, reseratq; arcana, nec ultra
 Diffulit, acciri proceres iubet, atq; coactos
 Gallorum consulta docet, mox in super addit.
 Magnanimi proceres, Italorum ignavia, Gallos
 Italia dominos & ferro ac Marte potentes
 Inuiictosq; facit, nobile est in criminе prater
 Segniciem, qua si abfuerit concessa facultas
 Hic hodie decus antiquum reparare, iugumq;
 Gallorum seruile horis euadere paucis.

Quid

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. I. 117

Quid precor in campis acies componere multo
 Conflilio, induisse uiuat, nisi longa feramur
 Post consulta metu confestim in bella sepulto?
 Nunc igitur partiri opus est onus atq; labores
 Ordine castrensi, vicibusq; ostendere certis
 Quæbelli pars quenq; vocat. Sic fatus abena
 Voce iubet castra armari, prædam atq; rapinas
 Aerisono clangore inhibet, mox rite peractis
 Omnibus, & solito sacrificio demore litatis
 Circuit armatus, cunctosq; affatur cundo
 Viciferans. O Italida generosa iuuentus,
 Quorum atavi domuere animis tam fortibus orbem,
 Tempus adest quo quenq; sua viresq;, animosq;,
 Edere fastantorum hodie hic ante ora virorum.
 Hoc laudum commune forum, communis honorum
 Campus hic, aut ignominiam sine fine manentem
 Aut decus immortale dabit, sua quenq; manet sors
 Si uetogam, siue arma ferat, nec fata putemus
 Euadenda fuga, fatalem ad colla catenam
 Fers, gressum quocunq; moues, quis funera cœlum
 Ad Tarrense jolum statuit, sperare vetantur
 Effugium, quorum est alijs occumbere terris,
 Hic vis nulla potest mansura excludere vita.
 Fatiigitur securi omnes intendite laudi,
 Quod nostrum est famamq; sequens extendite in euum,
 Et date splendorem vobis, generisq; futuro.
 Namq; potest vnius honor se accendere tantum
 Vnedum gentem & patriam, sed nomine vires

pp 5 Propa-

BAPTISTAE MANTVANI

Propagante suis etiam sua scula reddat
Inclita, tanta valet formidine libera virtus.
Certe ego, quicquid agant alijs, præponere mortem
Dedecori instituo, potior mihi sanguine semper
Gloria, vel spirare animam, vel vincere certum est.
Inclita mors vita est, ingloria vita sepulcrum.
Talibus accendens Italos ad prælia ducit,
Talibus externos acuens sermonibus ibat.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI: TROPHAEI Gonzagæ, LIBER II.

 VRBIDVS & vario Titan mutabilis ortu
Exierat lucem radis spargentibus agram,
Et luna frons lata parum compleuerat orbem
Descensura polo, subituraq; Doridis vndam.
Ipse etiam Mars ora rubens, crudele minaci
Nescio quid vultu spirans cœlo ardus ibat.

Gallica

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 18

Gallica successu bellorum elata secundo
Et toties victrix pubes abitura coruscō
Aerenitet, miles prædator natus & armis
Accingit pugna atq; via, properantibus instat
Carolus accendens iras, & corda suorum.
Si nunquam Ausonias gentes, populoq; Latinos
Experti bello essent, vicitoria forsan
Eset in ancipiit, nam grandia voluere verba
Iralida soliti, magnoq; incedere fastu,
Inflati vetus imperium terraq; subactas
Et maria ac montes signaua per ocia iactant.
Retimidi, lingua audaces, vultuq; supino
Barbariem Gallo obiectant, in honoraq; verba.
Sed nibil ista viros interiastantia fortes
Profuerit, certum est olim regnasse Latinos,
Sic fortuna tulit sua, sic labentia cœlo
Fata dabant defecta modo, & sine viribus vilia.
Sunt etiam Gallis cœlo lucentia semper
Sydera, sunt nostri indigetes. Non Gallia semper
Habens Ausonias, quoties exarxit in oras,
Ausonios toties agros spoliauit & vrbes?
Scitior antiquæ nostri Capitolia Romæ.
Inuaseré atqui, Quantas Pipinia proles
Carolus his olim strages inflixerit aruis.
Scit Padus, atq; Pado Tanarus comes, Abdua Lari,
Et pater & proles, flumenq; ignobile Lambrus
Pauper aquæ & cursus, & tu vada proxima voluens
Setia Ticino, totisq; Iusubria campus.

Sed

BAPTISTAE MANTVANI

Sed quid prisca loquar memorans aliena? sequamur
Nostra, per Hetruscos, Lygurum per inhospita saxa,
Per Latium, per Campanos vicitribus armis
Martem agimus. Regno atq; opibus spolia uitimus altam
Parthenopen, retinet profugos Aenaria reges
Insula ab Anchisa sortita vocabula nato.
Nomine & aspectu solo tremefecimus omnem
Italiam, nondum oblitam mala temporis acti.
Ipsi etiam auditu genus insuperabile Turci
Nomine Gallorum, horrefcunt Sidonia longe
Aequora, & Assyria gentes Franconia solum
Armament, nostroq; vocant de nomine Francos
Christigenas omnes, veteris fama oblita Roma,
Gallica in extremos terrarum it gloria fines.
Quare agit, o Galli, soboles fortissima gentis
Christi genum, qui quondam Arabes domuisse, & oem
Assyriam grandes animos attollite contra
Hoc genus infidum, inconstans, segne, atq; superbum.
Italiam lingua & solo sermone potentem
Nos verborum inopes ense aggrediamur & hostia.
Talia bellipotens animis dum fatur amaris
Flammigerant Gallorum animi, seu follibus actis
Accipiens auras Lipare in fornacibus ardor.
Interea validis dum sic feracatra parantur
Concursura animis, Dionysius aethere ab alto
Despiciens maria & terras, conuerit in agros
Lumina Parmenses, & in ardescientia cernens
Agmina per campos, genus ut fernaret virumq;

Marcum

TROPHAEI GONZAGÆ. LIB. II. 119

Marcum adiijt, qui tunc martis residebat in orbe
Bella regens, dictisq; senem compellat amicis.
Marce, mari terraq; potens, qui bella gubernas
Temporis istius, viden' ut duo regna cruoris
Prodiga decertare parent in mutua verso
Vulnera iam ferro, utq; odijs accensa ferantur,
Non habitura modum, non concessura periclis?
Esto age bella volunt cœli, flammantia Martis
Sydera, Saturniq; graues agnoscimus iras,
Et loca, nostra tamen potis est compescere virtus
Crudum opus hoc, sigitur sine me, nisi forte Tonanti,
Vixum aliter, sine me crudelemauertere pugnam
Vel saltem ex duro regem subducere bello.
Dux Venetum, vidi iuuenem, Mauortia noui
Pectora) plus quam Italus non his spectator in armis
Sed bellator adestr, mucro est hastilibus istis.
Infelix quiscumq; manus cum militie tanto
Conseret, iratoq; hodie se obiecerit hosti.
Sic ait, insistens Martis reliquia Marcus
Annuit. Ille volans Libyam super, & Garamantum
Transit & Aethiopum populos, & consia Nilo
Arua renas enti, nigrisq; emittit ab antris
Ore Notum tumido, flabrisq; furentibus austrum.
Continuò maris horrifono rada concita flatu
Spumanti in sonuere salo, nubeq; levatas
Aequore præcipiti glomerant per inania cursu
In Boream venti a tergo, totisq; volantem
Tempestatem animis virgent. Dionysius ignem
Nubi-

Nubibus adiecit quo rauca tonitrua cælum
 Reddat, & acta volenti maior in ubila cursu.
 Ipse comes nebulis iter expedit, atq; sonantem
 Apennini adigit versus alta cacumina nimbum,
 Hetruscos, Lyguresq; super, quo flumina Tarrum
 Impletura vndis animoja furentibus irent,
 Nam tunc Tarrus inops Cancri mala sydera passus
 Ibat, & infernens duris vada cotibus amplio
 Aequore inæquales latè extendebat arenas.
 Iam Italidae, ut mos est Gallis in bella venire,
 Turmatim glomerati ibant, non more Latino.
 In longas producti acies, loca certa coacti
 Iam retinuerunt, ut lex pugne decreta monsbat.
 Gallorum interea dimissa in plana cohortes
 Excelso de monte ruunt. Extenditur ingens
 Agmen & effusus campos exercitus omnes
 Occupat, exempli in turmas coière vocatis
 Ordinibus. Iam vtrinque acies in bella parata
 Sunt ligna vadis intercurrentibus, illinc
 Gallus ad occasum, quā se latus eleuat alti
 Apennini, isthinc Italus Titani ad ortum.
 Arma micant, agitante Noto vexilla feruntur,
 Fluctuagisq; volant caudis, & in aëre ludunt.
 Flammigerans vtrinque tubas & tympana Mauors
 Concitat, aërea resonant clangoribus Alpes.
 In nemora, in densis abscondita saltibus antra
 Attonitæ fugere ferae, fugere volucres.
 At stygijs manes studium quibus omne malorum

Irritare

Irritare genus, miseri d'Plutone volabant
 Arua super capturi animas. Vise vndiq; dire
 Effigies, ora obscuris horrenda figuris
 Vndiq; per nubes. Furcisq; tridentibus umbra
 Armata in gyros alia tridentibus ibant.
 Et quoniam Celtae visi concendere rupem,
 Et tentare fugam, ac mete sani inuadere collem,
 Vnde Placentinas versus via flectitur Alpes,
 Dux bellandi audius proceres tali excitat ore.
 Magnanimi fortisq; viri que infamia nunquam
 Abstergenda, decus, si quod fortasse Latina
 Genit adhuc superest, auferit, elabitur hostis
 Incolumis toto Italiae spectante sub armis
 Robore, & his dictis patruo in secreta vocato
 Colloquia, extemplo ad pugnam iubet ære canoro
 Signa dari, & scuum litius accendere Martem.
 Gallica tympanico strepitu ad tormenta citatur
 (Nam tormenta solo Galli editiore locarant.)
 Pars peditum graue pugnanti auer sura periculum,
 Fulminea s; pilas. Pars hostis ad ultima terga
 Turbatura acies & commotura tumultum.
 Mox lenium tres turma equitum transfluminis vnda
 Directum per iter missa ad praludia pugna.
 Iam polus in uolu caligine cœperat atra
 Et tenui nimbo ardentes perfundere campos,
 Cum furere inceptum, Nam tempestatis eodem
 Tempore & insani subiit Mauortis origo.
 Crenit vterq; furor simul & decreuit, & orta

Dira

BAPTISTÆ MANTVANI

Dira hominum cum nube lues, cum nube receſſit.
 Quadrupedes, animante ſono, fumantia rodunt
 Frana reluitantes loris, & frontibus altis
 Ire in bella ardent, descendit in omnia Mauors
 Corda furens, acriq; animos obnubilat ira,
 Necmora, confracto veluti Padus aggere fertur
 In ſegetes, ita laxatis Franciscus habenis
 Erolat, & patrius comes, & Rhunnusius hafſta
 Femen agens, & equo insultans Aloisius albo
 Gantis Augariae ſpecimen, Tuq; inclyte bello
 Gambaridum Francifce decus, cui caſſide in alta
 Ardua ſe attollit rutilans in brachia cancer.
 Amb; in bellis ruunt patrijs quos misit ab oris
 Brixia magnorum genitrix animofa virorum.
 Et Ianus nondum Marius certamine tanto
 Exercendus adhuc tenero pugna incſius auo.
 Et tibi Lampetruſ pietate & ſanguine duxor
 Proximus, aſdiuusq; comes, de nomine magni
 Dicitur aui manibus ſoliti conuellere abenas
 Quadrupedum ſoleas, Calabrumq; equare Milonem.
 Tu quoq; Caſtilion diues probitatis & aui
 Chrytophoræ armipotens, numeras qui in ſtemate lō
 Religione, alios, alios certamine Martis
 Illuftres atauos, & nomina clara per orbem.
 Et iuuenis decus armorum ſublime Robertus
 Balnea, progenies priſcis oriundus ab Vmbbris.
 Fortis eques, fortis pedes, & duo pignora Leda
 Aequiparans vnuſ, fermosior omnibus vnuſ,

Caſtre-

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 121

Caſtrenſi eloquio, Pilyo ſene dulcior vnuſ.
 Innumeriq; alij, quorum modonoma longum
 Edere, mox contra audaces in bella feruntur
 Lingonij, quoſ flumen Atax in vallibus imis
 Alluit, & duris cum Maſiliensib; Elui
 Campo altum reſonante volant, congreſſa reclamant
 Agmina, & infoſis penetrant thoracibus hafſta
 Clauſtra anime, rigidumq; ſubit precordia ferrum.
 Hic opus in bellis clarum memorabile maius
 Viribus humanis peperit vel Martia virtus,
 Vel dea concurſu forſan Rhamnusia primo
 Sic dignata Duceſ. Manto; principis hafſta
 Aere grauiſ, ſolido arentis de robore quarcus
 Per triplicem thoraca ſibi per viſera, perq;
 Aerea terga viam faciens in vulnere manit.
 Gallus atrox qui ſe Orlandi iactabat ab alto
 Sanguine demifum, proceræ mole ſuperbus,
 Et iactabundo ſolitus ridere Latinos
 Ore, procaꝝ terra alliſus reſonantibus armis,
 Pondere præcipiti iacuit, mox tota repente
 Circumfusa cohors raptum de turbine traxit.
 Ast vbi Chaldaeo verbiq; potentibus hafſta
 Exiliit, tenues animam cum ſanguine in auras
 Expirauit adhuc minitans, & murmure rauco
 Incepit, animoq; ferens graue vulnus acerbo.
 It cadens ſternensq; acies Gonzagius heros
 Encelado ſimilis, fortis cum robore captum
 Atq; catenatum ſoboles Titania Martem

qq

Clauſit,

BAPTISTÆ MANTVANI

Clausit & attonito tremuit Ioue tristis Olimpus.
 Cæde manus, cæde arma rubent, cæde vndiq[ue] Belgæ
 Precipites labuntur equis, & pondere grandi
 Armorum terra ita jonas, procula virorum
 Corpora sternuntur, veluti cum Iuppiter olim
 Terrigenas domuit cælo capita alta ferentes.
 Extemplo coniulta cobors se Gallica soluit,
 Non fecus ac si quando ferox armenta leonum
 Inuasit rabies per Cyniphis arua Libyßi.
 Tum pedium manus Italidum qua Galica facto
 Protinus insultu tormenta oppresserat, hostem
 Ut vidi confitatum, animos excita furentes
 Elevat, & preda ac spolijs accincta per annu[m]
 Fertur, ut in pecudum turmas custode carentes,
 Turba famescutum campo solet ire luporum.
 Tympanen cui ducendi cura agminis, alto
 It clamore vocans sparzos ad signa maniplos.
 Verum alio mentes auri furiosa libido
 Verterat, in' prædam volat irrevocabile vulgus.
 Turma equitum cursu leuum glomerata citato
 Consequitur, cursuq[ue] graues & inertia plaustra
 Circum bella ineunt, oriturq[ue] afferrima cades
 Gallorum exnuias & Parthenopea volentum
 Furta domum trahere, & spolijs gaudere Latinis.
 Cominus hic gladijs, hic longis eminus hastis
 Res agitur, graue missilibus certamen & arcu
 Aere inardescit, telorum absconditur umbra
 Clara dies, tegitur casis humus aspera Gallis.

Ergo

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 122
 Ergo epibus tandem captie predaq[ue] potita
 Italides, Venetaq[ue] acies & Eoa iuuentus
 Conuersos agitant currus de fluminis abueo
 In virides campos, & plaustra gementia longo
 Sollicitant coru[m] ac iumenta hastilibus vrgent.
 Preda ingens, quantam Attalico non vexit ab orbe
 His ditata bonis magna Res publica Rôma,
 Illo aucta die, spoliataq[ue] Gallia raptas
 Plorat opes, Tyrias vestes, argentea vasa
 Aureaq[ue] emporij paſſim exponenda Latinis.
 Ut subito primam interitu videre cohortem
 Desecisse, ruunt Bituri, Nerui atq[ue] Ruteni,
 Aruerni Meldiq[ue] simul, fortisq[ue] Cadurci.
 Santonici infrenes & Sequanidum populorum
 Vulgus inhumanum, missi q[ue] ex vrbe Nemauso
 Sanguineis gens cruda animis, quos protinus omnes
 Sors in bella vocat, cuneoq[ue] in brachia ducto
 Inducere Italos, animisq[ue] atrocibus vrgent.
 Hic dolor, hic gemitus, hic mors communis & ingens
 Excidium, hic penetrans in mutua vulnera ferrum
 Sicut & ad patrios mittit lamenta penates.
 Hic fortuna viris utrinq[ue] cadentibus anceps,
 Post varias cedes, post Galica funera duxit
 Hinc tandem elevsus, nondum cessante tumultu
 Conflitit intumulo ut puppi Nauarchus in alta
 Prospiciens nigros fluctus, nauemq[ue] gubernans,
 Et meditans, oculis campum complectitur omnem,
 Sic speculans videt Hannibalem, cui Sfortia mater,

BAPTISTAE MANTVANI

Bentiuolus pater, iuuenem florentibus annis
 Mignanum, cui ferrari rubens insigne superbum.
 Martis alumnus equo veniens appetet anhelo
 Bernardinoi aui siboles sata semine Bracchi.
 Gonzagide apparent bellum duo Phoebus & Hector
 Fulmina, iam nimbis & multo sanguinis imbre
 Sequanici humentes, & stricko Carolus ense
 Gente Meletaa genitus, clarissimus armis
 Ianus Rodulpho Marini comes, inclitus olim
 Militia (sinerent modo fata aduersa) futurus.
 Tres quoq; magnanimi iuuenes Benedictus, Alexis
 Hieronymusq; Capis, tria fortia pectora bello.
 Lecta phalanx qualem prima rate rectus Iason
 Duxit ad algentes Pagasae d' littore Colchos.
 Hos ita congressos dextra vocat aminus, omnes
 Conueniunt, subitoq; Ducem circumstetit agmen
 Bellatorum equitum, quos sic affatur ab alto
 Ductor equo dextra contum amplexante trabalem.
 O clari fortisq; viri, quibus Itala mecum
 Credita res bene habet, vobis salua omnia saluis.
 Vultu & hanc mecum ferro diuellere turmam
 Interitum nostris nisi sit conuulsa ferentem?
 Illi omnes presenti animo Dux maxime tecum
 Respoadere, mori nobis ac vivere certum.
 Omnibus hac Italica concors sententia, postquam
 Igenijs animisq; vident ac robore tantum
 Te prestat, metus nulli grauis, aspera nullis
 Mors, quibus est vita potior sua gloria, vitam

TROPHAEI GONZAGAE. LIB. II. 123
 Quilaudi preponit eat, neq; bella sequatur.
 His dictio venit ecce sonans pila saxe a cælo
 Fulminis in morem, & fratta Ducus euolat hastæ.
 Omen ait faustum, fracto nos Gallica conto
 Cunctandum non esse docet, simul arripit hastam
 Dextra nouam preßi perit calcaribus hostem.
 Hic pariter certatum animis ac viribus equis
 Neutra acie cedente diu, iam sanguine arene
 Sanguine saxa madent, nec iam sola saxe pulsant
 Quadrupedantum acies, conuulsa cadauer a & artus.
 Exanimos conculcat eques, super ora iacentum
 It sonipes, & membra virium pede frangit abeno.
 Tam durum est mortale genus, tam saxe a fecit
 Pectora Deucalion, renuit perterrita tellus
 Tantum ferre nefas, cædijq; horrescit aceruos.
 Hinc rursum elapsus, iam mitescente parumper
 Dux Mauorte leuat galea revolvibile claustrum.
 Ac legit e' ripis amuis procul omnia, & ecce
 Turmam equitum Belgaru aliam videt agmine clauso.
 Maturare gradum, & medium se inferre per amnem
 Rapta redempturam folia, aut si fata tulissent
 A tergo pressuram Italos, magnog futuram
 Excidio, nisi vi subito occurratur & armis.
 Morigitur Dux armipotens & milite nuper
 E pugna elapsocuneum facit, atq; periclis
 Se se iterum obiciens, in bella cruenta refertur
 Turbine præcipiti, quanto generosus ab alto
 Intuitus volucrem liquidum secat aëra falco.

Qui

qq 3 Hic

Hic subeuntonus Insubres, hic clara Roberti
Progenies Franciscus adest. Martisq; laborem
Adiuuat, electoq; struens ex militeturam,
Ite ait, & tumidis Italos ostendite Gallis
Famineum non esse genus, spolia ista reportent
In patriam, referantq; istos in regna triumphos.
Dum fremerent tanto Mars & Bellona tumultu
Rex alto procul e tumulo, stipante caterua,
Impia sollicitio spectans certamina curis,
Quis precor ille, inquit, medijs in milibus alto
Tantus equo, qui cornipedem per nostra superbum
Agmina conuertens pulsat tribus aera pennis?
Viq; viam faciens infert se turbine tanto
Quorundam cunctib; Gallosq; impunè trucidans
Savit, vt inter oves rictu fœta vrsa cruento.
Siccus adhac (Nam militia dimissus Hetrusca
Tunc aderat sub regem erens) Rex magne fragorem
Ille ferens tantum, auctor Mantous in omni
Enicus Italia, quem nulla pericula frangunt.
Illum ego (nam tenero moriens me fecit alumnum
Tutoremq; pater) vidi puerilibus annis
Nescio quid spirare animis ingentibus altum,
Magnaq; virtutis iam tunc dare signa future,
Non est Pelides puer à maioribus orsus
Principijs, quanquam neruos Chirone magistro
Doctus & armanouas vires firmauerit inter
Thessaliae saltus, & prælia longa ferarum.
Iste (nec id raro) vix dum lanugine nata

Et pedes, & spumantis equi calcaribus vrgens
Hila anhela fidem suprad; genus omne pericli
Sponte a; sit, ne quid forsan maiora gerenti
Posset inexpertum durum horrendumq; videri,
Ludus era: veni ntis apri expectare furentem
Implexum & in leuum pectus venabula ferre.
Ludus erit je aut tollentes hastilibus vrsos
Figere, & ex sylvis sudatam auertere predam.
Si q; enivsq; am pugilem inuicium, dextraq; potentem,
Audierat paucis illuc comitantibus ibat
Diffimilans fesse & cupiens certamine vires
Explorare suas, tenerae vis tanta iuventæ.
Ipse per Hybornasq; niues, per frigora bruma
Nactuetiam cum maior hyems, vt disceret acre
Ferre gelu. nudus sub dio errare solebat.
Nil opus est de satu aliquid cursuue referre,
Cum studijs primos itis contriuerit annos.
Tunc etiam tentare vndas, & pellere in amnes
Quadrupedem ignotos, & vincere magna natatu
Flumina, cursu etiam rupem descendere anhelo
Nuic pedibus, nunc rectus equo, sursumq; referri
Per montis decline latus, perq; inuia saxa
Cura erat, & nullos studium nescire labores.
Adde, quod ignotus totam explorauit eundo
Italiam, mores hominum, formamq; locorum
Inspiciens, facileq; vias, aditusq; malignos,
Vi si forte vnguam bello foret vssus & armis,
Doctus iter vias melius peruaderet oras,

BAPTISTÆ MANTVANI

Affice ut hanc solus pugnam ferat, affice totis
Italidas campis, ut paucæ ex agmine tanto
Suppetias veniant, sensu sine saxeas dicas
Corpora, & exangues statuas animisq; carentes.
Sic ait, & tacitus curis torquetur amaris,
Ac fluit in lacrimas patriæ non immemor, optat
Posse Duci tantos comitem se inferre per hostes
Commisserans, iuuensem intrepidum, belloq; potenter.
Atq; ait, O si par virtus in bella moueret
Italidas alios (manifesta pericula cerno)
Totus in his cum rege vadis exercitus inter
Saxa, cadens præda ampla feris epulanda iaceret.
Sic secum curis mentem cruciantibus agram.
Diuertensq; parum regali ex agmine in altum
Aggeris ascendit dorsum, videt ense leuato
In Galli caput ire Duce, galeamq; sub ictu
Scintillare graui, pulsumq; inuoluere ab alto
Quadrupede, & versis telluri infligere plantis.
In caluirq; animo rursum, secumq; ita fatus.
Quicquid erit gestum, postquam superaueris hostem
Quod prope conjectum, poteris iudicare tuorum,
Te parua gesisse manus, o Italidarum
Dux Francise decus. Fabios tua gloria vincit,
Ac Lacedemonios, qui dum defendere certant
Thermopylas, canutum omnes iudere sub orcum.
Leuctra hodie, Marathonem hodie, Salaminaq; transit
Tarrus & incumbens Tarro Glareola, recepit
Caunarum & Trebia & Trajimeni infamia, nec te

Sospite

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 125

Sospite barbaries ultræ metuenda Latinis.
Tu Italidæ munimenteris, fortuna faciat
Affera, & externæ ponant certamina gentes.
Hic splendore nouo Virtus tua maxima longè
Fulgit, ut in ludis extincti Caesaris olim
Stella diem superans, Phœboq; ardentior ipso.
Talia dum tacito secum sermone volutat,
Ecce per expulsos ductor Gonzagius hostes
Ut luxata falanx, & spe frustrata remansit,
Fulminus instar iens, equitum comitante caterua,
Regem adit ignotum, nam cum vidisset in armis
Stare globum procul ingentem sub monte, putauit
Dedecus, & laudis maculam, si tramite verso
Deserat intactum, sequitur pedes agmine magno
Grandibus armati roncis, quadroq; veruti
Sanguineas mucrone manus, & caside tecti.
Regia continuò, versis in pralia cunctis,
Sparsa cohors, & fracta animis it rege relitto.
Tum duo captiui insignes de carcere longo
Gallorum elapsi turbatis vndiq; castris.
Capti ambo cum sceptra ruens amisit Arago.
Virginius, duroq; potens Mauorte Nicolas,
Nobile Romano quibus est cognomen ab Vrso.
Ille quiescendi studio in sua regna reuersus
Militia mala pertasus iam grändior auo.
Ihe Ducus Venetum virtricia signa sequutus.
Conflictum Franciscus in hoc iuueneriliter ausum
Fortè virum conferre manus & cernere ferro

qq 5

Nactus,

Nactus, & esse ratus præstanti ex indeole regem
 Sistit equum gladioq; viam considerat inter
 Magnanimi dura arma hostis, nec perdere regem
 Sed superare optans istum thoraca lacerto
 Perforat adduclo, quæ fibula pectus abenun
 Alligat, arte manum certa moderanter retraxit
 Vulnus, & infiliens hominem de sede reuulsum
 Abstulit, ut fulicam pedibus Iouis armiger vncis
 Circum stagna volans patrij propè littora Munti.
 Accipiunt captum pedites, gladioq; reuulso
 Ac galea, vinctum loris facio agmine ducunt
 Attonitum, ac patrio veniam sermone precantem.
 Postquam omnis tentata cohors & sanguine multo
 Vnde iam (atis est Gallorum exterrita virtus,
 Puluere loriam confersus & ora cruento
 Dux abit, & verso properans legit æquora cursu,
 Itæ suis laturus opem si tempora pescant,
 Agmine collecto, Gallis stragem atq; ruinam
 Illaturus, aqua subito intercepta tumultu
 Cura, Deo extremos infortunante labores.
 Et iam precipiti Tarrus grauis imbre sonabat
 Vallibus in medys, & iam per saxa volutum
 Flumen adest, sparsis subito latet alueus vndis.
 Proripiunt seie trepidi trans flumina Galli,
 Citra Itali cædemq; lauant in gurgite late.
 Insequitur rauco vndarum cum murmure moles
 Valtior, & plenis spumant vada concita ripis,
 Non aliter, quam si ruptis totum Alpibus aquor

Influat, atq; Ligur campos Neptunus inundet.
 Faucibus illunies magnis egressa repente
 Implicit multos, belli quos ira cruenti
 Transierat, torto correpti à vortice grandes
 Per silicum scopulos saliunt, perq; aspera saxa.
 Strata virū modo bellando tot fortia paſim
 Corpora, tempestas rapit improvisa natatu
 Horrifico, glomerante æstu Galli atq; Latini
 Conuersis modò verticibus, modò cruribus ante,
 Vi fert amnis eunt, dirum ac miserabile visu.
 Multos vnda rapax magnis inuoluit arena
 Molibus, & glareæ inuestis abscondit aceruis.
 Finis hic accensa tanto molimine pugna.
 Postquam bella furens amnis furiosa diremit
 Et deprensa virū tot funera, mæror vtrinq;
 Luctus virinq; ingens, leuior iactura Latinis,
 At Gallos maiora grauant prædaq; hominumq;
 Damna, quod attrita iam maiestate timori
 Esse sinunt, qui victores paſim ire solebant.
 Quod regni Italæ spes intercepta fatiscat
 Iam penitus, mæsti fugiunt, inhumata suorum
 Corpora linquentes, torrens abeuntibus amnis
 Vnde fauet, frenans Italos, frenire parantes
 In profugos, vix illunies imperia sifit
 Corda Du: is, dolet elapsum discedere regem,
 Prosequiturq; oculis minitans & peccora rodens
 Irascensq; vadis tam vasto vndantibus æstu.
 Præterita ingentis iam sollicitudine belli

BAPTISTAE MANTVANI

Corda Duci pietas & religiosa sepulcri
 Cura subit, certos iubet ire, ac tollere vita
 Corpora functa, alij curant sua vulnera, mensas
 Expediunt alij, atq; epulis conuinia parcis
 Ut flos tristesq; decet. Iam luce tenebris
 Concedente, diemq; trahente sub aquora Phæbo,
 Ecce ferunt patruim mesti pendentibus vlnis,
 Ore cruentatum, & plagis crudelibus haustum,
 Act tandem Gallorum ingentes inter aceruos
 Compertum, prostrati hostis super ora iacentem.
 Et Iani innocuum Marij ac miserabile corpus
 Vulnera perfosum multo. Duci ante locatos
 Limina cum gemitu spoliant, atq; armare resoluunt
 Regem execrantes & Gallica bella ministri.
 Quos misero intuitus visu suspiria traxit
 Cum lachrymis ductor, fletuq; ita fatur oborto.
 Frangimur hoc casu, quos non fregere cohortes
 Milibus implicitos gladijs. Quid acerbius vñquam
 Quid ve magis visura atrox mea lumina posthac,
 O patre armipotens, quem me seruare nepotem
 Dum cupis, & nulli virtus pietate periclo
 Cedere constituis, tam duro occumbere fato
 Contigit, heu, iterum iuuenis sine patre relinquor
 Bis genitore orbus, sine te mens agra tumultu
 Concutitur tanto, vestis ut fluctibus errans
 Amiso magnetere ratis clavo, atq; magistro.
 Tu hortatu, tu consilijs, tu robore & armis
 Grande mihi munimen eras, sic numina cali

Sis

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 127

sic diu volueré, animam misera scite saltē
 Os qui terrena alto curatis Olympo.
 At tu Iane Mari, vita mibi charior omni,
 Sic me deserto nunquam reditus abisti?
 Vosego finito sperabam in mœnia bello
 Patria solennes mecum olim inferre triumphos.
 Spes frustrata, abeunt sperati in saua triumphi
 Funera, primicias belli mibi numina tales
 Redditis ingressu pugnas ordinur ab isto?
 O chara fideq; anima qua soluere tantis
 Dona datum meritis? non si mea regna dedissim
 Omnia sat factum, sed enim qua præmia vobis
 Ferre vetor, generi vestro nisi fata negarint,
 Exoluam, fidei tanta non immemor vñquam.
 Sic ait, & tenera impositos pietate pheret
 Cum spolijs scetu in patriam comitate referri
 Imperat, aternava, q; pio rogatore quietem.
 His dictis sedato animi mœro parumper
 Ingrediens tenui dape vescitur, atq; locatis
 Excubij concendit equum, totamq; per agros
 Noctem agit in somnum sub dio, & pernigil omnem
 Circum equitat lustrans factis late ignibus oram:
 Interea pollinctores vicina facello
 Arua cauant mœli, totamq; in funera noctem
 Cum lachrymis gemituq; trahunt sine honore feruntur
 Magnanimi fortisq; viri dum vita manebat.
 Ac celerare iubet Galli fuga, manè futurum
 Cum grauis exhausto Tarras descenderit astu

Effe

BAPTISTAE MANTVANI

Esse ratos, vt eant motis extempore castris
 Ad tumulum tractos spoliant, & inertia membra
 Dantur aceruatis luna famulante sepulcris.
 Accedunt operi plures pietate piorum
 Exciti, versant stratos, atq; ora tuentes
 Lumine in ambiguo dubitant Galli ne Itali ne.
 Casu inuenta locis fornax calcaria vasto
 Ampli sinu cæco in tenebris abscondita fundo.
 Hic vbi non fossore opus est congesta teguntur
 Corpora, & ad summum ducto conduntur aceruo.
 Mox superiniecti lapides congestaq; tellus
 Se in tumulum leuat, & tumulo crux addita magna.
 Functa operis iam turba pijs stat tristia circum
 Busta gemens, verbisq; fauent funebribus omnes,
 Ac requiem cum fletu orant, pacemq; sepultis.
 Nec tamen hoc omnes tumulati in margine Tarri
 Sed quosdam magis insignes in auita relati
 Busta domum, deflendi iterum, patriamq; dolore
 Confessuri atro, pulcra sic Balneus olim
 Fronto nitens, satus aurato Guidone Robertus
 Cui coniunx Virgo ante parum coniuncta, propinquo
 Iam partu factura patrem noua gaudia prolis
 Mittere, vel reducem sperabat adesse maritum.
 Et merti addictus tenero Galeotus ab aeo,
 Hippolyti genus vt fama est, qui Casare quondam
 Sub Decio fertur cursu laceratus equorum.
 Scarrampusq; ferox, isti certamine longo
 Dum claudunt sibi caderias, magno vndiq; aceruo

Stragis

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 128

Stragis equumq; hominumq; fugâ prohibente, tumultus
 Barbarico oppressi tandem post funera mille
 Gallica in aeterno merserunt lumina somno.
 Quercus erat campolongos, intacta per annos
 Ingens, & latevibrantes intonsa laertos.
 Aurora surgente, nouo cùm lucifer ortu,
 Corda per astatem dulci mortalia somno
 Afficit, infundens veris insomnia formis.
 Hic viridi ductor residens in cespite claudit
 Luminas, & in sensu placidam sinit ire quietem.
 Continuò visa est patrui gaudentis imago
 Lucida, diuinum vultu spirante vigorem,
 Nil referens mortale oculis, decor ille iuuentus
 Fronterenidebat rosea, flauente capillo
 Per colla atq; humeros, & sic assata cubantem.
 Charenepos Francise, meo quid funere tantum
 Temaceras? viden' vt valeam? mortalia membra
 Ut posui? que clausa atro mens carcere longum
 Passa erat exilium tanto hoc splendore refusit.
 Hic meus, hic quondam genitor tuus, hic tua mecum
 Chara parens, vna post fata recepinus orbem
 Aethereum, Deus in summo qui regnat Olympo
 Tanti animos pendit, quos cum pietate reuerti
 Viderit, à superis noni tua fata, labores
 Bellorum ne horresce nepos, tibi munina Belgas
 Subiçiunt, tibi iam reuocanda Nonaria portas
 Pandit, & ingenti postquam cum laude triumphum
 Egeris hunc vñctor, Dauni mittéris ad vrbes.

Marte

BAPTISTAE MANTVANI

Marte grani Italia cùm Gallum eieceris omni,
 Rex nomus accepto per te sua funera regno
 Immaturus adhuc, & adhuc florente iuuenta
 Cernet, & extincto regna insperata nepote
 Accipiet patruus, paucis post Carolus annis
 Extremum sine prole diem clausurus, in auram
 Effluit ignorans quem Gallica regna sequantur.
 Hastatas rerum ire vices Deus ordine miro
 Mandat, & ignotis homini regit omnia curis.
 Nos diuina lares sumus ad mandata ministri,
 Pone metum, nos te in casus comitabimur omnes.
 Accipe qua vincas dure infortunia vita
 Omnia. Iustitiam (nulla est in principe virtus
 Ut ilior) colito, atq; Dei neu desere cultum.
 Talia discessu reputans oracula somno
 Gaudet, & ô dixit non sint insomnia nobis
 Vana precor, diui indigetes, patrijs penates,
 Este mei memoris, durosq; auertite casus,
 Et capto diuinum operi implorate fauorem.
 Iamq; fatiscentes abigens aurora tenebras
 Maior erat, patres Venetos adit, atq; litato
 Manè sacro, accitos proceres de rebus agendis
 Consultit. Et quanquam Belgas cum rege fugatos
 Luce sequi, leuiumq; equitum praeuertere cursu
 Mens ferat, & genti supremam infligere cladem,
 Vota tamen sua, ne forsan temeraria quisquam
 Dixerit, arbitrio procerum frænata retraxit.
 Sic profugis concedit iter, sic Tunicarivisum

Nasica

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 129

Nasica seruanda oīm delenda Catoni
 Regna, nec in vulg as solum sententia discors
 Serpit, at in primos etiam, rerumq; potentes.
 Gallus abit, nea lenta fugam iumenta retardent,
 Neue Italæ sint preda, ne ant in fructa secantes.
 Unde vias omnes longe, vicinaq; rura
 Vexaueré diu nidore cadauera olenti,
 Et funebris odor, missumq; per aëra virus.
 Hic Persas iterum vicitos, Xerxemq; videmur
 Cernere in exiguæ pontum transmittere cymba.
 Sic fortuna prius Gallis prosperrima, tandem
 Addita precipiti sequitur formidine regem.
 Nec noctu nec luce quies, incommoda longæ
 Tanta via, iactura gravis fuit altera belli.
 Namq; vbi præ rapidis tetigerunt cursibus Astam
 Securis vbi iam poterant confistere rebus,
 Fessi, egræ, defecti omnes, exanguia membra
 Vix spirante anima, atq; genu titubante ferebant.
 Multi etiam fato exclusi, quos vulnera longa
 Incurata mora tristi infodere sepulcro.
 Multos longa fumes simul & labor improbus hauis
 Ad mortem, in tutos vbi peruenere penates
 Depositis animas subiò fatum abstulit armis.
 Castra mouent Itali, petiturq; Nouaria Belgis
 Fata, fidem mentita suis Insubribus. Alto
 Ductor equo nitidis graditur Gonzagius armis
 Agmen agens, cinctus procerum fulgente caterua.
 Et quanquam bello amissi precordia ledant

rr

Maſta

BAPTISTÆ MANTVANI

Mæsta viri, tamen egregiam fiduciam entem
Mulceret, & ad magnas corda aspirantia laudes.
Ipsum etiam sua damna iuuant, meminisse laborum
Pulchrum ac dulce, graues decora immortalia casus.
Missus ad Adriaci patres qui littora ponti
Antiqua ditione tenent, sublimia teœa
Nuntius ingreditur, totoq; astante senatu
Explicat ingentes animos & fortia facta
Magnanimi Ducis, & patrii simul aspera fata:
Lexitia mixtus surgit dolor, vtile damnum
Quo surgit commune bonum. Ducis inclita virtus
Et fortuna leuat curas, ac pectora mulcet.
Mox soboli decreta patris solatia functi
Publica dona, Ducem imperij maioribus auctum
Iam titulis uno ore omnes ad syderat tollunt.
Fama sagax qua facia hominum legit omnia visu
Sollicito, qua præcipitem temeraria lingua
Non cohicens implet vacuas rumoribus aures,
Nescit ferre moram, perniciibus euolat alis.
Permeat Asonias gentes, iam preterit altos
Apænini apices, Tyrrhena per oppida cursu
Prærapido ingrediens magna iam mena Roma
Cernit, & in Latum flectens Campana volatu
Præterit arua leui, & verso super aquora gressu,
Et speculans si qua inueniat regione fugatum
Littore Ferrantem patrio, & late omnia lustrat
Teœa Pitacusa, Prochitæq; examinat, agros
Inarimes oculis circumlegit, aquora tandem

Lata

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 130

Lita superuolitans Phrygij Ducis hospita quondam
Nauibus, aspexit iuuensem residere sub alta
Ille, venatu fessum, saltusq; per altos
Ire vagos comites, & retia tendere ceruis.
Nacta opportunum verbis tempusq; locumq;
Labitur in terras, Pontaniq; ora poëta
Accipiens, iuueni Parmensem ex ordine pugnam
Narrat, & adiecit, tibi tempora idonea regnis
Nosce reponendis. Verso modò syderacursu
Canit fauent, Fortuna iram mutata retraxit.
Nec dum finierat senior, cùm lata repente
Affitit effigies, & ameno fœmina vultu
Vite virens, cui coniunctus in pectore caudis
Cornua in exiantes humeros A. beloia frugum
Plena meant tortis duo flexibus hubera circum,
Nualemq; tenens sua dextra insignia clavum.
Stat iuuenis blandæ latatus imagine formæ,
Osq; habitumq; tuens fortunam agnoscit, & altos
Atollens animos, catuq; infractus acerbo
Diva potens rerum, si vera insignia portas,
Dic age, dic inquit, sur me & genus omne meorum
Histantis vexati odysseah Aragone missis
Hic olim Alphonsus populos sine rege repertos
Non secus ac sanctum decuit sua pignora patrem
Rexit, aucta turbata armis ut regna recepit,
Iustitiam, qua nil melius mortalibus unquam,
Adritæ sumnam vq; diem cultu extulit omni.
At genitor regum nulli pietate se undus

rr 2

DAM

Dum parat affectu sceptrum exercere paterno,
 Pellitur, & leuibus cedis regna omnia Gallis.
 Quo, praeor, has quo iure vices qua lege gubernas?
 Talia Ferrantes. Tum sic Rhannusfa diua.
 Vos mortale genus caelestia numina vestras
 Nitimini in leges vanis inflectere rugis.
 Veralatet caelo vobis incognita rerum
 Causa, catenatis series longissima fatis
 Regnorum & cunctorum operum dependet Olympe,
 Que quia dispenso caeli superumq[ue] ministra,
 Genibus ignaris vulgo temeraria dico.
 Iudicium hoc hominum, superis temeraria non sum.
 Et nihil arbitrio, licet in me compita clament
 Omnia, nil animi commotilibidine tento.
 At neq[ue] virtutem ut triuio garritis in omni,
 Odimus, ipsa mibi comes est, mortalibus ipsa
 Inuigilat studijs curas rectura labentes.
 Ast ego caelorum imperium & mandata facessò.
 Quæ dici minus aqua nefas, temeraria certe
 Non ego, sed vestra ora magis, que numina passim
 Cruda vocant, vobis cum non famuletur Olympus.
 Viuite mortales sine sollicitudine terra,
 Et fastu caeleste iugum quod ferre necesse est
 Deposito fert, & nostris affuescite habenis.
 Hec suprema hominum fors est parere Tonanti
 Ingenue, & nullas superis imponere leges.
 Hactenus hac, post hac que sint tua fata docebo.
 Aude animis, virtute opus hic, sume arma, relinque

Hos scopulos, in regna veni, contraria Gallis
 Numinatae revocant, & te tua regna reposcunt.
 Rex eris, & septrot tandem moriere recepto.
 Sic ait, & tenuescum fauna evasit in auras.
 Talibus exiuit iuuenis, regalia corda
 Excitat, atq[ue] dum comites de salibus actos
 Alloquitur, cassis componit, & arma Diana,
 Mars vocat, amissas post hac venabimur vrbes.
 Dum loqui uerèno portum subit acta secundo
 Paruarat, Regemq[ue] petens orator ab urbe
 Parabenope, cui scepta a manu de vimine palmae
 Regia adit iuuenem, populi patrumq[ue] salutem
 Suscipiat votisq[ue] ad sit communibus orat.
 Nec mora, compositis quotcunq[ue] habueré carinis
 Parthenopen adeunt, nobisq[ue] silentia nanti
 Opportuna, vocant leuitas quos laserat atrox
 Atq[ue] obscena Venus crudiq[ue] ferocia Belga.
 Coniurati adiunt omnes, subitoq[ue] tumultu
 Præsidij partim casis, partim arce fugatis
 Reddita Ferranti tandem sua regna vocato.
 Stabat in excelsis Capuanæ turribus arcis
 Fama notans operis finem, magnoq[ue] repente
 Agmine per ricos volat irrequieta, per vrbes,
 Per iuga, per campos, donec iam proxima Regem
 Gallorum alloquitur, Belga sub imagine verna.
 Te Deus Ausonia non vult confistere terra.
 Nam cum felici Zephyro tua vela ferebat,
 Nescisti fortuna vti, modò disce fugari.

BAPTISTAE MANTVANI

Ate Parthenope Gallos pertœa receſbit.
 Protinus audit ore regis præcordia feruo
 Conſternata, velut fruticantia prata ſerenas
 Cum ſubeunt anno iam in crudeſcente pruinas.
 Mox adit in cluſos vna in tra mœnia Celtas,
 Atq; Nouariacos ciues, rerumq; ſinistros
 Nunciat euentus, grandemq; iſtare ruinam
 Aduentante Italo, Venetiq; Inſubria regna
 Sfortiadumq; ſuas feruare volentibus vrbes.
 Captæ vrbi praefectus erat Lodus uetus in armis
 Maximus, antiquo rigum de ſanguine cretus
 Proxiſor ſceptro, multis cum millibus Aſta
 Venerat, & populis ſe dedentibus vrbeſ
 Ingrediens mature omnes munuerat arces.
 Ipſe ut erat vegeto ingenio, forti atq; parate
 In variis animo caſis, quos Martia longo
 Disciplina viro notos iam fecerat vſu,
 Falce inbet ſegetes, falce omnia gramina circum
 Rura mili, plauſtrisq; vehi ſtridentibus intra
 Mœnia, que in ferri nequeunt facit omnia flammis
 Conflagrare, ſonant totis incendia campis.
 Ipſe ſuas hoffi, ne ſint munimina cultor
 Demoliſtur obes, ipſi ſua pœdia ciues
 Di apidan, primiſ ſuis junt frugibus hostes.
 Sollit itis calcar timor eſt, & proxima bella
 Præcipitant operas, abeunt redeuntq; citatis
 Gressibus, & vario iudant ſub pondere totis
 Plauſtra vijs, iumenta, viri, pueri, nuruſi,

Ard

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 132

Ardua congeſtis ad propugnacula ſaxis,
 Arma parant Galli male defenſurare rebelles.
 Iam rada lata Padirapidumq; exercitus amnem
 Transferat, clauſis iam moſta Nouaria portis
 Audit equos, audit Tyrrhenoclaſſica cantu
 Promulgare omnes odium commune per oras.
 Cernit ab excelfiſ rutulantiaturribus arma,
 Scintillare vider plenis tentoria campis,
 Et vexilla Dacum fletti per inania vento.
 Stat trepidi deiecta animo, torpentia clauſit
 Corda gelu, tristiq; panor ſubit omnia vultu
 Limina, perjuadens leuiibus non fidere Gallis.
 Frigida anus, tardiq; ſenes, incommoda Martis,
 Additaq; ad ſenium longi infortunia bellii
 Noctu ac luce gemunt, pueri imbellesq; puella
 Stant ſimiles dammis, cum ſeintra retia clauſos
 Conplexere canum circumlatrante corona.
 Attoniti ciues orſa in felicia dannant,
 Et ſerò piget accepti intra mœnia Galli.
 Squallid ager, rura egressis deferta colonia
 Et vacui muti, lares infausta queruntur
 Tempora, diſfidens cadiit in mortalia corda
 Torpor, ut egrotis vſu euenit omnia quando
 Expertis fruſtra medicamina ſauior inflat
 Continuè membra expugnans vitalia languor.
 Ipſa auræ, cœli ipſi etiam ſpirare videntur
 Nescio quid graue, triste, atrox, dirum, atq; cruentum.
 Et velut agricola, teneris cum frugibus imbreſ

rr 4

Gran-

Grandinie horrifona calo indignantibus austris
 Impendere vident, trepidant, ita percita casu
 Urbs misero gemit, & fato afflictatur acerbo.
 Dux Venetum castris tutus in statione locatis
 Ipselarem decima figuris propellimina portæ.
 Mox adem vicinam urbi, vii. unq. sub urbe
 Defensum Gallorum armis expugnat, & hoste
 Profligato intrans munita loca milite & armis.
 Inde omnes metatur agros, pomeria circum
 Ambulat, & caute vicina suburbia lugrat.
 Et quod opportunos aditus videt hostibus, arces
 Aggeribus iacit immensis, urbisq. superbas
 Obiciens moles settis iter vndiq. foſſis
 Impedit, & multo ac forti loca milite complet,
 Rytica continuo pubes durata labore
 In magnos diuisa greges fulgentia rafra
 Elenat, & validis alte fodit arua lacertis.
 Exportant ali⁹ glebas, altoq. coronant
 Aggere pricipites fossas, & flumine inundant,
 Ligna secant ali⁹, durisq. securibus ista
 Cum ſonitu ſylva alta ruit, volvuntur in axes
 Robora, materia castris, operiq. locando
 Preſidio ſtant certæ acies, ne forſitan hostis
 Urbe ruens exturbet opus. Noua tella iuuentus
 Mirtia certatim ramis atq. arbore ſetta
 Conſtituit, viridi texens umbracula fronde
 Arma locat, figuruntur equis praesepia, circum
 Sedula plebs agitur rerum ſtudioſa ſuarum.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 133

Et duram eſtatem in campis atturus apricis
 Culmine fraxineo properat ſe abſcoandere miles.
 His Dicibus viſum clauſtris includere Gallos,
 Et longa delere fame, vitaq. fuorum
 Parcere, & bac geniem premere obſidione ſuperbam.
 Nam populo ingenti frugum iactura nouarum
 In paucos alimeta dies ſupereffe monebat,
 Adde quod & Gallis virtus in limine rerum
 Maxima, quo magis it minor, impatiensq. laborum
 Est longa lentanda mora, neu forſitan ullis
 Subgrediens annona vijs ſuccurreret hosti,
 Obſeffam aſiduis mandant equitatibus urbem
 Ultrari, nec nocte dari nec luce quietem
 Excubijs facieq. vices, & in omnia caſtra
 Ediſt, vt auxilio clauſus non videret hostis.
 Interea magnum ſpecula Lodouicus ab alta
 Italidum miratur opus, nihil vndiq. apertum
 Nil vacuum cuſtode videnſ, examinat artem:
 Aufoniam, curaſq. alto ſub peccore voluit.
 Diſimulanq. metum vultu, molimenta rideſt
 Tanta vafer, ſpemq. his verbiſ exaggeſat amplam.
 Ecce coaxantes cupiens audire lacunæ
 Dux Venetum ſtatuit patrijs habitacula ranis.
 Mentiſ inops putat his ſcrobiſ concludere Gallos,
 Queis maria & tanti nequeunt obſiſtere montes.
 Gallia tota breui magno cum turbine ab altis
 Descenſura iugis iſtos telluris aceruos
 Has horreſcit aquas? medios elapsa per hostes:

BAPTISTAE MANTVANI

Regia castra tenent Asta iam maria nostra.
 Nos istis inclusa locis qui stringere ferrum
 Ac certare valent hominum bis dena tenemus
 Millia, si ciues addas regemq; propinquum,
 Aequamus numero Ausonios, at robore longe
 Vincimus, experti toties cognoscitis hostem,
 Scitis, & aquorei meminerunt saxa Rapalli,
 Ut Lygures dudum populos & Aragonis arma
 Fuderimus pauci. Tum cum Fulgoria Pauli
 Faetio iam trepidae ceu grande incumberet urbi.
 Nostra tamen ne sit nobis incuria damno,
 Adiutura Italos, nox est vigilanda sub armis:
 Nampotius frans est quam vis metuenda, Latinis
 Arma dolii fraudem auertas, euertis & hostem.
 Sic ait, & scandens muros tormenta virosq;
 Rite locat, variatq; rices munimina portis.
 Adjiciens, traditq; nouis custodibus arces.
 Dum confecta malis vrbs inconsulta duobus
 Gallo intus, foris hoste dolet. Gonzagius heros
 Impatiens oci brevibus conuiua mensis,
 Luce breves somnos posse quam transfegerat, omne
 Tempus ad insidias, ad damna hostilia confert.
 It comes excubus, totam sub sydere noctem
 Transigit, & missis exploratoribus haurit
 Consilia, & curas hominum, tali omnibus arte
 Casibus occurrit dubijs, molimina frangit
 Gallica, & hostilem vigilans intercipit astum.
 Dum premit obfessos Dux insuperabilis hostes:

Rex

TROPHAEI GONZAGAE. LIB. II. 134

Rex Italos bello expertus Tarriq; tumultum
 Mente putans memor i, subitaq; pericula pugna,
 Horret, & edictis metuens configere castris
 Alioquitur proceres, ac talibus in boato orsis.
 Rebar ut audieram Gallos melioribus armis,
 Et sermone Italos solaq; ex edere lingua.
 Nunc aliter sentire datum, nec discere posse hac
 Italia mores, sed tradere possumus ipsi.
 Vidimus his oculis. Itali cum tempora poscent
 Bellagerunt, uno nunquam certamine vitti.
 Cauti etenim vires cohibent, ac robora seruant.
 Cum viciisse putas, tum primum exordia belli
 Suscipiunt, augmentis suas cum tempore vires.
 Principio lenti ac segnes, animantur agendo.
 Et velut impositum flammis incendia sensim
 Accipit as, ita paulatim corda ignea sunt
 Italidis, ipsi, cum nos frigescimus, ardentes:
 Tunc validi stunc deposita formidine certant
 Temporis auxilio freti durissima tempus
 Bella gerit, quod pace etiam terit omnia morfu.
 Tabifco: mora longa famem, mora longa labores
 Ingeminans frangit vires & corda fatigat.
 Deniq; ut expediam paucis, gens Martia Galli:
 Ast Itali Galli atq; Itali, non fortia solum
 Corpora & arma ferunt, sed corda sagacia, & artem
 Auctoritatem longosq; animos onus omne ferentes.
 Nec est illa quibus rerum ditione potita
 Exultit exultum caput usq; ad sydera Roma.

Sic

BATTISTAE MANTVANI

Sic Panos sic Hispanos, sic Gallica regna,
 Sic etiam Iese veteres domuere Latini,
 Sic Venetimare sicut terras, fert Gallica nobis
 Corda ligur similiis, si se cobiberet & arma
 Indiuija screns mature in bella veniret,
 Fortior est Veneto, maior aq[ue] regna teneret.
 Hec seu sunt opus astrorum, seu munera diuum,
 Arbitrio pendent alieno, humanaq[ue] non sunt.
 Cedendum est, patrios melius seruare penates,
 Et trahere innocuum tranquilla per ocia tempus.
 Gloria magna satis, et magna potentia Gallis,
 Vidimus Italiam, Calabros possedimus, vltro
 Iam nobis, ne vi electi videamur, cundum est.
 Talia rex procerum, quamvis regalia longe
 Dicta probent, animis tamen it sublimius, audent
 Decertare iterum, & clavis succurrere Gallis,
 Ac tentare vias omnes, data cura Triuulti
 Suppetias nouaq[ue] obsecris alimenta ferendi.
 Ipse animis, ipse arte potens, ex milite lecto
 Agmina componit duo magna ac fortia, noctu
 In tenebris, uno annona atq[ue] armenta rebuntur
 Bucera postico tacite immittenda, tumultum
 Dum mouet atq[ue] hosti cursu ingruit ipse citato,
 Dumq[ue] improuis turbat congreſibus hostem.
 Ipse aliud ducens dubia sub lumine luna
 Frigida dum mediam torquerent sydera noctem.
 It penetrans omnes oculis atq[ue] auribus agros.
 Cognita res vrbi, missaq[ue] satellite ciues

Ac

TROPHAEI GONZAGAE. LIB. II. 135
 Ac Galli admoniti pulsa per inane sagitta
 Adiunctas portante notas, vigilatur in armis,
 Et taciti signum expectant, quod tota iuuentus
 Egressura, hostem subitis semel opprimat armis.
 At neq[ue] Franciscum potuit fraus ista latere.
 Namq[ue] vigil noctis per summa silentia visus
 Est audire pedum strepitus, in humumq[ue] volutus
 Aure solo admota sentit venientia longe
 Agmina, quadrupedumq[ue] sonum, vestigia torqueat
 Concitus, & tacite armari iubet omnia castra.
 Mox quid murmur erat, multa inter millia primus
 Ingreditur resonante tuba, nocturna per arua
 Fulminat horrisonus clangor, perterritus hostis
 Dum properat dare terga fuga, deserta repente
 In medijs armenta agris prædanda reliquit.
 Prima dies valuis iam celo albebat apertis,
 Cum Mantoa cohors bobus ditata redibat
 Vociferans, Turcumq[ue] sonans clamore per umbras,
 Grex impenitus opem Gallis latus, & alta
 Plausta onerans congesta, Ceres, gaudente tumultu,
 Dicitur, & mixtis hominumq[ue] boumq[ue] remugit
 Vocibus omnis ager, fraudata Nouaria tantus
 Auxilij mæret, suaq[ue] infortunia plorat.
 Cuperat abjunto Gallos extrinſeca viſtu
 Angustare famas, nec spes erat illa salutis.
 Interea primis procerum summatis ipsi
 Ductori ante alios obſi, si in manib[us] hostis
 Dux Venetum (tanta est genero, in peccore virtus.)

Aſidua

BAPTISTAE MANTVANI

Affidua bia luce dapes mittebat in urbem.
 Vtq. inops post dura obiens ieiunia paßim .
 Fener ibus crebris exportabatur in horas
 Amplius, effosib; nec iam delubra cauantur
 Plena sepi crorum tumulis, epulanda volucrum
 Atq; canum gregibus sacratissime honore feruntur
 Corpora ad extremos urbis loca olentia fines.
 Turba famescutum, viju miserabile, ab alto
 Ore cibum exangui mendicatura subibat
 In summos murorum apices, & culmine ab alto
 Clamabat moriturna dapes pleriq; feruntur
 Dux clamant spirasse animam, summiq; ruisse
 Maenibus, & duplice quasi morte, in frusta cadendo
 Discerptos fudisse vetero iactestina soluto.
 Pallida vix haerens genibus, languentia dicens
 Exili vix verba sono vix fauicibus hiscens
 Dira lues urbem miseram premit, omnia languors,
 Omnia luctus habet, tenet omnia mortis imago.
 Iam sua delusi ciues consulta fatentur
 Vana palam, tota in Cacios à plebe refertur
 Omne scelus, tota urbs Cacios: austatur acerbis
 Irritata odys. Cacijs authoribus urbem
 Omnigenis pollentem opibus tot tristia passam
 Fata ferunt, atq; astra sibi contraria damnant.
 Heu miseros hominum casus, heu sydera genti
 Laua nimis, cum frre iugum vel obire necesse est.
 Dux V. netum turbam insoniem miseratus in alta
 Mænia iactari ad miseros alimenta iubebat.

Afidue

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. II. 136

Afidue proiecta manu post pubula miles
 Talia vociferans dictis vrgebat amaris:
 Que vos, insani, que vos dementia, ciues,
 Impulit à veteri patrum discedere ritu?
 Sforzi adisq; leues Ducibus præponere Gallos?
 Nulla iugi grauitas Itali tam seuva videri
 Debuit, ut genus hoc hominum tam mobile & exlex
 Praesiceret vobis. Ite, & iam fidite Gallo.
 Carolus ingrediens Italos miracula secum
 Pexit, & ambrosia succos ducebat Olympo.
 Nunc opus est, nunc prodigijs cœlestibus vti
 Tempus, ad obsecros veniens alimenta ministret.
 Per diuina opera experti, vos libera tandem
 Colla iugo subduxistis, iam viuente lati,
 Securiq; famis duros contemnite census
 Principis Insubrum, atq; Italos dannate tyrannos.
 Iam ditati omnes, iam libertate potiti,
 Talia cum lacrymis ciues audire coactos
 Tadet, & affectum veritus pudor obiurgantium
 Yultuerumno so axillas premit, ac leuat armos.
 Maximus Insubrum dux Lodouicus, ut omnes
 Compositi populos, & regna Ligustica, tandem
 Letior à grauibus curis ut ab aquore quondam
 Impacato, animum reuocans, se in castra recepit
 Cum con sorte thori, se seq; immiscuit armis.
 Nec minus aduentu Ducus est gauisa iuuentus
 Martia quam tellus, cum iam Venus aurea tauri
 Cornua vere subit, cum culta virentia surgunt

In

BAPTISTÆ MANTVANI

In segetes, campi in flores & pascua, sylue
In frondes, in carmen aues, studiumq[ue] futura
Prolis, in ardorem Veneris genus omne animantum.
Cum Duce Mantoo gradiens examinat urbem,
Munitos mira arte locos, mira arte viarum
Arcibus impositis aditus & milite clausos
Admirans opus omne probat, sed castra suorum
Cogit, & ex castris fieri iubet r[ati]o duobus.
Sic monuit Bellona ducem, qua praeſidet armis,
Qua pacem bellum pregit, ne Gallicus hostis
Audeat in totum, quod tempore forsitan r[ati]o
In partes ausurus erat. Prudentia rebus
Excubat in dubijs, & qua impendere periculum
Suspicio, loca dispositis custodibus armat.

BAPTISTÆ MAN- TVANI CARMELITÆ THEOLOGI:

ALPHONSVS LIB. III.



AM gravis autumno fugiens con-
cesserat asias,
Et libra iuga summa tenens auratus
Apollo
Fecerat aquales tenebrarum & lu-

Cum

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 137

Cum Deus equanimi moderans regna omnia cura
Marcum ad se Ambrosiumq[ue] vocat, duo magna senatus
Lumina cœlestis, genua inclinata caputq[ue]
Submisere ambo ante Dei sublime Tribunal,
Attentisq[ue] silent animis, atq[ue] ore supino
Imperium patris expectant. Tunc talia fatus:
Ite citi. Effigie descendite ad Herculis alta
Mænia, qua trifida circum Pænas ambulat vnda.
Atq[ue] meo mandata Duci mea nomine ferte.
Pax mihi cure, odio rixas & tristia semper
Bella habui. Quid enim bellum nisi missa per orbem
Publica tempeſtas, duraq[ue] licentia mortis?
Ergo eat, & generos regi. Gallosq[ue] Latinis
Conciliet, miseraq[ue] onus hoc depellat ab urbe.
Sic autem, & leto nimbos ac nubila vultu
Discutiens mærentem oculis hilarauit Olympum.
Inſu capessentes diuī penetralia tecta
Principis inuadunt ineunte silentia somno.
Ipſe in ſomniis adhuc cano venerabilis aeo
Regales animo curas & mænia magno
Extendenda ſinu ſecum voluebat in umbram
Noctis, & ingenio metans opus omne iacebat.
Hoc animaduerſo diuī refugia torquent,
Et ſomni petiſere domos. In vallibus altis
Tecta umbroſa cauo ſub monte humenita tristi
Aere caligant, tacitaq[ue] abſcondita nocte.
Lethais egressus aquis a limine riuis
Labitur & tenui crepitans ſonat vnda ſufurro.

ff Totus

BAPTISTÆ MANTVANI

Totus hyosciamo campus viret, omne cicutam
 Sponte solum pariens sub olenti absconditur umbra.
 Tota papaveribus fruticans humus, vndeque gramen
 Ignea purpureo quod vestit grana cucullo.
 Antra interna dapum fumos halantia pingues
 Na, ibus applaudunt, nidor spumantis Iacchi
 Quo solet october, cum multa recentia magnos
 Vndeque lacus, cellas implere falernas,
 Spirat odora ferens venientium rubila ad ora.
 Ipse oculus captus Jurdagi insensilis aure
 Obscurumq; caput nigro vittatus amictu
 Molle super stratum sedet, & vix languida somnus
 Oraregiti, vibratq; alterno tempora nutu.
 Stant circum formata modis insomnia miris
 Mobilibus formis veros imitantia casus,
 Et variis rerum euentus, vocemque sonumq;
 Tingere docta, nihil terris Ereboye sub alto,
 Nil pelago, nil calo ipso, quod fingere noctu
 Non valeant, miscent veris mendacia, velant
 In holucris, rbi desudet Canaanus Ioseph.
 Huc igitur diui ingressi sparsere per antrum
 Lumen, & Ambrosius tali ore silentia rupit:
 Somne, quies hominum blandissima, somne, animant
 Instaurare potens animos & languida membra
 Huc ades, & tecum duc Morpheus formipotentem
 Qui simulare Deum sciat, Estigenamq; docere
 Paucum Duxem. Petat Insubres, regemq; Latinis
 Conciliat. Tu personas doctissime Morpheu

Nau

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 135
 Naua opus hoc, totamq; adhibe (Deus imperat) artem,
 Sic pater. At illi, sumptis pernicibus alis,
 Se in suauit thalamis, sparguntq; cubilia succo
 Tota soporifero, mox missa ad tempora virga
 Fert simulacra sopor, curis agitat adiurnis.
 Atque animum blandè expulsum de sensibus, intrâ
 Corda abigit palpans oculos, & peccora mulcens.
 Nec morsa, subgreditur, mentisq; per atria Morpheus
 Scanam aperit, monstratq; Deum mandata ferentem.
 Et iam signa nouus faciens ad prima sonabat
 Sacra dies. Dux enigilans procumbit ad aram
 Supplicibus diuos venerans & numina verbis.
 Mox iter aggrediens, Insubria regna subintrat,
 Et tandem à generis solenni in castra receptus
 Letitia curas aperit, pacemq; secundat
 Dolibus alloquij, ac maiestate paterna,
 Sic referens: Si quando armis venit vesus oportet
 Esse breuem. Quia religio non regnat in armis,
 Non pietas, non iustitia reverentia, non lex.
 Tempa silent, agri arescant, foræ mercibus orba,
 Cuncta tenet mors atque famæ. Et Erinnyes orbent
 Depopulat & implent animis pereuntibus orcum.
 Ade quod insontes primi rapiuntur, & omnes
 Innocuos metit iste furor, finite ire nefandam
 Hanc rabiem Styge progenitam Plutonis alumnam.
 Talibus ad pacem senior præcordia flettit,
 Atque Deo ducente animos & corda regente,
 Gallum adiens eadem memorat, pietate senectam

ff 2

Suffi-

BAPTISTAE MANTVANI

Sustinet, ire vias iterumque iterumque redire
 Non grane, sic tandem immanes compescuit iras,
 Regnaque sublato fecit concordia bello.
 Conueniunt igitur Galli cum ciuibus illinc,
 At sacer & generi Venetis cum patribus istinc.
 Sanctaque legitimo veniunt in foedera ritu.
 Vrbs obessa Duci Venetum, quia fidere soli
 Posse putat, se se rebus vitaque salutem
 Patta dedit. Capta Gallus discedit ab arce.
 Arx Genua immensum latè qua prospicit echor
 Colle sedens, Gallis, fuerint si forte reuersi
 Ante annos in bello duos, tradenda sequestro
 Linquitur Esonis, genero mox tempore lapsa
 Sfortia de reddenda, sacris solennibus ita
 Foedera, & Insubres ita pax vulgata per oras.
 Dum circum ardentes aras pleno ore sacerdos
 Intonat, & pacem celebrat clamoribus altis,
 Dulce erat Esonijs, Gallo illabile & atrum
 Cernere quad nostri missa ornamenta ferebant
 Omnia Gallorum exuvias prædamque fuisse
 Hostilem, & spolia ex campis Tarrensisbus acta.
 Iam Gallas impunc Itali, Gallique Latinis
 Mixti, alares sermonem ineunt, commercia tractant,
 Longaque perpesti recitant incommoda Martis.
 Ipsa tamen tacito crimen confessa rubore
 Accipit insubres, aperitque Nouaria portas
 Flebilis absumpsis opibus, maiore suorum
 Vi famis & ferro, missa iam parte sub orcum.

Vrbs

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 139

Vrbs antiqua sedet medijs vberrima campus:
 Qua rebit à gelidis montanum vallibus amnem
 Setia Vercellæ Eusebij sacro inclita busto.
 Huc sua Gallorum princeps contraxerat arma
 Obsesse latus opem nisi fatigassent.
 Ast rbi vsum aliter superis, reuerenter Olympo
 Cedit, & in patriam Italia parat ire relitta.
 Sed tamen ante Ducem Venetum, quia fortia facia
 Viderat, & iuuenio bello insuperabile peclua:
 Cernere & affari coram cupid, omnia virtus
 Vincit, in ipso etiam grata est & amabilis hoste.
 Nec minus Ausoni tanta ditione superbum
 Regem omnes vidisse optant, quem vincere quondam
 Spes vel nulla fuit, vel certè infirma Latinis:
 Iam victis bello Calabris, & Aragone pulso
 Ad Siculas procul vsque doros Gonzagius ergo
 Cum Venetis ductor patribus cum milite multo
 Regem adit, & magno jubeunt in mœnia luxu.
 Audito Ducus aduentu studiosa videndi
 Confluit vrbis, velut antiqua ad spectacula Roma
 Cum seu Circenses curua gladiator arena
 Ludere, Oedipoden ageret seu Roscius alto
 Ore sonans, humiliare procacem Thaida socco.
 Perquirunt heroa oculis, stant omnia in unum
 Lumina fixa Ducem Venetum, mirantur & ora
 Martia, & arma viri late rutilantia, & altum
 Quadrupedem spirantemiras, & bella minantem
 Auribus arrectis, & anhelis naribus haustum

ff 3

Aera

BAPTISTAE MANTVANI

Aëra spargentem, actanto seffore superbum.
 Ipse quoque ingenti veniens Rex agmine contra
 Affaturla to ore omnes, sed totus ab uno
 Pendet, & vnius mouet altam gloria mentem
 Prinipis antiqua Mantus, iuuenemq; tuetur
 Altius, admirans pectus fortis lacertos.
 Horrescit & videns, nec adhuc mente excidit alta
 Bellum atrocum, nec adhuc penitus formidine liber
 Vix audet conferre gradum similisq; volucris
 Quæ comprensa semel curuos si euascerit vngues
 Vulturis, refigiem quoties prædonis & ora
 Viderit, antiqua reddit in vestigia cure.
 Attamen alloquitur, prensumq; in regia tetta
 Dicit, & hic vultu iuuenem compellat amico:
 Dic age, dic Itala princeps fortissime gentis,
 Quis mihi si in bello atrocium forte fuisset
 Agnitus ad Terrum, quis erat, neq; vera fateri
 Tædeat, euentus? quæ fors? Rex maxime Gallum,
 Duxior ait, non me inpietas hac misit in arma,
 Non aurum, non cædis amor, sed gloria rerum
 Maxima, & Italidum vita decus anteferendum:
 Et vi, ifse satis, nec te fors illa manebat
 A prior, quam victum esse, & certamine captum.
 Sic iuuenis. Tum Rex, Quid me iuuat esse potimum
 Italia sine te, Dux inuictissime, solus
 Tu expugnaris eras nobis, sic omnia tecum
 Expugnata forent, magnas penetrauimus urbes,
 Vicimus aereas arces, subiecimus altae

Parthe-

TROPHÆI GONZAGÆ LIB. III. 14^e
 Parthenopes regnum, vittoria signa per omnem
 Misimus Italiam, donec tua maxima virtus
 Fulta Deo, freta ingenij & grandibus ausis,
 Nescio quæ nostris venit contraria rebus.
 Vnde igitur, Gallosg; tuae primordia firmæ
 Inclita ne tantis post hac preme cladibus oro.
 Nescio quæ mentem mihi vis mouet, atq; futuri
 Praesia corda facit, cogor tibi pandere fata
 Importuna, feret labem tua gloria falsam.
 Liuor enim, postquam Venetos absoluere omni
 Marte, grauitate dente premet, vulnusq; sub altum
 Pectus agens casute sollicitabit amaro.
 Sed tua sancta fides nunquam vitianda locabit
 Te in solidi, tua te melius fortuna repente
 Transferet, & magnis animis fata aspera vincens
 Rursus ubi Gallis Venetos regnator Olympi
 Iunxerit, & subito mora atq; cydonia mala
 Deciderint lapsu, tua regna labantia Galli
 Quos modò persequeris, de tempestate reducent
 Importum, & magno eructum mærore fouebunt.
 Quime cumq; ferent, qui sic mortalia casus
 Omnia subvertunt, quæ me loca cumq; tenebunt
 Dum dabit his auris vesci Deus, omnia tecum,
 O decus Italiae, communia semper habebo,
 Regna etiam, rcbusq; tuo nutu vtere nostris.
 Taliæ commemorans missis ad colla lacertis
 Oscula dat, fletuq; ducem dimittit oborto.
 Reget triumphato Franciscus & vrbe recepta

ff - 4

Latiōr

BAPTISTÆ MANTVANI

Letior in patriam vittoria signa ferebat
Per Laudense solum per diuitis arua Cremonæ:
Cum nouus inuasit mentem labor, ocia virtus
Odit, & ambit opus, viresq; arquirit agendo.
O mihi, si regno Gallos arcere sicano
Secum ait, atq; nouum parte decus addere laudi
Huc quoq; contingat, tuaq; Augustissime regum
Ferrantes granibus regna exonerare Tyrannis.
Talia Aragonio iuueni deuinctus amore
It meditans, toto Calabrum iam pectore Martem
Concipit, atq; optans iterum sudare sub armis:
Atq; tubas audiens iterum, concurrere rursum
Subclypeo, rursum hostiles ascendere muros:
Grandibus ardescit curis generosa iuuentus.
Nondum facta quies, & iam pudet esse quietum.
Delectat vestiri armis, ferrugine tingi,
Ferre hostile manu, paciq; assuescere nescit.
Ignauos pudet ire dies, & inertia noctis
Tempora pertesus vigilat, fortessq; recenser
Ore viros, memorat pugnas atq; inclita facta.
Quod somno indulget bellum est, videt ire cohortes,
Curat equos, tormenta locat, ruit oppida, & arces
Fulminat, & sensu bellistudioja sepulto
In belli mens vota redit, curasq; diurnas
Excitat, & studio lucis sata somnia surgunt.
Iam loca sortitus diuersa per oppida miles
Iuerat, ipse suam victor descendit in urbem.
Nec mora ciuiles coniunx Isabella cateruas,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 141

Leta viri aduentu, longis equitatibus ante
Ireiubet, nitidis in vestibus, ipsa superbo
Inuehitur curru, niueisq; iugalibus acta
Inter mille nurus gaudet, similisq; Diana
Cum noua stellanti micat inter sydera nocte
Dulcia regali scintillat gaudia vultu.
serica ab intexto gratum decus accipit auro
Infusa. Colletois crines hiacynthia nodat
Tenia, & electro similis subit aurea vertex
Retia, gemmarum rutilant à fronte corymbi,
A jugulo ex humeris totusq; in pectore Ganges
Ardet. Erythrai splendor Cythereius orbes.
Colligant, sinus Assyrios exhalat odores.
Virgo opibus tantis & tali splendida luxu
Vicit opes oculis, cultusq; absconditur ore.
Iusta Dionaea granitas, Iunonia forme
Tentatura Iouem, molli per laetitia membra
Muflate fluens occultum inseminat ignem.
Palladiusq; pudor sancti custodia fraudem
Non passur a thori, circum praecordia semper
Vixit, & obscenis facit inuia pectora curis.
Circumstant estrati equites, atq; agmine magno
Indiq; cincta viro venit exhibitura triumphum.
Mutua congressu primo dant oscula, & agmen
Alterno clangore tubis praeuntibus altos
Subgreditur pontes, audit lacus aquore lato
Indiq; plaudentes populos, alteq; sonantem
Letitiam, sic victor init sua mænia princeps.

Leta

ff 5

Impe-

BAPTISTÆ MANTVANI

Impetus Insubres postquam Mauortius agros
Desluit, Gallos qui regna oppresa tenebant
Rex nouus ut longe patrijs arceret ab oris
Ad Venetum confugit opem, vis iusta saluti
Sola via est, etenim toto munimina regno
Fortia Campanis Rex cum decebat ab oris
Constituens, aditus hosti præcluserat omnes.
Nec nisi conductio Venetum molimine & armis
Vis soluenda fuit, prima iusta potentia rebus
Præsidet Ausonijs, ipsi moderaminabelli,
Ipsi pacis habent soli telluris, & vnde
Lora regunt, inuita etiam fortuna senatus
Ad Veneti consulta venit, ciliumq; reveretur
Censuramq; senum, pudet attentare sub ora
Sancta patrum quicquam leue, sed matura secundat
Consilia, à nutu Venerum victoria pendet.
Hoc animaduerso, iuueni cum mœnia primum
In sua peruenit, sancti implorare senatus
Exemplò visum auxilium, pactusq; daturum
Se satis impensa armorum bellii gerendi
Quatuor aquoreas Veneti oppignorat urbēs.
Cauci ergo iuuenem castris opibusq; iuuandum
Suscipiunt, rursum assumptis exercitus armis
Cogitur are dito, rursum Gonzagius heros
Suscitat ingentes animos, & Martia rursum
Instrumenta parat, bellatorumq; recenset
Omne genus, litui redeunt, & classica cantu
Belligerò renocant pugnas, & bella resurgunt.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 142

Ecce iterum Bellona tremens granat ægide pectus
Loricata ferox, & acuta rejunitur hasta,
Ac resides negat èsse viros, in idonea laudi
Tempora restitui gandet Gonzagia proles,
Ante tamen quād tendat iter, peregrinaq; longè
Arus petat, Venetos ardens inuise patres
Cogit amor, totuq; fides immersa medullis.
Ergo adiens magnam paucis comitantibus urbem
Improuisus adest fama q; citior omni.
Ac sua tecla petit per opaca silentia nigrae
Noctis, ut ante diem properans ad principis alta
Atria, si qua ferant patres mandata, capessat,
Secretoq; abeat, sed mox vulgata per omnes
Perna locos, ardent ciues Duci ora tueri,
Vittoremq; videre virum, quem gloria vicio
Briam magna facit notum vsq; ad sydera Gallo,
Gallo, inquam: qui invictus erat, qui vicerat omneus
Ausonijs, qui Trinacria iam regnatenebat.
Ergo omnes paribus, velut ad miracula quedam
Maxima, concurrunt studijs, iuueniesq; senesq;
Femina, virq; simul, vix prima aurora rubentes
Protulerat vultus, cum iam plena atria patrum
Munē salutantum, vulgiq; ad limina murmur
Prima sonans, tandem Dux expectatus ab omni
Pleno venit, patrumq; graui comitante ceterua
Et populo se se circum glomerante per urbem
Incedens diu ingreditur templa ardua Marti.
Continuò princeps ut res innotuit, altis

Ec

Deflit

BAPTISTAE MANTVANI

Defilit è teclis properans, & ad ima repertum
 Limina protensis lachrymans complectitur vlnis.
 Festa vrbi fuit illa dies, spectacula duclor
 Ipse fuit populi, patrumq; in corda receptus
 Intima, perpetui cui decernantur honores
 Dignum omnes, nec se meritis satis esse fatentur.
 Nec mora, de rebus longo sermone gerendis
 Ante habitu dape mox sumpta cum nocte cubandū es,
 Ipse super fluctus abiens volat aequoris altos,
 Atq; fedelicis in pupilli regit, tellure potitus
 Scandit equos, volucris petit sua mænia gressu
 In somnis, Lacedæmonio durata iuuentus
 More, potest omne pati, vita aspera vircs
 Disciplina facit validas, & ad omne laborum
 Membra genus solidans iuuenes accommodat armis.
 Vi rediit, geminos vocat in conclavia fratres
 Sismundum Iannumq; pares ut origine & alto
 Sanguine sic magnis animis & amore perenni,
 Confortemq; thori, demum sic ore loquitus:
 Arma viros, vi pensa Nurus) & fortia semper
 Facta decent, sed tum tamen amplius ignea quando
 Vis mouet ardenter crescentia corda iuuenta,
 Tum moliri opus est, quæ collabentibus olim
 Viribus effet, & sint commemoranda senecte.
 Illa recentis vita pars ultima transit,
 Mitius exacti quoties reminiscitur aut
 Eximiam laudem, & viridis decora ampla iuventa.
 Hec me causa adigit tot adire pericula Martis,

Ducere

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 143

Ducere tot sub soledies, sub sydere noctes.
 Nos fortuna quibus dispar, sed gloria forsan
 Non dispar, nec enim egregijs sine laudibus vñquam
 Publica res bene recta domi, communia regna
 Communem seruare domum, tria pectora in vnum
 Conspirate bonum, vobis mea debita, nobis
 Vatra fides, si me reducem post bella reuerti
 Fata ferent, reliquos sine Marte quietior annos
 Vita dabit, quando Gallis iam parta fugatis
 Pax erit Italia, tunc vna & viuere longos
 Ergaudere dies fas, & canescere in vnam,
 Ac simul in nostris finire penatibus euum.
 Sic ait, & lachrymans sacra ad solennia tendit.
 Et longum ante aras genua inclinatus adorat.
 Castrorum pars prima vias inuadere longis
 Ceperat ordinibus, veniens cum nuncius urbem
 A Ferrante subit, magno qui regia portat
 Dona Duci, binos equites, quibus ardua ceruix,
 Frons albisstellata notis, iuba candida in armos
 Vsq; fluens: & corda toris animosa superbis.
 Thracem ensem, Thraices arcus, Thracemq; pharetrā
 Cum iaculis, Galeam nitido lauore micantem,
 Cristatam, qualem pro libertate solebat
 Ferre Quirinalis Romana in prælia consul.
 Et Thoraca grauem squammis fulgentibus aureis
 Marginibus, quam Bilbilico faber imbuit amne
 Celiber, infundens operi impenetrabile robur,
 Adiunxitq; decus varium, signata figuris

Pectora,

Pectora, ut Alfonsus soluens ab Aragone cloſſem
Nauigat ad Calabros, ut Iapygus arua ſubintrat.
Ut poritur ſceptris, ut capta praefidet vrbi.
Addidit & fati ſignum, cum ſtella comanti
Sydere longano prædixit funera Regi.
Ferrantes in bella venit poft fata parentis.
Stant acies, ſtar conferta ſub caſſide miles
Pugnatnarus, eunt pedites ad tympana duci.
Vendicat imperium, & ſolio ſublimis ab alto
Iura dat, & longa populos in pace gubernat.
Romani Rex antè patriis reſtigia ſeſe
Curhat, & innectit ſummus diadema ſacerdos.
Alter ut Alfonlus nato noua regna relinquat
Exul, ut in Siculu incurrit fata latebris.
Ut mare Ferrantes iuuenis legit, utque ſilenti
Nocte premens Gallos eft in ſua regna reverſus.
A tergo ſtat tincta lacu pulcherrima Manto,
Cæruleusq; amnis crebro vada vortice torquet.
Accipit exultans heros regalia dona,
Et picto in thorace ſinum ſine imagine cernens
Dic, ait, o prætans qui regia dona tulisti,
Nuncie dic, niſi res incognita, defuit arti
Copia? an hoc potius fortaffe induſtria fecit?
Eſſet ut id ſpacii ſignis & imagine nudum?
Ille ut rem prædictus erat, cupidusq; rogari,
Id vacuum non caſus ait, nec inopia inertis
Artificis, ſed Ferrantis ſolertia fecit.
Hic tuus, o princeps, locus, hic tuus, hic tu poft quam

Egeris

Egeris ē regno Gallos, rictoria ſedem
Ponet, & ipſe inter reges ſignabere noſtros.
Sic ait, & membratim educit catēra capsis
Tegmina picturæ varijs insignia formis.
Brachia Thebani pingui labor Herculis Hydra
Atque Molochæus dextrum leo, dura ſinistrum
Inclabous, tracitusq; Erebo canis ore triftaui.
At femore in dextro Lapythe, & Centaurica pella.
In lauo Meleager a prum tranſuerberat hafra.
Crura tenent Satyri, Venus hinc cubat, inde Cupido
Sopita ceruice premens arcum atq; pharetram:
Imq; iter ingressus ſoceri Duciſ arua tenebat
Intra Pado, ſubit boſpitio ſuceptus in amplis
Porticibus, magnoq; ineunt conuiuia luxu.
Aſt vrbi liberius mensis fandi hora remotis
Opater, unde, inquit, Siculi discordia regni
Hectam dira venit? quid tantæ incendia belli
Sufcit? ut Galli Hispanis, Hispania Gallis
Antiquis inter ſe odiis certamina verſent?
Tum senior, Pars Italiaꝝ que vapulat vndis
Ausonijs infra, Veneti maris a quore ſuprad
Quod non paſſiugum? Nulla eſt qua pluribus vñquam
Seruierit dominis, ſeu barbara regna tueri
Seu Romana velia regio, tam mobile nusquam
Cernere erit, quam magna patet terra vndiq; regnum.
Gracia, ſiqua fides priſcis annibis, arua
Illa habuit primum, moresq; & mœnia fecit.
Inflantur Diomedis aues, quoꝝ vidimus ipſi,

Hoſt

BAPTISTAE MANTVANI

Hospitibus solita Grajjs applaudere tantum.
 Insuper Ausonijs veteres a pignore Olyssis
 Ausone quem profugo peperit famosa Calipso,
 Dicti olim, sors hac tongos immota per annos
 Vix illis fixiss locis vestigia, verèm
 Omnia destruunt labentia tempora, rursum
 Omnia restituunt, variatq; alterna vicissim
 Cuncta negans hominum rebus fortuna quietem.
 Romulide Graios hinc exegre, Latinos
 Pœnus ab antiqua veniens Carthagine quondam.
 Pœnum Italus rursum post plurima fæcula ab arcto
 Immanes venere Gothi, gentemq; Latinam
 Euertere, Gothos Graij certamine longo.
 Rebus inhumanis tanta inconstancia, rursum
 Passa diu tellus Arabes, plebemq; Libyssam
 Præda fuit Saracenorum, Numidum, & Nasamonum
 Gense a cruda trahens sine lege & numine vitam
 Sacrilegam, temerè Ausonijs se infuderat aruis
 Vnde, tum nullus templi honor, impia vulgi
 Barbarici improbitas, diuis illudere passim
 Cœperat, & delubra riuinceare profano.
 Id prohibens illa qui tempestate tenbat
 Regna sacerdotum, genus id molimine magno
 Expuit, & posthac illos inuadere campos
 Non est ausus Arabs, sed nec tamen illa quiérunt
 Regna, subintrarunt Galli, venere Lemanni,
 Pannonij, Hispani, nunc hos, nunc pertulit illos
 Fortuna inconflans, longum est certamina, longum

Enar.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 149

Enarrare vices. Tandem regina diebus
 Ianuæ meis sine prole, opibus, belloq; potentem
 Arrogat Ap̄bonsum, iuuenemq; in regna receptat.
 Ipse quoq; induxit summus dat, a regna sacerdos
 Burgos, exclusis Gallis, & pendere censum
 Imp. n. ista autem grauiter Galli acta ferentes
 Ante Pium Aeneam ingentes mouere querelas.
 Vibetua quondam, memini, Pius ore diserto
 Rappulit instantes Gallos, ac cedere iusit.
 Illi indignantes in idonea tempora seruant
 Hanc tandem molem irarum, quam Carolus ista
 Tempestate videns ortum inter Sfortiadrum
 Regna, & Aragonios bellum, est effundere adortus.
 Hunc ignem exagitans Italas erupit in oras
 Impetu cum tanto, mox itaq; a sedibus imis
 Regnum, vrbes, populos, Pisas absoluat Hetrusco
 Imperio, noua subuersis Florentia rebus
 Consilia inuadens, Medicum genus egit ab vrbe.
 Tum forte extincti Ducis est translata potestas
 Sfortiada in patruum generum mili. Trifitis Arago
 Tam miro versata modo mirabitur olim
 Ista volubilibus tot rerum euentibus acta
 Posteritas, nostri casus cum perleget cui
 Tam varios, tam precipites. Tu cætera ductor
 Quæ pepereretibi summum decus, omnia noſti.
 Sic ficer. Et fandi finem nox humida fecit.
 Vix nocturna dies oriens absconderat astra
 Cum Thactontæ propter rada longa Padusa

tt

Castræ

BAPTISTÆ MANTVANI

Castramouens ductor celeri petit equora gressus.
 Iamqe paludosæ superans pineta Rauenna.
 Venerat Alpini paruum Rubiconis ad amnem,
 Cum subit mentem Caesar, reminiscitur ausus
 Tam fortunatos, tantius exordia belli
 Accusanda, nisi forsan Deus illius author.
 Aut boremq Deum facti concludit, & alto
 Corde putans, diu nū occultos intelligit orsus.
 Namqe volens dare venturis primordia saeculū
 Caesaris ambiguam mentem Deus omne certo
 Firmavit, iubitqe amnis confinia rumpi,
 Quando vir ignotus correpta classica concha
 Edidit, atqe tubas inflans vestigia in vndam
 Misit, & ingenti perterrituit equora bombo.
 Hec meditans carpebat iter, iamqe ardua montis
 Culmina, & Vrbini aëriam scandebat in arcem,
 Cum soror occurrens cliuoq sororius alto
 Desiliunt in equis, & magno in mœnia ductum
 Agmine suscipiunt tecti regalis in aula
 Picturis splendente nouis, ubi Tarrus & omnis
 Pugna illa immensum, fama iam nota per orbem.
 Ipse inter Gallos se se legit, & sua cernens
 Fatta animos leuat, & magnis mens astuat ausis
 E regione decim gentis Federicus & ingens
 Gloria Monfeltra nitidis circumdatu^s armis
 In Volaterranas rupes consernit, & urbem
 Diripiens Tyrrenha iugo videt equora ab alto.
 Nec procul Aonides per prata virentia nymphæ

Florea

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 146

Florea ferta legunt, propter Cephisidas vndas.
 Et Guido in medijs Baldus puer indole magna
 Discit Apollineos cantus, & carmina pangit
 Ad numerum, Mauors puerum cum Pallade ab alto
 Respicit, & grandes animos inspirat & arma.
 Nec post magna chori Triuia interualla sequuntur
 Virginei, Dryades, & Oreades, atqe Napeæ
 Crura cothurnata, manibusqe hastilia vibrant
 Piæta, pharetratis humeris, & pectore clauso
 Ad iugulum. Zephyri ludunt in crinibus aureis,
 Contentusqe breui cultu decor & sine fuso,
 Ora pudicitiam redolentia ferre viriles
 Nestia conspectus, pauidoge assueta rubori.
 His inserta choris graditur comes vna Diane
 Baldi olim subitura thorum Gonzagia Virgo
 Elisabeth, sociasqe omnes supereminet ore
 Tintaridem referente, oculis radianibus instar
 Luciferi, cum se incessu per sydera pulchro
 Manè refert, credenda Venus, si sola fuisset.
 Hac ubi lecta, dapes incunt, magnoqe paratu
 Importata onerant alacres coniuua mensas.
 Crateres fulgente auro flauentia inundant
 Vina cauos, molliqe rubent argentea Baccho
 Cymbia, & ingentes patera & carchesia signis
 Apera coniuias hilarant, & pectora mulcent:
 Sole dies abeunte cadens inuadere somnos
 Iam monet. Ipse autem vigilans intendit agendis
 Rebus, & ignotos aditus adeundaqe discens

tt 2

Oppida

BAPTISTÆ MANTVANI

Oppida ab indigenis certo iubet ordine castra,
 Sub lucem tutam ire viam. Tum protinus ipse
 Pone sequens alti iuga præterit Apennini
 Iam tenet Hispelli campos, Meuania transit
 Menia, Clitunnumq; greges qui parturit albos.
 Fulgincamq; oleis pingue, Iam Narniacelsis
 Rupibus incumbens, & Nar fugientibus vndis
 In Tyberim cursu vmbroso per frigida saxa
 Liquitur, & superans albentem Tyberidis vndam
 Per Soractis agros Romanam descendit ad urbem.
 Aduentu letata Ducas fluit obvia plenis
 Roma vijs. Turmatim omnes populusq; patresq;
 Flumentana ruunt ad limina, Flaminianaq;
 Turba frequens onerat, prisca Tyberinatriumpbos
 Ripa recordata est, Tyrio cum vedit in ostro
 Tot flagrare togas longisq; incedere pompis
 Armatorum acies tantas, vix sustinet arcu
 Milvius excuso pondus peditumq; equitumq;.
 Nec iam rauca sonant arcem labentia subter
 Flumina turrigeri circumvestigia pontis,
 Vincit aquas hominum murmur, crepitantiaq; arma,
 Tympana, & binnitus equitum, clangorq; tubarum.
 Tempus erat quo longa noui ieurnia acri
 Conciliant animos superis, oleasq; ferebat
 Illa dies, passuri iniens solemnia Christi.
 Ergo omnes palmis virides & fronde Minervia
 In campum Mauortis eunt, Stygiumq; Tarentum.
 Caſaris Augusti cineres ubi fama ſepultos,

Aet³

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 147

Atq; iterum Tyberim ſuperant Hadrianica propter
 Busta, supercilio montes a quantia ſeptem.
 Collis in ascensu cui dat, niſi vana vetuſtas,
 Nomina ragitus properans ex arce ſacerdos
 Maximus, ac iuuenem amplexans subducit in altam
 Roma omni exultante domum, fruiturq; cupito
 Iam dudum aspectu, ſolidos examinat artus
 Ex vultu, ex oculis, ex filo corporis, alta
 Corda videt, quibus in Galloſtam fortiter auſus.
 Tollit in excelsas edes, vnde omnia Romæ
 Cerere ſias loca, qua veteri ſunt inclyta fama.
 Quidit iuga Ianiculi, docet illa per arua
 Saturnum regnaffe olim, Ianumq; bifrontem
 Colle ſuper viridi patrios habuiffè penates.
 Montrat Auentini ſurgens in flumina dorsum,
 Et Phrygia & quondam matris modò virginis urbe
 In media templum attollens liuentia plumbo
 Cumina, & Agrippa ingentes prope templaruinas.
 Et Pallantium Euandri memorabile priſco
 Herculis hoffitio, bobusq; à Gadibus actis.
 Et Capitolini tumulum Iouis, & Torquati
 Egregiam noctem memorat, Gallosq; ruentes
 Tarpeia de rupe, duas ſub monte columnas
 Romuleo, Fora Traiani, vetus amphitheatrum.
 Naumachia loca, maioris vestigia circi.
 Calium, & Exquiliis celebres niue & ade ſuperba
 Virginis, & thermas, dictumq; à vimine collem,
 Gallica buſta, lacum Curti, & naualia roſtra.

tt 3 Mænia,

BAPTISTAE MANTVANI

Mœnia, & ambitam mures ac turribus urbem
 Tam late ostendit bispidum que diuidit amnem
 Insulam, & egregios subter torrentia pontes
 Flumina, & atessis sortitum nomina montem.
 Atq[ue] triumphales quæ se[nt]e inferre solebant
 Trans Týberim currus, ducosq[ue] per aëra fontes.
 Hac ubi visa, epulas adeunt, curasq[ue] falerno
 Difflente lacus, Týberim, & maria omnia cœnanti.
 Altera lustrandis animis datur, altera septem
 Ad delubra dies agitat, videt inter eundam
 Arcibus inscriptos reges monumentaque priscae
 Militia, T[ri]ridatis equos statuasq[ue] iacentes,
 Et moles metarum altas, obelosq[ue] minores.
 Semirutasq[ue] domos, animumq[ue] attollit ad ingens
 Antiquæ decus atatis, castra altera mouit.
 Sollicitat Ferrantie amor, desiderat hostem
 Magnanimum, campo audentem configere aperto.
 Una dies audiò pugna iam longior anno est.
 Oppida quo obsideat pacto, quo mœnia frangat,
 Et qua fraude hostem circumueniatq[ue] prematq[ue],
 Voluit iens, & mille animis stratagemata versat.
 Iam Latij Romam caput soufieraq[ue] Velitras,
 Atq[ue] Ferentinos Lirimq[ue] silentibus vndis
 Flumina voluentem penetrans exercitus oram
 Intrat Aquinatem, sortitaq[ue] nomina diui
 Mœnia Germani subiens, contraria Sora
 Arua fugit, namq[ue] arua hostis Sorana tenebat,
 Nec Mantous adhuc miles conuenerat omnis.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 148

Dux ideo contabundis vigil agmina castris
 Nondum integra mouens temere nihil audet, & astu
 Circumspetus iter magno regit, ut solet austro
 Perturbante fretum solers in puppe magister
 Colligere ingenium, vegetosq[ue] intendere sensus,
 Et casus metiri omnes, ita Martius heros
 It speculans, atq[ue] opperiens venientia castra.
 Prospicit ad dextram fluctus, atq[ue] Anxuris arcem.
 Et Phrygij Ducus altricem Zedoraq[ue] rura
 Vndiq[ue], & eximio paßim iuga concia Baccho.
 Littora Baiarum, Puteos, liquidoq[ue] calentes
 Sulfure Cumarum campos, ubi fama Gigantes
 Fulmine deieccos, veterisq[ue] incendia Phlegra
 Facta, Ione ardentes olim iaculante sagittas.
 Iam subit antiqua Oscorum de gente Theanum,
 Mox Capuam genus Hetruscum, Capis omne factam.
 Hic ubi magnificis dapibus luxuq[ue] superbo
 Est exempta famæ, primis cum ciuib[us] orto
 De rebus sermone Italij, in Punica bella
 Itur, & antiqui fortuna retexitur æui.
 Tycinia ac Trebie clades, Trasimœniis acerba
 Funera, vestitos ramis & stramine fluctus,
 Pœnorumq[ue] dolos, improuida consulis arma
 Flaminij, Fabijq[ue] moras, excita per altos
 Fraude Ducus Libycitaurorum incendia saltus.
 Commemorat Cannas, & precipitata Varonis
 Consilia, & flentem procerum tot funera Romam.
 Adjiciunt nullo Martis certamine vicuum

tt 4 Anniba-

Annibalem dum delicias & mollia sectans
 Ocia, languescit, fractum, congreſſibus omne
 Fæminis decus extinctum, tanta illa prioris
 Gloria fortune, quæ de sudore profecta
 Immensum qui ſi ſol radijs compleuerat orbem,
 His caput immersit tenebris, hac nocte ſepulta eſt.
 Talia dum memorant Petro ducente Tamertum
 Principe caſtorum magno pars altera plauſu
 Affuit, & gauiſi omnes in mutua ſurgunt
 Oſcula, diſ. umbuntq; alacres, & pocula libant
 Surrentina, cadrundantem cratera falerno
 Eleuat armorum exhauiſtus ſub pondere miles.
 Poſt epulæ latos nox excipit, altera primo
 Dum rutilians aurora hyades attolleret ortu,
 Ad vada Vulturini crebro reſonantia fluctu
 Caſtra meant, prodiuit acies eripit antibus armis
 In Beneuentanos celerant reſtigia campos.
 Patrius exemplò regis Federicus, ab urbe
 Auditio Ducis aduentu cum milite multo
 Latabundus adeſt, duellisq; in moenia caſtris
 Publica cum magno celebrat conuicia luxu.
 Atria nec ſolum & clauſe in penetralibus aule
 Luxuriant epulis, ſed in omnia compita mensas
 Fert pubes urbana, vias nidoribus implet
 Viſcera, & exhalant nebulas obſonia pingues,
 In verubus ſolidiq; ſues, ſolidiq; iuuenci
 A flammis in vulgis eunt, ſpumante caleno
 Vafanant. Cereris grandem penus euomit vndam.

Totæ

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 149
 Totæ dies operas omnes gratanter habendis
 Coenulit hoſpitibus, ſplendent fora mercibus, arra
 Sacraq; Tyrheno redolent ſolennia cultu.
 Ipſæteriam alterno respondent gaudiaturres
 Vndiq; tinnitu, laetaq; per aera voces
 Ferrantem Turcumq; alacri clamore ſonantum.
 Dux, vbi preſſa fames dapibus, quod pettore dudum
 Voluerat, eſſari incipiens, O Regia, dixit,
 Indyta progenies, tantos experta labores
 Aequoris & terra, bellorum exercita duris
 Caſibus, huc in regna viam que fata dederunt
 Tam facilem Gallis? Curve indefenſa fuere
 Oppida tot munita viris, armisq; & opum vris
 Parthenope in primis, ſedes vbi regia & arces
 In celum tam miro artis molimine duclæ?
 Talia Dux, ſic contraheros Ferrantiū orſus:
 Maxime bellorum duclor, cui vincere Gallos
 Dant ſuperi, & Latias armis defendere gentes,
 Contra hominem fas eſt homini bellare, nefandum
 Cum ſuperis, ſic bella monent priſca illa Gigantum.
 Sibellum humana nobis cum gente fuifet
 Vel defenſa forent vel non ſine ſanguine multo
 Regna amissa, Deus nobis bella aſpera mouit.
 At cur, ſcire nefas, tali niſi forte tumultu
 Rem in melius transferre optet, velut eruta cultor
 Tranportare ſolet pingue plantaria in agrum.
 Sic Solymæ quondam Cisæo à ſanguine ſceptrum
 In Davidi tuliſt. Plarunq; incognita, nunquam

tt 5

Biemz

BAPTISTÆ MANTVANI

Mens non æqua Dei, si quando irata tremendum
In fremuit, fert rebus opem, non cogitat iram.
Ne dubites ea bella Deum mouisse, putandum
Altius est quo regna modo titubantia Galli
Eruerint, ut demum vii vulticibus armis
Nescierint, ut mutatis fortuna repente
Consilijs illorum omnes illusserit orsus.
Fama fuit populos dudum vulgata per omnes,
Cui fecerit fidem multorum oracula ratum
Vndiq; venturam Gallorum à sanguine prolem
Auxilio fulti in superum belloq; potentem,
Quæ infidos Otomanigenas & barbaræ regna
Omni concilans reparat labentia Christi
Saccula, collapsamq; fidem toto erigat orbe:
Carolus hunc se credi optans vel forsitan audens
Hoc sperare decus, magno molimine bellum
Instruit, & spargi in populos iubet vndiq; famam
Thraicijs primum fese intentare ruinam,
Mox Syria, sic fatali loqui, sic numina fari,
Sic Turcos quoq; sic Arabes, sic Punica regna
Sentire, & rerum finem expectare suarum.
Iam metus Epyro ingruerat, iam tota lababat
Grecia diffidens armis, & abire parantes
Effeda munibant onera ad rectanda Molosj;
Aemathij, Dryopes, Locri, Aetoli, atq; Pelasgi
Thessali, Acarnanes cum Dardanij, & Achaeis.
Thraicias Aulone rates audiimus isto
Aitonitas rumore fugam accelerasse per altum

Ad

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 150

Aduersis etiam ventis, Cæloq; minaci.
Ergo huius belli aiebant se quarcere regna
Parthenopes Galli, velut opportuna parandis
Clissibus, & patrando operi fuso vndiq; ponto
Commoda, tam mendax hominum genus atq; dolosum.
Credita res vulgo, pietas laudata, recepti
Intra animos hominum Galli. Mortalia corda
(sic suasi, sic affecti, progignimur omnes)
Possidet, & toto imperium sibi vendicat orbe
Religio, fugit leges ipsa atq; refigit
Arbitrio nutuq; suo, & credi omnia cogit.
Nos docti Gallorum animos dum regnat uemur
Strenue, & assumptis fines defendimus armis
Credimus auxilium Turcis impendere, sanctam
Impugnare fidem, instoq; obfiterere bello.
(sic hominum delusi animi) prudenter visa est
Impietas, hosti v/q ueadeò simulata fauebat
Religio, crescente odio nostra vndiq; Gallos
Oppida conclamat, alienatisq; relinquent
Nos, quimis proceres, eadem dementia & omne
Vulgas agit, lymphati omnes & lumine capti.
Fama erat, & famæ (dictu mirabile) vbiq;
Certa fides, noctu Ambrostam per Gallica castra
Depluere, & Gallos epulis cœlestibus vii.
Et Regera Gallorum omnes depelleremorbos
Contrectando & gress artus, tabluq; mederi.
Et secum in bellum superos ac numina cuncta
Ducere, quæ facerent hyemem sine nube serenam.

Nam

BAPTISTAE MANTVANI

Nam casu tam mitis hyems, totusque december
 Solibus intepuit claris, Janusque decembri
 Aemulus abstinuit nebulis, & frigore duro,
 Versus in effigiem veris, violaria passim,
 Et Pestana rosis oluere recentibus arua,
 Quando pati spiranter iuves aquilone solebant.
 Carolus instructis bello legionibus audax
 Ibat, & Ausonios implebat milite campos,
 Telluri graue pondus erat, vix pingua rura,
 Qua frugum genus omne ferunt tot millibus escam
 Suppeditant, exhaerit agros exercitus omnes,
 More locustarum, quoties per nubila denso
 Agmine delata campo incubuere virent,
 Aediroes adigunt morsus in gramen, & uncis
 Oribus erodunt omnem radicis herbam.
 Iam tenet Hetruscos, ipsorum in limine Roma
 Iam tonat, auditio longe clangore sacerdos
 Summus Aragonie fautor prius, agmine tanto
 Successusque hostis perterritus ejicit vrbe
 Ferrantem nobis Alphonso ex fratre nepotem.
 Et tamen ut Roma Gallos excluderet, ante
 Paulorum accitus erat, subitoque abscedere iussus,
 Pracipiti discessu abiit. Tum mania Belgae
 Protinus ingressi totas incepibus ades
 Polluere. & ciues temere irritare proteruis
 Ausibus (ut genii leuitas innata ferebat)
 Cœpere, atque rrubem hostili vexare tumultu.
 Romaonus id pertusa graui dum fluctuat ira,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 152

Dum parat vulcisci, vim vique repellere tendit,
 Rex abit, & Latium penetrans confinia regni
 Iam subit. Occurrunt vrbes, & mania pandunt
 Coniurata omnes, & conspirante tumultu.
 Sic Caieta sedens excelsa in vertice montis.
 Sic qui Minturnas habitant, & rura Maricae,
 Anxuris & Capuae ciues, Vestina iuuentus,
 Formiae, & Ausonij veteres, & nomine vero
 Appellata labor Normanni Aduersa Roberti.
 Rex nobis Alphonsus erat vir maximus armis,
 Sed tamen & diuus & Olympi viribus impar.
 Ipse suum ratus id fatum, regnoque salutem
 Se profugo fore, Ferranti diadema reliquit,
 Et mare conscendens auri cum pondere magno
 Transiit ad Siculos, ubi paruo inglorius auro
 In latebris vixit sine maiestate, sed alto
 Regaliisque animo, & fortuna celsior omni.
 Ipsi illis sub nocte cubans haud vana diebus
 Somnia quæ vidit, nobis narrare solebat
 Spirans, animoque putans dira omnia tristi.
 Cernere visus eratstantem se corpore nudo
 Insilientis equi, cui frons diademate fulvo
 Cincta erat, impulsum pedibus, primisque petitum
 Calcibus ad terram volvi, sed terga finisse
 Fulta ope belligeri iuuenis, qui verbere pulsans
 Quadrupedem erectum magia se mole ferentem
 Oblitus atque feri audaces compescuit ausus.
 Prodigij interpres rerum exitus. Arma superbis

BAPTISTAE MANTVANI

Sunt quadrupes, Alphonsus inops & corpore nudo
 Parthenopes regnum, qui regna labantia fulsit
 Belliger ille potens armis, tu maxime duxtor,
 Qui regnum fulcire paras, & pellere Gallos
 Regnum insultantes, qui nos vlcisceris omnes:
 Tunc ego, cum Gallum in foribus, totamq; viderem
 Pro Gallis armari vrbem, nasciq; tumultum
 In populo ingentem, cum rege in tuta recepi
 Me loca, reliquias seruans ad prospera rursum
 Tempora, ut in campis pastor cum nubila frangunt
 Fulgura, & horrissonia calum rugitibus atram
 Fert hyemem, gregibus querens vmbracula densam
 Fronde subit quercum, & Veneto tegit ora cucullo:
 Arx immensa fretis circumlatrabitibus alta
 Attollit capita, & celsis mare turribus omne
 Prospectans fugit a terris discrimin'e paruo.
 Hanc olim Alphonsus, cum iam pacata teneret
 Regna, volens post se tutos regnare nepotes
 Condidit & magno in calum molinine duxit.
 Huc feror, & positio arcis custodibus vrbem
 Audio gestire, & celebres attollere plausus,
 Mox Capuana arcis vexilla in culmine fluctu
 Aereo caudas inflectere, & aurea cernens
 Lilia, Ferranti cum quo speculabar ab alto,
 Chare nepos de regno, inquam, tu forsitan actum
 Hoc clamore putas, mibi mens prasaga futuri
 Diuinat rem longe aliam, mutabile semper
 Consilium fortuna habuit, mutabile Gallis

TROPHAEI GONZAGÆ. LIB. III. 152

Ingenium, leue & inconstans ac mobile vulgus
 Quale fretum, video ingentem impendere ruinam
 Huic fragili subitoq; operi, Fortuna futura est
 Mox Gallis offensa, hominum lenitatis hostis.
 Nunc seruande animæ nobis tutoq; sedendum
 Hospitio, donec posito mare sederit astu.
 Hac ego. Ferrantes ausis ita grandibus infit:
 Si hominem Deus explorat, fortuna periculum
 Sit facit, ac vires animorum intelligit iitis
 Casibus, & fortes Deus elehat, ante solutum
 His animum membris quosdam, post funera quosdam,
 Ergo animis opus excelsis stare omnia contra
 Apera, dura licet, tamen est via ad aibera virtus.
 Talia commemorans lachrymis pergebat oboris
 Vincere se & frenare animum iuga ferre negantem.
 Insula Tyrrheno in magno sedet ardua, contrâ
 Menia Parthenopes nunc Ischia, tempore prisco,
 Quid pius Aeneas illis confederit aruis,
 Dum peteret Latios fines, Aenaria dicta.
 Illuc praefectis arcis custodibus alto
 Deferimur cursu celeri, Boreaq; secundo
 Visuri quidnam tandem fortuna supremo
 Cogitet euentu, & qua sit sententia diuini
 Ultima, de nostris post tanta pericula rebus.
 Nec mora, successu elati, ludibrio habere
 Omnia, prædari hospitia, incestare pudorem
 Virgineum, thalamos violare, inuadere amicos
 Vi, fraude, insidijs, Galli cœpere, nefasq;

BAPTISTAE MANTVANI

Omnē sequi, nec frāna potens petulantia ferre
Accendit populorum iras, & corda momordit
Inconsultā dolor, Galli p̄s̄entia Arago
Cognita, Belgarumq̄ procax & acerba tyrannis.
Gallorum interea pars qua confederat Afia
Seruiles regno Insubrum de more tetendit
Insidias, leuibus decepta Nouaria nūgis
Omnia lucrari dum cogitat, omnia perdit.
Cognita per Cacios, quorum primaria in urbe
Factio, perfidie auctores vistoria rezi.
Tum sperata diu Gallis Insubria, rīsa est,
Paruo posse capi molimine. Concitus ergo
Pr̄sidij regno positis Rex Gallica castra
Contrabit, & nostrum spolijs oneratus Hetruscos
Ingreditur ponte similis, qui flūffib⁹ altis
Lapsus ad auroram, cūm Delia pr̄terit axem
Aetheris, & cæli iuga summa, relabitur astu
Pr̄cipiti, vastam reuocanscum murmure molem
Aequoris, & verso saliens ad littora cursu.
Mox igitur retrò Gallia cum regc reuersis
Parthenope vclut ablata flagrante Typhœus
Inarime exiliens, nos tempestatibus actos
Aduocat in portum, noctu statione relicta
Flante austro, cæptisq̄ Deo aspirante, per vndas
Labimus in patriam, regnoq̄ potimur ademptio.
Catera tu melius, cui vīcta Nouaria fecit
Perpetuum decus, & laudem super aethera notam.
Talia dum memorans Heros suspensa virorum

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 13

Oratenet, polus abscondit labentia tauri
Sydera, & elingues nox euocat humida somnos.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI, TROPHÆI Gonzagæ: LIBER IIII.



Istquam depulsis iterum sub Arago-
ne Gallis
Regia Parthenope sibi redditia, proxi-
ma gentis
Oppida Campana genus auersata su-
perbum

Ad primam redière fidem, longinqua malignis
Depravata odijs expectauere tumultum
Fatalē, belloq̄ grauem flagrante ruinam.
Duricies animis ea tanta immanibus harenſis
Venit ab inferni regno Louis, vnde malorum
Omnia in humanas labuntur semina mentes.
Nam veteres diui, quibus hæc in regna potestas
Ante erat, accensi facibus liuoris & ira
Concilio in genus id conspirauere vocato.
Magna Reatinæ mater que prafuit vrbi,
Pallas, Atheno profugus cui fecit Olysses

BAPTISTÆ MANTVANI

Sacram in monte domum, Iunoq; Lacinia quondam
 Prospiciens duo sublimi procul aquora fronte,
 Saturnusq; senex, tenuit qui in littore templo
 Ardua Iapygis Demostenis inclita fato,
 Et gemini comites Ithaci ducis, arua Polytes
 Sortitus Lucana, Draco Temesa, per altum
 Aethnæ cratera apicis de sedibus orci
 In Sibaris venere agros, vbi dulcia diui
 Ocia cum populi traxere infamibus olim.
 Huc simul ingressi, pacem quo scindere possint,
 Quo gentes vexare modo, longisq; tenere
 Implicitas bellis, consultauere sub antro,
 Serpentes quo astate solent diuertere ab astu.
 Hecq; inuenta dolo tandem via, vota ferantur
 In noua perpetuo, nunquam presente coloni
 Fortuna contenti omnes, meliora putentur
 Omnia que desunt, rerumq; ardente nouarum
 Cura omnes primum proceres, mox tota ferantur
 Oppida, sic rixa & lites, eternaq; bella
 Genibus accrescent, et ruminosq; labores.
 Quicquid opum, quicquid lucri conflabitur, inter
 Arma fluet, nihil ad seros seruabitur annos.
 Semper inops, dextra semper mendicus aperta
 Incola, & inculta semper gens barbara vita.
 Gracie vbi quondam florebat gloria magnæ,
 Quæ tulit Herodotum tellus, fuit vnde Zenoni
 Parmenidis genus, sami senis, vnde seuerum
 Haufit dogma Croton forti insignita Milone

TRÖPHAEI GONZAGÆ. LIB. IIII. 14
 Barbarior modò Gætulis, immannior ipsis
 Sauromatis, atq; extremis incultior Indis.
 Tunc igitur manes hominum sub imagine, falso
 Religionem habitu mentiti, & cælibe vultu
 Paßibus incepere agris errare per vrbes,
 Ac sermone graui verbisq; potentibus ictum
 Delusis errorem animis infundere paßim.
 Tum studijs diuisi homines. Et Aragonis istos,
 Andegauorum illos amor impulit, omnia duplex
 Patto confestim inuasit, rura, oppida, tecta.
 Nec ea qua Gallos tantum fiducia tollit.
 Nam regno instantes ferro omnia, & omnia flammis
 Attentare ausi non abstinuerat rapinis,
 Non cadi, non excidi hominum atq; locorum.
 Bi licet insultus tantos compescere, magno
 Agmine Ferrantes validisq; accinxerit armis
 Ad Fociam residens, Gallos tamen vndiq; fujos
 Prastantes numero atq; animis, vix nulla cohercet.
 Vrbi bellipotens regni confinia pulsans
 Dux Venetum tantis montes clangoribus albos
 Impulit, in Gallos timor irruit. Illa repente
 Scuties, illa indomitas audacia mentes
 De terruit, rabioſa feri violentia Martis
 Intepuit, veluti quoties incendia fontes
 Passa superfusos vndiq; repressa tumultu
 Fracto in se redeunt, sensimq; coercita languent.
 Non cessere tamen, sed continuere furorem
 Parcius auſuri, ac defendere regna parati

BAPTISTÆ MANTVANI

Cautius Vriginorum opibus, que maxima Roma
 Fafllo per Latium tendens, vrbesq; Sabellias
 Per Veios, per Picentes diffusa per Vmbros
 Atq; per Hetruscos. Qui paulo evaserat ante
 Virginius Gallorum iras ad flumina Tarri
 Nunc iterum Gallis iunctus se in bella ferebat.
 Ipse Duces Gallorum intra sua limina ducetos
 Alloquitur, taliq; monet sermone sedentes.

Magnanimi proceres qui defendenda tenetis
 Regna Sicana, fretum, Scyllæq; littora citra,
 Quanquam restra sciam qua sit fortissima in armis
 Strenuitas, & nil dubitem quin late secundos
 Sors ferat euentus, tamen ut victoria nobis
 Coningat secura magis, de rebus agendis
 Pauca loquar, vobis qua discutienda relinquam.
 Dux Venetum victo ut scitis pulsoq; superbis
 Rege venit. Nos qui iuueni cognouimus acrem
 Vim ingenij, validas vires animosaq; corda,
 Qui pugnam illam istis oculis tristem atq; cruentam
 Vidimus, illius quam formidabile bellum
 Scimus, ut aspirans illum fortuna sequatur.
 Vidi alios precio fletti, formidine frangi,
 Infidijs falli, prece duci in vota, laborum
 Mole premi, & duro tandem succumbere Martis.
 Nullus in hoc vincendi istas ingressus ad artes.
 Gloria sola mouet iuuenem, velut ante mouebat
 Annibal, Pyrrhus, Alcidæ, Bacchus, Hectora, Achill
 Propterea campo nunquam configere aperto

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 155

Suadeo, ne semel intereant simul omnia viciis.
 Vis ista est lentanda mora. Cunctabimur ergo
 More Fabi, qui Pœnum istis in montibus olim
 Dum tenet, infectis egit discedere rebus.
 Huc simul accedit, quod rege in regnare uero so
 si quem, quod bellis vsu euenit, aspera nostrum
 Fata ferant, nusquam qui sufficiantur habendi.
 Sic senior. Vism ducibus parere monenti
 Pilular, belloq; data est noua forma gerendo.

Altera vix primos Aurora reduxerat ortus,

Et seræ vicina dies exilia luna

Cornua cum Veneris radianti emiserat astro,
 Cum fore Gallorum iam proxima castra, locosq;
 Vadiq; suspectos monitus iubet ordine certo
 Treasies Ductor, semperq; in bella paratas.

Teutonici pedites quibus in certamina precepis
 Impetus, & sine lege furor, dum mente ridenti
 Intrepida, nostrosq; animis anteire laborant,
 Corripuerentiam primi, castrisq; relictis

Ante volant ignaro eriam Duce, perdita turba
 Atq; sibi nimium fidens, ignara locorum

Perlata est errore via, mala numina mentem
 Abstulerant ad Caudinas infamia furcas

Clavstra, ubi Romulida quondam fata aspera passi.
 Hostis in insidijs latitans ducente Vitello

Qui sua tum Gallis coniunxerat agmina Paulo

Magnanimo fortisq; viro gentisq; Tifernæ
 Principe, ut ingressum fauces videt ire manipulum,

BAPTISTÆ MANTVANI

Emicat è latebris clamans cædem atq; rapinam.
 Teutones attoniti subitis insultibus vnum
 Collecti fecrè globum, pars expedit arcus,
 Pars gladios, pars hastas, pars nititur igne
 Sulphureo, durasq; parant in fulmina glandes
 Victores euashri vel fortis omnes
 Opereituri ineunt pugnam, tum viribus Anzes
 (Ipse globo præfectus erat, nodiq; magister)
 Tela gigantæ vibrans duo protinus vno
 Pectora transadgit Gallorum in bella ruentum
 Impetuose iætu, Galli cum sanguine tristem
 Fundentes exemplò animam iacuere cruenti.
 Casu indignati Belga factò agmine in Anzem
 Irrupere omnes, longa ille interritus hasta,
 Nunc hos, nunc illos mucrone lacebit acuto,
 Saltu agilis, cursu velox, pedibusq; manusq;
 Impiger in Gallos salit atq; relabitur, illi.
 Irritati animis ardent, furor omnis in vnum
 Confluit, & certamen atrox horrescit vtrinq;,
 Ac cædes, vtrinq; furenti asperrima Marte.
 Donec ab insidijs Pauli manus altera signo
 Profilit accepto, radians fulgentibus armis,
 Et magno clamore volans Alemannica contia
 Terga premit cuneus, dupliceq; indagine clausos
 Teutonas heu miseros laniant, cœu turba luporum
 Fortior hoc tantum numero quia maior, in quo
 In paucos seuire audent certamine tauros.
 Post cedestandem immumeras, illataq; Gallia

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 158

Vulnera, vincendo occumbunt fesso atq; labanti
 Corpore ad vnum omnes casi ac fata apera passi.
 E: tandem vt vita comites, ita mortis, aceruo
 In conuale vno alitibus luce esca futuri,
 Nobis lupis, inhumati omnes iacuere trecenti.
 Dux Venetum clade auditæ iam seuius, inquit:
 Vincere fas, comites ne pratereamus inultos.
 Sic agit, & gradiens exploratore reuerso
 Campanorum oras omnes, Samniticarura,
 Gallica consilia, & sedes vbi castra locant,
 Accipit, ac volucri secum putat omnia mente.
 Alta dies medium vix cœli euaserat axem,
 Cum circumspiciens deprendit idonea castris
 Tutaq; & à Gallis loca magno adeunda labore.
 stare acies iubet, atq; aditus inuasit & armat.
 Hiciter ad regem tentauit, & in nemus altum
 Indigena spondere via compendia tute
 Nocte subit, cùm iam primo videt omnia somno
 Conticuisse polis tenuem spargentibus athram.
 Mox ductor seu fraude volens incurrere in hostem
 Seu dedoctus iter rectum fallentibus umbribus
 Capit in incertum longis ambagibus inter
 Inuia lustra ferarum, & per spineta vagari
 Aspera, sub senibus phagis, sub querubus altis,
 Vnde cadunt hederæ in longos sine fronde rudentes,
 Cumq; diu loca per dubijs incognita gyris
 Errassent, aurora inter frondentia sylua
 Terra parum illuxit, noctem quoq; lucifer altus

BAPTISTAE MANTVANI

Extensis ibat, densi custodia saltus
 Talibus orja Jonis tum mouit Hamadryas ora.
 Dux Venetum quo perdis iter vestigia siste.
 Hoc nemus umbrosum vite mortalium imago.
 Multa mouent animis homines, sed nescia rerum
 Luditur euentu vanisq; laboribus alta
 Mens humana omnes operas sine numine perdit.
 Viuitis in tenebris & mille per inuia cœcum
 Fertis iter. Ne fide tibi, ne fide tuorum
 Consilij, diuorum aliquos ambire memento.
 Quo maiora subit miles discrimina, tanto
 Numinibus debet muorem impendere cultum.
 Vidi ego te ad ripas Tarii cum fulmine faxeo
 Hastile excussum est, diuim regina ministro
 Annuit, ille volans tractis paulisper habenis
 Mouit equum, sic te tanto submoxit ab itu.
 Mille inter diuos aurata in nube sedentem
 Vidi illam nunc in vestibus, ore nitentem
 Virgineo, quallem vidi cum venit in astra
 Corpore functa graui vita mortalium ab umbris.
 Flette iter in dextram, nigrasq; elabere sylvas.
 Sic ait. Illi autem nocturno tempora rore
 Humentes & sancta animis documenta ferentes
 Sunt in castra novo sole ascende reuersti.
 Ergo noua ingrediens longarum ambage viarum
 Ad Fociam maturat iter, quo regia castra
 Confedere loco, tandem sub manibus Ara
 Quæ procul apparens sedet alti in vertice montis.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 157

Circumactus longis Crepacori anfractibus Aschum
 Intrat, & in tuta castris statione locatis
 Cum paucis recto ad regem se tramite confert.
 Nec mora, Ferrantes, etenim Ducis ante futuros
 Nouerat aduentus, meditans spectacula forti
 Grata viro, iubet armari castra omnia, & ire
 Turmatim in campos, quid Dux venturus. At ipse
 In regali habitu multo spectabilis auro
 Atq; leui sublimis equo cingente caterua
 Armatorum equitum placido venit obuius ore.
 Namq; animos Ducis ingentes, & fortia facta
 Nobis aeo maiora, illis conformia facili
 Quando heroes erant generati a sanguine diuum,
 Fortunamq; simul præclara incæpta sequentem
 Audierat. Iuuenemq; animis ardentibus ibat
 Miraturus, habet stimulos, generosaq; corda
 Allicit, & magnas mentes trahit, inclita virtus.
 Item amor & paribus causis exortus agebat
 Te quoq; Dux. Ferrantis enim laudata iuuentus
 Ad gelidos fuit vsq; Scythas, ad littora Gangis,
 Herculis ad metas, rapidis rbi flutibus aequor
 Intrat, & Europam Libyæ procul arcet ab oris.
 Quicquid Amyclæ Læda duo pignora fratres,
 Ille eques, iste pedes quondam valuisse feruntur,
 Solus hic (& testis locuples Campania) longe
 Linor abi (testis Latium) præstantius illis.
 Exhibuit naturam hominum transfigr. sus & artem,
 Jam propè congregati missisq; ad colla lacerti

BAPTISTAE MANTVANI

Sculaiungentes fletum maduere te penti.
 Tum sua Rex fixis calcans vestigia plantis
 Subfittit, & fari intento sic incipit ore:
 Maxime Dux Venetum, tua quod licet ora tueri,
 Gratulor, hoc studijs dudum flagrantibus opto,
 Prasertim postquam auditis tua gloria bellis
 Crecuit, & est longe totum diffusa per orbem.
 Verum quod tan i fuerim tibi causa laboris
 Quod meate tantis vexet fortuna periclis,
 Trixtor. At iste labor dulcis tibi forsitan olim.
 Quicquid opum, quicquid regni mihin umina cœli
 Contulerint, commune tibi generiq; futurum.
 Nec minus ista tibi pergas defendere regna,
 Quam mihi, quandoquidem tibi me, meaq; omnia trada.
 Tum dux pia magnanimis præcordia curis
 Itius ait, tua me virtus, ò Aragonis ingens
 Gloria Ferrantes, tibi destinat, arma virumq;
 Accipe, in his tecum pro te sudare periclis
 Suave mihi, precio satis hoc grande atq; superbum
 Parta triumphato fæelix victoria Gallo.
 Quod mihi pro Venetis, pro te quoq; rege ferendum
 Quicquiderit, vitali etiam mihi dulcissima aura.
 Tu modò fer cuncta aequo animo, Mauortia postquam
 Acceptit Venetum pro te sacer arma senatus.
 Qui mare classe premit, cui sunt latissima terris
 Imperia, argenti cui tanta opulentia & auri,
 Cui pietas & sancta fides, desiste vereri
 Triste aliquid, si Galli optant noua regna, ferantur

TROPHÆI GONZAGÆ LIB. IIII. 158

Vi credi volvère prius, Machometica ad arua.
 Hec vbi dicta, gradu flectunt vestigia lento:
 Iamq; propinquabant castris, cùm incedere longo
 Ordine quadrupedes centum videre superbis
 Gressibus, & pueris dorso insidentibus alto
 Serica ludebant molles per ephippia venti.
 Continuè gradus paulum de tramite in agros
 Digressi, & vultu stant ad spectacula verso.
 Mille viri i hastatis vt eunt in prælia dextris
 Succedunt thorace omnes ardente corusci.
 Mille ferunt pueri galeas, & mille iugales
 Vix cohibent agre ductis ad pectora frans.
 Et tria delecti pedires ad millia tergo
 Pectora fulgentes ferro, & caput atq; lacertos,
 Bini ibant equis spatijs, hastilia & enses
 Arma viris, totidemq; arcus pharetræq; ferentes.
 Mille leues equites, pars est armata sagittis,
 Pars genua in clypeos flectens pinnata ferebat
 Tela manu Arcadico frontem abscurare galero.
 Ipsi omnes, Rex inquit, erunt tibi maxime duxtor,
 His tibi coniunctis vades in prælia castris,
 Ipsetum comitabor iter seu scandere muros
 Tempus erit, seu collatis decernere signis.
 Tu duxator eris, bellitibi summa potestas.
 Sunt aliae nobis ventura ex urbe Latina
 Suppetiae, Duxis Insubrum auxiliaria castra.
 Hispanis etiam miles, si credere dignum est,
 Latus equis vento genitis, fortissima bello

BAPTISTÆ MANTVANI

Corpora, qui domuit Mauros & Bethycare regna
Præfò aderit, Siculum littus tetigére carina.
Talia Rex, tanto Duxior latatus honore
Admiratur equos, examinat arma, virosque.
Cuncta probat, pugnandi uvidam delectat imago
Martis, & in Gallos isto cupit agmine ferri
Ocyus, ut quando ad metam curjurus in ipsis
Carceribus vix acer equus franatur, & ardet
Ante tubam leuibus campum transmittere plantie,
Aure micans, art. sibi tremens & lora fatigans.
Iamque reuertentes positis tentoria mensis
Latabant omnes sivebunt, cœnasque frequentant
Sub ramis & fronde noua, fumantia tollunt
Exta residentes nebulas solique repugnant
Fercula, & exoriens e grandibus umbra catinis.
Altilia in cœnas veniunt, venit affa coturnix.
Nam genu huc auium dum se super aquora magnis
Vere refert turmis volitans, in retia fessum
Visa cadit, capiturque manus peregrina volucris.
It leuis Aëlon fumans & cornua tollens
Altius in mensas, & aper venabula passus.
It capreæ genus in laqueos decotibus altis
Elicitum, jaliscque iugis in cornua Dorcas,
Ac nemorum prouentu onerant conuinia magno.
Interè doctus maiorum heroica facta
Manlius ad Regum mensas extollere cantu
Fulgenter aurata Citharam testudine, & arcum
Ex Elephante, prior dederat qua dona canenti

Regia

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 159

Regia Ferrantes thecis educit eburnis.
Celeries homini raris aterrima canis
Pingitur, abraso rutilans togæ serica villo,
Carmen ab insigni repetebat origine gentis,
Gonzagæ antiquos patres à sanguine dicens
Casareo, postquam Romæ Germania sumpsit
Imperium, memorat titulos, decora, arma, triumphos.
Ut Bonacoljarum proceres Loduicuſ ab urbe
Egerit, & pulso vicit regnauerit hoste.
Ut patre defuncto tenuit nouare regna Philippus,
Et regni Lepidani agros, ut fractus Obizon
Ferraria princeps vix belli enaserit iram.
Addebat Guidone satum, Manorte secundo
Precipites agere Insubres, Patauique per urbem
Exclusis Venetum Carris inferre Leonem.
Veroneque altis scalas abradere muris.
Te quoque ab Archatu cui nomina prima marina
Tradidit Augustus Cæsar, penetrasse canebat
Menia Legnaci, ratibus quo tendere nulla
Spes erat, aduersante Atesi per flumina tractis.
Adiungebat r̄i Venetos Loduicuſ ad amnem
Tartareum toto Ducibus cum milite captis
Fuderit, & validis pontem defendenter armis.
Et tu fraternali cupiens abscondere solem
Nube tua, in tanto pars carmine magna fuisti
Carole: nam veluti cunctis mortalibus alto
Corpo eras, sic fortis animo, sic robore maior.
Nectecum quamuis effent ea florida magnis

Sacra

BAPTISTÆ MANTVANI

Sæcla viris, ausus quisquam contendere bello.
 Tunous Alcides, quem nulla pericula, nulli
 Absterrere metus poterant. Insubria sub te
 Sfortiades contra, si non aduersa fuisset
 Fatio, tum potuit se in libertate tueri.
 Et quos parua solo genuit Noualara palustri
 Lampetrum in primis meminit, quem magnus Achilla
 Non ferat armatum, teretem seu stringeret hastam,
 Seu gladium, tantæ vires in corpore tanto.
 Additur et colles equitans Federicus Hetruscus
 Dux bello, Dux pace bonus, qui in principe summa est
 Gloria, ut Alfonso regi comes iuit in arma.
 Manius hac cætu faciente silentia toto.
 Latior auditis maiorum laudibus heros,
 Crispam auro chlamydem, quam circum flumine longa
 Mintius itario florentibus vndiq; ripis
 Margine, et in leuo filis intexta lacerto
 Turturis arenti trunco insidentis imago,
 Cælibis indicium thalam; quam coniugis orba
 Mane memor primum induerat, regalia dona
 Porrigit, ille humeros gaudens inuoluit amictu.
 Et vastè incedens dapis immemor omnia circum
 Menus it ostentans magno conuiuia fastu.
 Discedunt cum luce dapes, et sydera pictam
 Ignibus ethereis voluunt surgentia noctem,
 Religiosa dies oritur sacrata Georgi
 Manibus, ad templum properant cum Rege, feruntque
 Accensas ad sacra facies, ac numina placant

Suppli-

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 160

Supplicibus dictis, patinamq; trientibus implent.
 Venatum Rex ire parat, properata vorantur
 Prandia, parsientant, sunt qui venatica tollant
 Retia, sunt qui vincla canum setosa lacertis
 Invadent, raucoq; animent eava cornua cantu.
 Igitur alij paruis hastilia rostris
 Longa ferunt, aurito alij venabula ferro.
 Larvatu longe arua sonant, iterata vocantum
 Vox crebro clamore canes in nubila tendit.
 Itur in antiquos saltus, ubi densa ferarum
 Lustra silent, catulis per opaca sagacibus antra
 Immisi, hinc grunnit aper, factoq; per umbras
 Agmine, spumantes acutæ cam dentibus iras.
 Hinc lupus arrectis se proripit auribus, illinc
 Attonitum Ceruus tollit caput, atq; repente
 Dammarum leporumq; greges per denia cursu
 Precipi, nemus omne agitant, clamoribus Echo
 Resonans, vagis, dum multa repercutit, auget
 Murmura, confundens voces hominumq; canumq;
 Stant circum sylvas equites, praedamq; parati
 Expectant, nec iam patitur sua lora molossus,
 Sparta rapax gemit et latrat, detractat habenas.
 Ecce ingens ruit e sylvis ac fulminis iftar
 Fertur aper, qualem vidit Calydonia quondam
 In campus Meleagre tuis. Ad sydera clamor
 Tollitur. It longis falcato bellua rictu
 Dentibus, ignitis oculis, dorsoq; recurvo
 Hispida, et arreftis quasi sentibus horrida setis

Dant

BAPTISTÆ MANTVANI

Dant canibus cursus, equites pediteſq; sequunt
In cuneum ſeſe extendunt, fera clauſa tumultu
Multiplici nunc hac rorſto, nunc dimicat illac.
Qua trucibus rictum cilijs porrexit, hoſtem
Submouet, in tergum latrant, nec comminus audent
Atrectare canes, tum rex calcaribus vrgens
Quadrupedem Libycum prateruolat, atq; retrorſum
(Tantus erat magna vigor atq; industria menti)
Conuerta fugiens apri caput impedit haſta,
Quæ valide impacto ſubiens mucrone cerebrum
Non eſt vulſa manu, ſed fixa tenacius hæſit.
Pondereſq; oblongo, caput infleſſenteſ ſinistrum
In latus it conuertſus aper, mox tota repente
Turba hominumq; canumq; ruens oppreſſit inermem
Ecce procul ceruia alij fugientibus instant,
Atq; alijs equitum ductis in retia cogunt
Irealtia infetiſ clamoribus, atq; canum vi.
Iamq; duo in laqueos lapsi, qui cornibus altas
Aequabant quercus, ſaltu duo in aëra lati
Transiliere plagaſ, plantiſq; fugacibus arua
Corripiunt, umbrasq; iterum, ſyluamq; ſubintrant.
Tum miferans longo turbam ſudore madentem
Dux cum Rege tube magno clangore vagantes
Conuocat ad fontem, media qui in valle perenni
Surgit aqua, gelidoq; humectat gramine riuo:
Hic Baccho grauiſ ex Focia cadus attus in umbra
Confiterat, mihiſ per rosida pascua bobus
Conueniunt omnes, et guttura ſicca falernis

Mollibim

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 151
Mollibus irrorant, cratereq; funditus haſto,
Ad nemora atq; feras animo exultante recurront.
Plebs leporum tepidis excita cubilibus inter
Mille caſes male tuta pedum leuitate per omnem
Fertur agrum, quos in predam dimiſſa fatigat
Turba ſagax, volat acer Hy'lx, volat ocyu Euro
Harpalagus, referensq; lupina toruo ore Lycifca,
Et Tigrina notis tergum maculosa, Melampus
Aequiparans condorenius, veſtigia tantum
Ima niger, falco leuis ilia, lumine ſerpens
Sanguineo, mordax Ragonia, & Iſcia regis
Delitiae, nomen patriæ ſorrita marina,
Et truculentus Helor certare leonibus audens,
Innumeris ruunt a'ij ſine nomine, vulgus
Inuocum dammas etiam prædantur, & abto
Sepins in gyrum curſu dum præterit iſtos,
Tendit in illorum fauces fera: plurimus haſtis
Miles adeſt, prædannis audis de fiuicibus auferit.
Nec ſolum hi: ſtrages, ſed paſsim immensa ferarum
Editur, & totis triuia labor aſtruat aruis,
Dum ſubeunt ſaltum e ſaltu, latoq; recedit
Cum ſudore dies Aſcli vicina tuentur
Menia, & hi: duſtor magnacum munere prede
In sua caſtra redit nemorum ſpolia ampla reportans.
Postquam conuertoſo cœlorum cardine luxit
Sara dies Marco, duſtor pro umbit ad aram,
Rit' Deum ſuperoſq; orans, mox caſtra moueri
In montem, cui magna leo cognominafecit,

xx

Imperat,

BAPTISTÆ MANTVANI

Imperat, armantur simul, & tentoria vellunt,
Nec dapis obliti satagunt, simul omnia curant
Solliciti, magnoq[ue] lares cum murmure mutant.
Itur in excelsum montia longo ordine culmen,
Arx vbi Gallorum. Que mox exterrita portas
Vltrò aperit, recipitq[ue] ducem, sapientibus vsa
Consilium: nam hostile nihil perpessa, remansit
Integra, & à tanto belli discrimine tutæ.
Hinc igitur motis montana per inuia castris,
Dum properant, aquilas sudum in inane volantes
Quot simul ire hominum nemo confixerat unquam
Sufficiunt, mirati avium spectacula fixo
Lumine & à cilio dextris pendentibus, alte
Obseruant quò se inclinent, quò tendere pergent.
Illa vbi castra super gyros duxeré frequentes,
Parthenope versus celerem vertèrē volatum.
Et quamquam augurio non sit mens fidere, Ductor
Id tamen est fælix omen ratus imperiumq[ue]
Parthenope à Gallis iam tunc discedere fatuus,
Mætti animis tali auspicio gradiuntur, & ecce
Præsidium Vallata potens quod milite multo
Munierant Galli, frondosò in colle superbum
Visa supercilium procul ostentare, sonanti
Ad bellum lituo, crebrisq[ue] tonitrua bombis
Edere, & aspectu pugnam intentare minaci.
Appropiant muris, scituri an mœnia reddant,
An certare parent, pubes armata repente
Non verbo responsa ferens, sed acumine ferri

Erumpit

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 162

Erumpit versis strideni cardine portis,
Galli, Italij simul, toto sonat vndiq[ue] cælo
Francia, & audaci veniunt in bella tumultu.
Prima acies certamen init, furit Appulus atrox
Andegauense odium spirans. Iam pugna rubenti
Sanguine in ardescens homines atq[ue] arma cruentat:
Interea castris sibi succendentibus ingens
Agmen adeſt, subeunt pugna, Gallumq[ue] trucidant
Glandibus, ensis, hastis, arcu, leuibusq[ue] sagittis.
Tunc hastam, sauire videns certamen Alexis
Viribus Herculeis vibrans ante agmina primus
Fulminat, & Gallos ingenit turbine voluens
Feritur vbi densas acies videt. Ecce per auræ
Sibilat, & longo stridens mucrone lacertum
Hasta ferit, dextramq[ue] graui telum abstulit istu.
Moxq[ue] parum retro labens, ut vulnere ferrum
Eduxit leua medios violentus in hostes
Barfus it, acceptoq[ue] refert pro vulnere mortem.
Penituit pugna Andegauos, gressuq[ue] retracto
In portas pedentim abeunt, & hiantia valuis
Mæcia claudentes altis pro turribus astant,
Omnia pro Gallis passuri extrema, tenaci
Proposito, deuoti omnes in fata feruntur
Mors Saguntino. Nec enim sub Aragone vita
His populis odiosa minus quam mortis imago.
Dux præstanti animo fretus data tempora gaudet
Inuadendi altos clypei sub tegmine muros,
Quod nondum est expertus opus, proclamat, & hostem

xx 2 Talibus

BAPTISTÆ MANTVANI

Talibus alloquitur dictis: Ita sane ferentem
Consiliz, atq; audum vobis præbere salutem
Suspicio Vallatenses? Quæ in Jania vobis
Persuasit vos posse manus euadere quæ non
Carolus euasit, capti q; Nouaria Galli?
Non impunè ibunt hactam temeraria leuo
Cæpta animo, Fatum vobis opibus græpinam
Nuncio, & his diffis epulas init. Ocyus omnes
Expediunt castræ pœnas, mensisq; remotis
Adduci tormenta iubet, magno, q; molares
Immitti, & scalas simul alta ad mœnia volui
Parte alia, displiciq; hostes inuadere pugna.
Accingunt operi p-dites. Iam sulfura fumant,
Iam tonat ingenii strepitu caui machina, & ictus
Oppida reclamant muris, longèq; remugit
Aëra per vacuum fugiens Jonus intonat altis
Montibus, & circumpositas formidine gentes
Sauciat exangui, mærent tristi omnia luctu.
Iam subeunt muros pedites, miseri sagittis
Foscarum à ripis ad propugnacula, Belgas
Inde arcere parant, prohibentq; à mœniis hostes,
Nec tamen hi contis minus atq; securibus instant,
Scandentumq; premunt clypeos, pelluntq; secantq;
Saxa rotanti, vndisq; pluunt feruentibus imbre
Igne vagum liquido, cursim sub ahena fluentem
Tergora, & vrentem flammis fluualibus artus.
Ipse animos alijs duxit facturus in auras
Euolat, & magnis exturbat viribus hostem,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 163
Ac potitur muris, videt intra mœnia vulgus
Sollicitum trepidis operis incumbere. at ictus
Grandine missilium crebra vestigia traxit
Impiger in scalas, redeunt in mœnia Galli
Scandentesq; premunt sudibus, ruit ecce reuulsse
E gradibus miles. Fratris ceruicibus halant
Mox animas alij, tardati vulnera & artus
Colluxati alij clypeis in castra feruntur,
Nec tamen exemplo moniti minus ire laborant,
Quin potius magis audentes in mania sese
Proripiunt, tecti scutis & caside ahena.
Tympana dant vires plectroq; citata volanti
Corda acuunt, & belligero tuba Martia cantu.
Nec tamen interea cessant tormenta labantes
Demoliri arcis muros, cum turribus alta
Mœnia iam ruitura tremunt, exercitus omnis
Cogit, & prædandi audi telo atq; securi
Armati accelerant: iterum tonat ecce boatus
Machina fatalis, & subito laxata ruinam
Mœnia dant, tremuere alto sola mota fragore.
Nec mora, turmatim miles quæ diruta pandunt
Claustra viam subeunt, fratio velut aggere inundans
Eridanus, quoties niueus liquor Alpibus altis
Liquitur, & virides tunido premit aquore ripas.
Diripiendi hostem permisalientia vulgo,
Prædandiq; palam, Ductor tum protinus omnes
(Tanta fuit pietas animis præstantibus) egit
Collectas in templo Nurus, annosq; minores

BAPTISTAE MANTVANI

Tutariconatus, opes contempsit et aurum,
Catera confusi rapuit furor omnia Martis.
Quotquot erant illis in finibus oppida casu
Territa Vallata concordibus omnia votis
Mane adiitare Ducem sequebantur monia dantes.
Altera non regni, sed opum violenta libido
Interea exciuit longis certamina rixis.
Atq[ue] isto lis orta modo. Propre Daunia regna
Appulus armentis viridem pascentibus oram
Diues ager, dumeta boves florentia tondent
Vndiq[ue] lanigeri q[ui] grecos ballatibus implent
Sylvestres per rura casas, et agrestia septa.
Regibus hinc as grande solent collare quotannis
Annua quastores qui rectigalia curant.
Tunc igitur geminis congesta pecunia ab annis
Vtrosq[ue] ingentis spe sollicitante peculi
Immensum certamen erat Gallisq[ue] Italisiq[ue].
Pro varijs tandem quastorum affectibus anceps
Lis sortita modum, cessit pars vna Latinis,
Altera pars Gallis, consumpta pecunia pacem
Fecit, et exhausto siluit discordia fisco.

Post igitur paucis bella hac patrata diebus,
 Maius opus motura simul duo castra coacte
 Milite, Nucerie coeunt, venere Paludem
 Rura causis humetis locis, vbi mænibus altis
 Nomen inundantes campos fecere lacune.
 Hic graue discrimen famis atq[ue] pericula passi
 Inteffina iacent animis, Lemannica primum

Agmina,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. III. 164

Agmina, et annona non apparente cadebant
Corda virum. Dux vultu alacer que pauca supersunt
In loculis alimenta suis concisa viritim
Distribuit, sibi nil seruans. Promilite oportet
Ieiunare Ducem. Verbiq[ue] infirma iuuare
Pectora magnanimis. Et quitormenta vehebant
Cedri frusta boves et equos ad plaustra iugari
Imperat, ipse instat lanijs, ac viscera partit.
sic sedata fames, et aquis vbi mille natabant
In prædiis ranarum hydri sitio arida potu.
Husit, et interea noctem polus induit atram.
Altera lux aderat, cum plaustra ferentia fruges
A Beneventanis fama est onerata colonis
Aduentare, manu ductor comitatus equestri
Obvius it, victrumq[ue] vehens ad regia tendit
Limina, et ingenti replet castra omnia plausu.
Post epulas fugiens mala desidis ocia vitæ
In leibus gradiens armis, cum milite iusto
Circumequitat colles, sed nec iuga proximatantum
Contentus lustrasse vagis erroribus, omnem
(sic fortuna tulit ratione potentior) oram
Circuit, ac rupem casu superastitit altam.
Circellum tum fortè causis in vallibus acres
Marte graui et valida Belge obsidione premebant:
Tollentesq[ue] oculos ut confexere micantes
Aere viros, nitidisq[ue] procul mucronibus hastas
Ire super syluam fruicum (mora nulla) citato
Esse rati insidias se proripiueré tumultu.

BAPTISTAE MANTVANI

Non aliter quam cum denso grege concita nuper
Semina rimantes campo infedere palumbes,
Si videant magno volucrem Iouis ire volatus,
Exemplò alarum factò stridore natantes
Agrestem præcelsa ferunt in tecta rapinam.
Circello sic parta salus. Fedricia Iannus
Doctus & ipse pati durum sub Marte labore
Progenies, Frater Vencum Duci ante relitus
In patria magno accensus Ferrantis amore
Affuit hic, validamq; mouens in bella cohortem
Aere suo conditam auxit Ferrantia castra.
Rexitur Iuuenis morus pietate cohortem
Cum Duce mirificus affect honoribus ipsum:
Namq; inter proceres insit consistere primos,
Ipsa cohors inter primas illatas cohortes.
Omnia iam paßim regis mandata subibant
Oppida, Gonzaga quacunq; audita fuissent
Nomina, terrori duxor fuit vndiq; tanto.
Frangeti plebs ausa nimis: nam castra videntes
Proxima in insanum versi exarsere furorem.
Sic illius mentem Deus abhulit, impia quando
Progenies raro diuum reminiscitur aras.
Ergo elati animis & vi, ina sciebant
Agmina Gallorum, munita q; milite & armis
Mœnia & in multos frugum plena horrea mensis,
Querenti, pacem ne velint an bella, proteruo
Repondere Duci ingenio se Gallica nunquam
Fœdera fracturos, nec Aragonis arma vereri,

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 165
Et simul his dictis ad propugnacula Gallus
Protulit ora ferox, portisq; patentibus ingens
Turba equitum peditumq; ruit, de turribus altis
Miſilibus pugnare orsi curuantur ahenos
Franatnri arcus, & tela tripennia mittunt.
Hic postquam flagrante diu certamine Ductor
Statim hostem vidit, nec cedere, corripit hastam
Et Ferrante virum fruſtra remocante cucurrit
In medios, dextera rumq; grani premis agmine cornu,
Sentit onus valido cedens lorica lacerto,
Et perfoſſa viam mucroni in viscera pandit.
Si qua ferunt iictum ferro defensa fideli
Pectora verit humi Gallos, atq; inguina pulsat
Lincea, & ingenti strages cumulatur aceruo.
Hi tua Phœbe animis praestans & robore virtus
Eniuit multis iam pridem exercita bellis.
Nam licet in medius rbi confertiſſima tela
Hisibus insultans Gallo, peterere sagittis
Vndiq; cum pluerent in te crepitantibus armis
Spicula, tu grandi nibilominus agmina ronca
Sternis, & ad portas turbam premis, ipsa furenti
Limina iam subicns ausu, niſi missa dedisset
Horrisomum subito lapsu cataracta fragorem,
Hoc abiit cum Marte dies, lux altera bellum
Exoritur crudele magis visura, locantur
Sub lucem mole ingenti tormenta leuatis
Gribus in muros, & quæ opportuna ruina
Via via est fauces vertunt, iam accensa boatu

BAPTISTAE MANTVANI

Machina terribilis longe intonat, vsq; Sicanos
 It sonus ad fluctus, Adrie super aquora transit.
 Dum vomit haec onus, illa capit, vacat ista vaporem
 Guttura sulfureum exhalans, post pulueris haustum
 Mox silici immenso grande admotura palatum.
 Vulgas inops lucrandi auidum tentoria circum
 Regia quo proceres conuinctu in prandia magno
 Cum Venetum ductore ierant, circumstetit alte
 Vociferans simul atq; rogans obessa rapina
 Ferro igni vulsis etiam radicibus arcis
 Mænia concedi, postquam contemnere Regem
 Tam duris Frangetur atrox ceruicibus ausum.
 Tum Dux & procerum scito permissa rapina est,
 A ferro scrutati homines, & ab igne penates.
 Omnibus exemplò vulgata licentia castris
 Gaudia laticiamq; ciet, parat arma satelles,
 Fædera de spolijs ineunt, prædæq; futura
 Iam mercantur opes, latasq; in cote secures
 Pars subigit, pars roboreos immittere trunco
 Nititur, & duro cesam de stipite cornum
 Effractura trabes, tabulasq; & abenea claustra,
 Vincla parant aliq; gazæ instrumenta ferende,
 Sacrorumq; sinus onera ad vettanda capaces
 Expediunt, curantur equi, tentoria iuxta
 Sub dio, in fulcris epulanda coquuntur acernis
 Viscera, & in verubus sudant versata columnis
 Frusta suum setosa, modò hac, modò euntibus illac
 Ignibus, vt vento spirante impeditur ardor.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 166

Sperantes diari omnes epulantur, & altis
 Auribus expellant muros audire ruentes.
 Nct mœra conuissis paries compagibus altum
 Indurat caput, ac longe saliente ruina
 Labitur in præceps, & propugnacula & arma
 Et defensor aquis fundo salientibus alueum
 Ingentem fossarum equant, ac mœnia pandunt.
 Extemp. o auditus late frigor, arma repulsis
 Conspicunt mensis, & quæ via facta volantes,
 Euclibus in primis conantem obstante Gallum
 Strage graui vergentes, super ipsa cadavera cursu
 Prætereunt rapido, fusq; per omnia tecta
 si qui forte suis ausit feruare penates
 Persodiant, primoq; iacent in limine casi
 Antiqui larium domini miserabile visu.
 Quos in opus tulerant aliud manus alta secures
 Tollit in aduersos, hominumq; in cœde cruentat.
 Vtq; fero nullus Marti modus, omnia nedum
 Teta, sed infantum tenera incunabula & ipsas
 Infantum matres & lactea pectora paſsim
 Dilaniant, tanta in miseros est fatua potestas
 A superis Diti sic sunt laxata Megara
 Lora, & in immanes populosita scutit Erinnys,
 Tisphene, Alectoq; ferens per compita luctum
 Omnia cœruleis auræ lambentibus hydris.
 Proxima Gallorum tanto in discrimine nullum
 Calra suis ferre auxilium rata dedecus ingens
 Acribus infremuere animis, & publice ad arma

Spe-

Cla-

BAPTISTÆ MANTVANI

Clamatum sternuntur equi, thoracibus armos
 Insertant, leuiꝝ comas in caside claudunt
 Solliciti clangente tuba, de vallibus altum
 Est itum in montem. Quò cùm venere nigrantes
 Prospiciunt toto nebulas se voluere Olympo,
 Et magna in cælum volucres incendia flamas
 Tendere. Nam vu'gus prada implacabile rapta
 Non valuit cohibere iras, quin mitteret ignes
 In vacuos contra imperium regale penates.
 Nota lues egit Gallos discedere ab armis.
 Ditati Frangeti opibus, iam castra sequentur
 Celtica collatis auditis configere signis
 Terga premitt Ductor turbisq; fugacibus inflat
 Acrius irritans verbis, ac vulnere partem
 Nonnunquam extremam. Pastorem in pascua dicat
 Lentum vrgere pecus, duroq; agitare flagello.
 Illi autem quanquam numeroꝝ & viribus aequent
 Ausonios, animo tamen agrotante minores
 Proripiunt sese trepidi. Quo Gallica prandent
 Castra loco, cœnant Itali, duo castra putares
 Pna, hōdem fontes eadem quoq; flumina potant.
 Quo factum dum fortē simul venisset aquatum
 Miles vterq; graui ad flumen surgente tumultu,
 Ut Rocius præflans armis & flore iuuent
 Conspicuus Venetumq; Duci charissimus inter
 Rixandum grauiter iaculo peteretur acuto.
 Hinc subito exortus per castra hostilia rumor
 Accepisse Ducem subter precordia vulnus

Exitia

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 167

Exitiale, tubis surgit clangentibus ingens
 Plausus apud Gallos, ac si victoria fuis
 Parta Italæ, foret extremo celebranda triumphos
 Per castella etiam Gallus quibus imperat, ignes
 Nocturni feceré fidem famamq; sequuta est
 Credulitas, firmant populos hac fraude labantes.
 Hic puer Aeneas Ducus armiger antè iuuentam
 Iam iuuenis, nondum rigidis exercitus armis
 Et iam Marte potens animis superantibus annos,
 Egregium facinus Romanaq; ilice dignum
 Edidit, & longo nunquam delebile ab auo.
 Santa bonis tantum possunt influxibus astra.
 Namq; videns Gallum atrocem quem credere possit
 Oratuens truculenta & membra immania, magnum
 Amphitryoniadem Rociioni inflare cruento
 Acrius hastili, duxloq; in vulnera conto
 Tretrum, dispar subiit pro ciue diellum,
 Et subito insultu Galli femur impulit hasta,
 Ut tanta ut credas Aeneæ viribus adam
 Ilaci, Roma imperio genus unde superbum.
 Ille in terga ruens campo distenditur amplio
 Cum strepitu armorum, tentatq; attollere in auras
 Et caput, & grandes humeros, & pectora abena.
 At puer atripotens nitentem surgere conto
 Verberat, & tandem si bene per inguina ferro
 Sapius indignantem animam sub tartara misit.
 Farrantes Rex vidit opus, & idere Latini
 Mirabundi omnes, nec adhuc vicitoria magno

Tanta

BAPTISTÆ MANTVANI

Tanta sat est animo, subit agmina densa virorum
 Intrepidus, duroque premit certamine Gallos.
 Hanc merito ob causam mensa dignatus ab ipsis
 Et rege & domino grandes accepit honorum
 Primitias, præcoxque tulit bona premia virtus,
 Quæ seruantur adhuc, quæ succrescere per omnem
 Progeniem: namque ascendens genus omne suorum
 Extulit in tenero vis admirabilis aeo.
 Nocte fugam Galli inuadunt: Italque sequentes
 A tergo incubunt, Iesualdi improvida turba
 Dum Gallos seruare parat, se opponere sumptis
 Ausa armis Italo (Nam gens ea Martia pugnam
 Docta manum potius iaculis attrita vernque,
 Quam raftris) temere audendo fata aspera sensit.
 Namque irrumpentes Itali de cardine portas
 Oppositis voluunt humeris, & aperta satelles
 Mœnia turmatim magnis clamoribus intrans
 Sanit in audaces primùm, mox clausa securi
 Ostia demoliri orsus, tecta omnia rapitis
 Incendit spolijs, Celta de vallibus imis
 Iam elapsi dum feruet opus Mauortis in alto
 Vertice, per campos armis splendentibus ibant.
 Gallica fatalem Iesualdi Andreta ruinam
 Mente putans trepida noctu dum proxima voluit
 Sydera Parrhasio cultos Lycaonius axi,
 Correptis quæ auferre potest à limine pulsis
 Mœnia deseruit portis, vacuosque penates.
 Et nemorum condensa petens vmbracula saltu

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 168

In medio latuit subter causa lustra ferarum,
 Dum pressa crumnis ac tempestatisbus ora
 Libera sit, tutoque suis habitanda colonia.
 Ni videre locos Itali, & deserta recenti
 Tecta fuga, hospitio subeunt, noctemque per illam
 Possidere domos: At manè silentibus vmbbris
 Noctis adhuc, iter inuadunt vestigia gressu
 Gallica sectantes paulum prægressa citato.
 Dux caderet iam sera dies maioribus vmbbris
 Gallicis in magna veniens latissima sylue
 Septa gradum fixit, positus exercitus armis.
 Continuò sopiti ignes in canabe, tactu
 Sulfuris euigilant, folijsque arentibus aucta
 Flamma rapit trunco, & iam nemus omne coruscat.
 Indulgere parant genio, pars stipite longo
 Viscera cruda focus verjant, pars obruit vndis,
 Et rapido appensi saliunt ardore lebetes.
 Pars hefterna trahunt loculis, calefactaque rursum
 Frusta boum pruna eliciunt, Cereremque tenentes
 Inuadunt auidis prægrandia dentibus ossa.
 Pars inservit equis. Et iam noua luna cadebat
 Heftorio vicina freto, cum nuntius ore
 Affuit attonito iurans Gonzagia castra
 Affore iam, magnoque viam properare tumultu,
 Ni morem Dux esse sciant. Dimissa repente
 Cura dapum, iumenta onerant, laribusque reuulsis
 Muti abeunt cena ante focos semel a refedit.
 Vix ierant, cum Dux subiens lucum, accipit auras

BAPTISTAE MANTVANI

Nare residentes, canibusq; per omne solutis
 Max nemus (explorandi astus nouus iste repente
 Corda Dicis subiit) noctem scrutatur, & intrans
 Gressibus in sylvam tacitis lucere silentes
 Ignibus aspergit per noctem exilibus vmbra;

Nec latrare canes vsquam miratus ad ignes
 Tendit, & inspectis epulis intelligit hostem
 E capro fugisse loco, dapibusq; reperiit
 Insediisse canem, subito ne forte latentes
 Tendat in insidias, iubet subsistere castra,
 Et circum misib; exploratoribus omnem
 Lustrat agrum. Belgas vbi longius esse relatum,
 Acturi noctem in Iulio vestigia sistunt.
 Attulerat Maias surgens aurora calendas
 Et Zephyro nemus omne dabat spirante susurros
 Vndiq; somniferos, Philomena silentia dudum
 Ruperat exercens tremulo caua guttura cantu.
 Tympana iam lituq; sonant, tuba Martia lento
 Increpat, inuasere viam, dum Lucifer albo
 Iam sublimis equo pluit in noua gramina rorem.
 Ibant in effu modulantes carmina longo
 Latraces patria memores, vbi manu reuurse
 Figeremus virides ramos ad limina Maio.
 Tota fuit Venus illa dies, solennia diuis
 Exhibitura, sinat bellum modò, facra duobus.
 Et iam molle iugum paßim florente genista
 Transgressi videlicet, & grande virenti
 Margine frondosis sub collibus amphitheatrum

TROPHAEI GONZAGÆ LIB. IIII. 169

Claudere præta, suisq; vndas applaudere ripis.
 Illico prospetto nemorum latatus ameno
 Hic positis, hic, Ductor ait, date prandia mensis,
 Ecce latebrate animis lucem melioribus aliam.
 Necnon Ferrantes animo tranquillus & ore
 Ocomites nostris lux ista parentibus, inquit,
 Letior illuxit semper, deponite curas,
 Atq; caput mecum tenera circundate queru
 Hi patrij mores Maio, quicunq; recenti
 Fronde caret, liquidis fas sit perfundere lymphis.
 Sic ait, & querna frontem circumligat vmbra.
 Sic alij fecere Duces exempla sequuti
 Regis sic miles, viruitq; exercitus omnis
 Fronde Ioui subito, viridiq; sub arbore prandet.
 Dum genio indulgent, tubicen sine fronde virenti
 Ut cui Bacchus erat potior quam Iuppiter author,
 Afflitante Ducem largo exhilaratus Hiaccho
 Multa iocans, comiq; tenens sermone sedentes.
 Max puer à teneris genitor quem miserat annis
 In graue Martis opus, versuto callidus astu
 Clam magno craterè lacum capit, atq; loquentis
 Incaput euersa longè fugit oxyus vnda.
 Solvitur in risus omnis chorus, omnia laudant
 Tactum opportune conuiua, territus imbre
 Tam largo, tam improviso, quasi tractus ab alto
 Oceano attonitus tubicen inspirat anhelis
 Fauibus, & rauco nimbo exhibilat ore.
 Epierant, cum dux tollens vocemq; oculosq;

Clau.

yy

Ex

BAPTISTÆ MANTVANI

Ex re nulla viri nobis mora, tollite mensas
 Inquit, & his dictis ingentes eleuat armos,
 Ac iubet inflari lituos, & tympana plecti,
 Et solito turmas ire ordine, suscitat omnes
 Maritia vox animos, pedes ipse per omnia castra
 Se infert longo ense trahens per gramina sulcum,
 Atq; fero tandem insiliens quatit arma superbo.
 Appula Campano tellus vbi iungitur agro,
 Est locus Attella reclinens cognomina prijs,
 Siue Attella vetus nam fors mutata locorum
 Prisca Iouis, dedit & priscis noua nomina terris.
 Vrbs in colle sedet validis circundata muris
 Ciue frequens, pecorum locuples, gleba vbere diues.
 Huc vbi multi uagis Celtas erroribus actos
 Sorstulit, importuna odijs discordia surgens
 Implicuit grauibus, firmare volentibus illis,
 Longius his proferre gradus. Dum incerta trahuntur
 Consilia, & diuerso agitant certamina sensu,
 Ecce ingens equitum pelagus peditumq; refuso
 Agmine circumdant clausos in mœnibus hostes.
 Et prius excelsum montis tenuere cacumen,
 Unde patet totam liber prospectus in urbem,
 Mox imis sedere locis, vbi frugis & vnde
 Copia, & accessus breviori ad pabula cursu.
 Hic igitur positis vbi iam tentoria castris
 Sunt defixa, dapes ineunt, cœnasq; frequentant
 Inclusisse hostem lati, tandemq; vagandi
 Inueni semodum, curamq; à mœnibus vni.

Attella

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. IIII. 176

Attelle pendere omnem, belli atq; laborum.
 Tum veteris secum recolens discrimina pugna
 Ferrantes ita voce refert: Clariſime duxit,
 Et tu Ianæ animo tantum mibi, sanguine quantum
 Iuncte Duci, quondam his campis certamine magno
 Fudit auus Iannem Andegauum, qui rege Renato
 Progenitus sibi deberi regna ista ferebat.
 Sed mirum quonam pactio multò ante fuisset
 Illa grauis pugna clades monstrata volucrum
 Prodigis, nostri annales testantur, & ipse
 Sic solitus narrare pater, Troiana per arua
 Quæ fuit hic nobis nuper via, dicitur aer
 Calligasse anium turmis in bella volantum.
 Et prius à Miluis quod rostro atq; vngue recurvo
 Praualeant, captentq; alis maioribus auras,
 Profligata ferunt Coruorum ingentia castra.
 Sed paucis post bella iterum renouata diebus,
 Atq; vtrung; genus volucrum quasi fædere facto
 Concurrisse ferunt, tam atrociter, ut loca paſsim,
 Omnia cadis odor toto incestauerit anno.
 Pluma ipsa rapiente Noto venere per auras
 Vsq; super pelagi fluctus vtriusq; sonantes,
 Vsq; super Latium, nec adhuc obliuia tempus
 Fecit, adhuc superant, qui tum sub rege merentes
 Altium videre prius, post bella virorum.
 Et tandem Coru's Miluo victoribus iſe
 Precipites, laceris alis, ac tergore vulso.
 Talia Rex, Gallos eadem fortuna sequetur

yy 2

Ianus

*Ianus ait, laceris alia, ac tergore vulso
Ire opus, his bellis si quos supereſſe futurum eſt.*

BAPTISTÆ MAN-
TVANI CARMELITAE
THEOLOGI, TROPHAEI
Gonzagæ
LIBER V.



*Nterea diu imperium quibus orbis,
ab alto
Aethere luminibus regna ad morta-
lia versis
Proſpiciunt hominum curas, ſtudia,
atq; labores
Affidue in peius ruere, ac virtute fugata
Astra ſequi, & quanquam valeant celeſtia contra
Fata reluſtari, fatis tamen omnia ferri.
Tempore nanq; illo ſata conſuetudine virtus
Ante gubernatrix hominum, turbata proteruis
Moribus e terris in Olympi ascenderat arcem.
At quia nil ſuperis opus eſt virtute, per orbes
Sola vagabatur, nunc Martis in abſide ſumma
Nunc in Sole ſedens, oculosq; in culmina mundi
Attollens ſcelerum legit inter ſydera cauſas.
Atq; ſibi aduersos cælorum intelligit ignes.*

Con-

*Conueniunt igitur, ſummoq; in Marte ſedentes,
Virtutem medio ſifti iuſſere ſenatu,
Et quo terrigenis eat errabundare relictiſ
Queritur. Illa prius mores cauſata nefandos,
Veftrum, inquit, dum transit hyems hæc tanta malorū,
Dum pergaunt ſauire poli, curare labantes
Res hominum, noſtræ non eſt opis ignea contrā
Aſtrare luſtari. Vos qui ſublime tenetis
Imperium, cælo opprefſas defendite terras.
Pectore dum tacito diuī reuofa voluant,
Conciliū pars magna ſacri Dionyſius ora
Solut: Et affandi ſuperos exordia fecit:*

*Aſtrareci cines poſtquam mortalia Virtus
Pectora deſeruit, nec ſunt qui mente ferantur
In commune bonum, ſed agit ſua quemq; Libido,
Italiam pacare opus eſt, atq; impia bella
Quæ Aleſto, quæ Tisiphone, quæ dira Megara
Incendere, extra Ausionios depellere fines.
Nam cum Thraicij furias odiumq; Tyranni
Intueor, noſtris aliquid crudele futurum
Augoror, atq; grauem Roma impendere ruinam.
Ille ſuo meditans hac opportuna furori
Bella fore, ad prædam curuos iam porrigit vngues.
Nam velut ſi quando canes in mutua ſurgant
Bella, Lupo in caulas permitta licentia maior:
Sic cum dira mouet proceres discordia, pandit
Hofſi iter in populos, incuſtodiata regna
Poſſerapi oſtendens, ſopita reuofitat arma.*

Nuper apud veteres Thebas, dum regna reuiso
 Attica Phocicosq; lares, naualia vidi
 Aulidis, audiui voces, ut singula nossem
 Consilia, accessi Thracem Samon, inde subiui
 Bosphoron imperij sedem, regisq; superbi
 Limina. Conflatur magno molimine bellum,
 Bellum ingens, Italos, heu, formidabile & atrox:
 Sed nescitur adhuc. Tremet Adria magnus, & omnes
 Tyrrheni & Lygures, rumor cum venerit alto
 Millia tot labi, terris tot millia ferri.
 His igitur ne sit tantis via aperta periclis
 Martius iste furor cobibendum, & alta per omnem
 Italianam pax est odijs reuocanda sepultis.
 Ne tamen id factu leue sit (studia emula cerno)
 Res Pisana facit, seruare volentiibus urbem
 Promissamq; fidem Venetis, Insubribus autem
 Rem Venetam augeri tanta urbe ferentibus agre.
 Hinc iterum ciet arma furor, sic sydera voliunt,
 Sic hominis mentem feret inconsulta libido
 Aerumnosa inopi spolijs opulenta suorum
 Nec bello nec pace valens, dum fidere fingit
 Cælitibus, fidit furtis auro atq; rapinis.
 Conandum est omnes, quod si non possumus omnes
 Flectere primores saltē qui robore pollut, Hs
 Ut sua seruandi studio in commune laborent.
 Propterea (si qua est melior sententia, cedo)
 Iungere mens Gallo Venetum: Venetoq; tenentem
 Ultima Pannionum nostri confinia regni.

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 172
 Hac via. Qui Gallis nunc imperat istius author
 Turbinis in cineres eat, & præstantior alter
 Sceptra ferat, melior bello, maturior aeo,
 Marie Italos, cui regna pater decernit Olympi.
 Hic Venetum Dux, qui nunc premit oppida bello
 Appula, & Attelam magna obsidione fatigat,
 Dux communis erit postquam disiecerit omnes
 Relliquias huius natii sine numine belli
 Autius ope imperij duplicitis noua bella mouebit
 Mignanini compos voti, quod voluerat alta
 Mente diu secum, magnis dum viribus æquum
 Ambit onus Virtus curam indignata minorem,
 Finierat, cum mox fandi data copia Marco
 Atq; ait. O magni patres custodia mundi
 Quos tangit commune bonum, meminisse necesse est
 Asiduum nobis, bellum cum Dite profundo.
 Qui quanta imperium Christi impietate laborent
 Non abolere quidem (scit enim sibi tanta negari)
 Sed vexare, putent qui regna Othomanica lustrant.
 Cernite terrarum quota pars, heu dedecus ingens,
 Ex immensa olim nobis ditione superficit.
 Aphrica tota ruit, citra sola torrida cancri
 Aethiopes agre superant, Asiatica longe
 Terra patens oblita Deum, pars magna recepit
 Iam dudum Europea, Ponti omnia littora, Thraces
 Graciaq; Adriacis Turcorum in finibus Aulon.
 Et nisi res Venetum tot tempestatisibus actas
 Ipse regam, iam Apæninus qui diuidit omnem

Italianam, Scybici ferret iuga dura tyranni.
 Nunc furor Alpinos apices ingressus ad altum
 Perstreperet Rhodanum ac Rhenum, Romana Saguntia
 Curia migrasset toto pene exul ab orbe.
 Dicite quanta ipsis, qui se praeflare facentur
 Ingenio, est Italis dementia, littora circum
 Oppida barbarico qua prima adeunda tumultu
 Pauperibus cedunt dominis, qui sponte ruentes
 Nec muros sarcire valent, nec cingere foissis.
 Ista potentatus fuerant, cui miles et arma
 Plurima, ad arcendos primis a finibus hostes.
 Sed magis expositos aditus et apertarelinqui
 Claustra volunt, quam quis tanta ditione potitus
 Crescat, et inuidiam cuius face pectora flagrant
 Iura vocant, commune bonum non principis ipsa est
 Vitalitas, verum populi, qui principe maior.
 In commune bonum regis regnare, tyranni
 In commune malum, quod si mihi forsitan unquam
 Maiestas id vestra sinat, quod tuta quiescat
 Italia et Christi Respublica, littoris oram
 Adriaci Tuscique maris sub certa senatus
 Iura feram Veneti. Nam sic quasi mænibus altis
 Italia obductis populos tutabor ab omni
 Barbarico insulitu, placidaq; in pace souebo.
 Nunc igitur quoniam bellorum incendia Pluto
 Protrahit in longum, viresq; eneruat et arma
 Ausioniae, Turcioq; viam facit artibus istis,
 Omnia ut expediam paucis, Dionysia laudo

Con-

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 173

Consilia: et pacem, et fædus cum rege futuro.
 Talibus auditis commota sedilia diuūm
 Assensere, leues quibus est ea cura ministri
 Mille modis (ut mos illis) mandata faceſſunt.
 Officium de pace prius, per Gallica mittunt
 Corda graues curas, memorant in regna reuerſum
 Deposito bellandi animo, caſtrisq; solutis
 Totum ire in varias Veneres et in ocia regem.
 Sic segnes animos ac diffidentia corda
 Reddentes sperare retant, formidine hebescunt
 Ingenia, in ſomnis cernunt sua prædia, et omnes
 Delitias patriæ, uxores charoſq; penates.
 Et ſibi porrectis teneram arridere lacertis
 Progeniem blandiſq; iocis alludere patri.
 Deteftantur opus Martis, bella impia dannant.
 Sermonem de pace ineunt, tamen ignea Paulum
 Corda mouent, tentare armis si confona fama
 Tam celebri virtus Mantoi principis audet.
 Praeflantes animis ac viribus agmine ab omni
 Deligit, ac tacitos ima ad vestigia montis
 Post clivum residere iubens, ipſe impiger alto
 Fertur equo, et turma graditur ſtipatus equeſtri
 Per iuga ſumma fugam ſimulans. Gonzagius heros
 Cui nihil ignotum, nul formidabile, fraudem
 Percipiens positis, inquit, nos callidus hostis
 Elicit infidys, si fraude retundere fraudem
 Pacem licet, nec bella retant, in vallibus imis
 Infidia ſub colle latent, ſic mente volutans

yy 5

Colligit,

BAPTISTÆ MANTVANI

Colligit, & per nota via diuertia turmam
 Premit, quæ claudat iter, si tendere ad urbem
 Forte velit, cum se deprensum intelliget hostis.
 Iane, fuit tuus iste labor, quem prouida virtus
 Rexit, & cœnuit, fors est dignata secundo.
 Turmam aliam duplicum numero, vestigia circum
 Collis ad insidias gressu imperat ire citato.
 Dux facti Sifimundus erat, cui Felsina pugnax
 Patria, & in rebus fama inculpata gerendis.
 Ipse volans leuibus Paulum præueritur armis,
 Consertisq; hostem manibus premit, ille vbi vidit
 In Duce Maioritis vultumq; animumq; ferentem,
 Horruit exemplò, piguitq; ardentius actum,
 Prosequitur tamen incæptum, pugnatq; relabens
 Ac simulans vinci, & dum ducere cogitat hostem
 Dicitur in laqueos, & iam sub colle Phalanges
 Congressæ magno insidias clamore fugabant,
 Dumq; ferunt cursus ad mœnia protinus armis
 Effusit nitidis Iani fugientibus agmen
 Oppositum. Risit Dux, & Paulumq; fatigat
 Acerius, ex votoq; videns procedere pugnam
 Fulminat exclamans, Vesta est vitoria, fortis
 Tela manu comites impellite, misimus hostem
 Tam cautum in laqueos, opulentæ accingite præg.
 Dum demum agnoscens se pulsum in retia Paulus
 Hesit mentis inops, resonat tuba, tympana clamant.
 Vndiq; Mars crudele fremit, Mors vndiq; clausis
 Instat, & equestribus similes quibus ingruit illinc

Aphri-

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 174
 Aphricus, hinc Boreas, nodum glomerantur in unum.
 Inter se aduersi, sed cum sperare salutem
 Non sinitur, iam rara acies sua porrigit arma.
 Ut seruare animas contenti in vincula tendunt.
 Sic Paulus demum expertus quo bella gubernet
 Ordine Franciscus, quo turbine miscet arma.
 Cum tandem elusum penitus se comperit, acrem
 Pulsat equum, longoq; volans per deuia cursu
 It lepori similis, qui circum prædia postquam
 Multa ambage canes egit, certamine tandem
 Liber abit volviri per rura patentia saltu.
 Milite captivo spolijsq; recentibus aucti
 Mintiada redeunt, & dux in agmine primo
 Ibat caede madens & puluere pallidus atro.
 Ferrantes miratus opus sublime trophaeum
 Cogitat. Vlmus erat medijs amplissima campis
 Fronde comans densa, leuum domus alta volucrum.
 Huic inbet abradiramos, & opaca theatri
 Instar, humi trabibus fixis umbracula texi,
 Actruncum implumem spolijs hostilibus armans
 Vndiq; suspendit chlamydes, saga serica, & enses,
 Atq; pharetratos arcus, thoracas ahenos,
 Et scuta & galeas accepto sole micantes.
 Concaua nodatis pendent humeralia loris,
 Squammosaq; manus cubitiq; & ferrea crura,
 Tympana cum plectris, & stipite tibia eburno.
 Argento cui labra nitent, pars ultima in aurum
 Definit, immiso nodosa foramina vitro.

A5

BAPTISTÆ MANTVANI

Ac magnis epigramma notis in robore fixum,
Francisco Vneatum Ductori insigne trophyum.
Mane (Deo ad superos, nam lux ea sacra, reuerso)
Accendent struttis ad truncum altaribus ignes,
Orgiaq; altisono celebrant solennia cantu.
Mox late de more dapes, post prandia ludi.
Festa dies positis dum transfigit ocia curis,
Fama venit contra Gallos descendere ab altis
Alpibus Insubrum in campos cum Casare grandos
Teutonas, & Genuam primum, mox tendere Pisas.
Dumq; ea per vulgas serpentum, ut summa redundant
Gaudia Iampetruis soboles Gonzagia bello
Inlyta, & usurpans rubicundi insignia cancri
Nicoleos, duo belligeri Mauortes alumni,
Suppetia Ducis Insubrum, crepitantibus armis
Castris intrant, forma egregij & florente iuuenta
Conspicui, atq; animis in bellum ardentibus ambo.
Letitia ingenti ductor cum rege coactis
Obuiat agminibus, misif; ad colla lacertis
Osculadant, abiunguntq; astum fumante Lyæo.
Iamq; diestota in ludis & plausibus acta
Labitur, accendent ignes, latif; tubarum
Cantibus in multam ducunt solennia noctem.
Occiderat nouies, nouiesq; rediuerat ardor
Solis, & explicitis rursum mantibus aras
Infernunt, & sacra nouant, altaria circum
Stant proceres cum rege pio, seruatur in armis
Relligio, quantum arma sinunt. Lux ille dierum

Maxima

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 175

Maxima quæ docuit linguas, promiscua turba
Corda tribus digitis ferit atq; sonantia labra.
Fumat Arabs odor, artifici clamore sacerdos
Pangit, & alterno respondet tibia cantu,
Nuncius interred properans Rugeniq; Ducemq;
Admonet Hispanas Saluo ducentane, cohortes
Affore ab extremo Oceani qui continet orbem
Aequore delatas: sacro iam ritè peracto
Cocineas armis chlamydes aurif; nitorem
Adjiciunt belli & pacis splendore micantes.
Sic culti tolluntur equis, magnoq; coatti
Agmine suscipiunt medios Regemq; Ducemq;,
Ac socijs lati occurrunt, iam hinnibus aura
Iam clangore procul resonant, iam puluere cælum
Stat piceo, vultu iam congregiduntur amico.
Hispani Ausonios, Itali mirantur Iberos,
Armorum genus atq; habitum, moremq; equitandi.
Hæperijs capita obnubunt velamina toro
Linea complexu, combustam umbrantia frontem.
Fusca viris facies & prola in pectora, nigris
Crinibus affectis vicini sydere cancri.
Et ferale sonans hastili buccina longo.
Nec caua, vt Ausonij, sed pleno lancea conto.
Catera persimiles nostris, gens dura labore
Belligero, longis dum Bethycæ regna sub armis
Vindicat, atq; decem Mauros vertentibus annis
Finibus Europa Libykos depellit ad agros.
Gallus ab excelsis speculans hac omnia muris

Non

BAPTISTÆ MANTVANI

Non aliter languet quam præcipitatus in altas
 Dum sequitur prædam foueas lupus, ager in atro
 Carcere desperans, fata impendentia semper
 Cogitat, & longa cruciatur imagine mortis.
 Hec animaduertens princeps Borbonius alto
 Dux animo, quem rex abiens præfecerat armis,
 Alloquitur proceres ad se in conclave vocatos:
 O comites quibus est cura res Gallica mecum,
 Indice non opus est, quem sint habitura videtis
 Bella modum, licet hinc oculis hostilia castra
 Omnia metiri, quantum superamur ab illis.
 Cernitis, Annona quantum cognoscitis, vrbes
 Ac populum circumpositos nutare, fidemque
 Fortuna ut ventis fluctus ac nubila ferri
 Scimus, & auxilijs quantum proficit Arago,
 Quam procul à nobis opis est genus omne, coacti
 Iam sumus amissio pacem perquirere regno.
 Qua nisi sit concessa, famem ferrumque necessè est
 Omniaq; hic extrema pati, demumq; subire
 Supplicium, crudo quodcumq; videbitur hosti.
 Ni Deus ex alto terras curaret Olympo,
 Forsitan ista foret nobis fortuna ferenda
 Aegrius, Italiaq; opibus succumbere Gallos:
 At quia cœlibibus, quorum sententia nunquam
 Non pia, sic visum, nautas imitemur atroci
 Turbine depresso, vita quibus vñica restat
 Optionunc animas sat sit subducere fato.
 Tacturam hanc lucro vlo alias fortuna rependet.

Quoad

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 176

Quoad nisi concessum armis ac viribus, omnes
 Egimus ut decuit fortis, nunc addita postquam
 Vis rebus tam magna Italîs, ac tanta sequuta est
 Disparitas, Rege Italia fugiente quid ultra
 Tentandum, nisi ne Ausonijs moriamur in aruis?
 Itala Sequanico iampridem sanguine tellus
 Tota madet, nulla nostris sine cadibus vrbes,
 Nullus ager. Rhodani plorant audita suorum
 Fata lares, soluitq; graui se Gallia luctu.
 Is demum, ut veteres morum docuere magistri,
 Vir sapiens, qui se ad casus accommodat omnes:
 Nec pudor estvinci à rego vñtoribus. Ipse
 Dux Venetum (nec iam res disimulanda per orbem
 Fama abiit,) qui nost tanto premit agmine, fudit
 Gallorum regem, atq; Italîs ciecit ab oris.
 Nos quoq; manibus his clausis, si solus abesset
 Forsitan in reliquos aliquid sperare relatum.
 Solus hic ut vires, animos ita frangit, & aufert
 Spes veteres, prohibetq; nouas, si dempseris vnum
 Hunc Italîs, veluti fractis mucronibus hasta,
 Catena plebs imbellis erit, & inutilis armis.
 Excitat hic resiles animos, atq; omnibus ignem
 Adiicit. Ignauii appellant sine lege furentem,
 Ac temere audentem, liceat mihi vera fateri,
 Solus hic Ausonijs Gallos auertit ab oris.
 Spectatum venere alijs, Gonzagius heros
 Pugnatum, satis est alijs q; inertia posuit
 Abscondi virtutum aliquo velamine, fortis

Nomina

BAPTISTAE MANTVANI

Nomina non curant. *Virtus prudentia summa est,*
Omnibus hoc innata Italica societate amictu
Vtitur, his falso titulis se ignavia vestit.
Nec quia nos mihi iuncta thoro germana iugali
Fecerit affines, bellis durantibus ausim
Mitius alturum quicquam sperare, fidemq;
Defraudare, fides homini laudumq; cupido,
Qualis erat qui terrae orbem domuere Latinis.
Si sedare iras igitur, si flectere mentem
Nitimus, atq; virum nobis placare, fatendum
Ingenue victos. Animum concessa mouebit
Gloria. Et addendum est soli se credere Gallos,
Fidere soli ipsis, tanto oblectatus honore
Exuet, vt posita mare tempestate, furorem.
Et quantum oppresbit bello, cum bella manebant,
Tantum pace feret cum pac erit orta, favorem.
Talia sua dentis consenfu Gallia magno
Dicta probant, pacisq; legunt qui fædera faxint
Exemplò, atq; Italica fuerant qui signa sequunt
Gallicam (nec enim intererant affiliis) omnem
Protinus exponunt, illi consulta fatentes
Oppotuna fauent cæptis, pacemq; secundant.
Ergo datis prius obsidibus, ne forte morandi
Hæc commenta forent, dum rex et Gallia mittant
Suppetias, cauto veniunt in fæderari ritu.
Fædera sunt Gallum incolumen discedere regno
Aequoreum per iter, castella relinquere et urbes.
Restituens igitur fessam Borbonius urbem,

Liminaq;

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 177
Liminaq; insistens cum iam discederet, ipsum
Talibus alloquitur Victorem heros loquens:
O gentis Francisce decus Gonzaga Latinæ
Gallorum ter vñctor aue. Te Martia Parma
Ac Tarrense solum, te capta Nouaria dudum
Prædicat. Attella modò tertia gloria vicitæ.
Accipe quicquid erat spes et munimini intra
Italiam Gallis, regnum tibi reddimus omne.
Ponimus hic diuis assumpia negantibus arma.
Postquam fata volunt victos discedere Gallos,
Pro generis splendore tui, pro grandibus ausis
Atq; animi virtute, quibus genus omne Latinum
Iudice me superas, thalamî pro fædere sancti
Quo tua mi coniuncta soror (pia numinata testor)
Gratulor hec opus esse tua facta in lyta dextre.
Perge, et ut atati veniens adiungitur atas
Nente diu Lachesis sic laudibus adjice laudes.
Sed cause ne aduersis rebus frangare, ferendo
Inuidiam cuius rabidos tua gloria morsus
Sensura est, vinces, neu desipiere, memento
Fortuna ingenium longe mutabile, nostris
Casibus id constare vides. Verum id quoq; damnis
Quod nolim, experiri tuis, si vita superstes.
Propterea consuece pati, munimen habeto
Id validum, quo sortem omnem superabis acerbam.
Hæc tibi (cum nequeam melius) documenta relinquo
Munere pro magno, patrios intrare penates
Sino sata dabunt (quod mitia Numina faxint)

22

Fortuna

BAPTISTÆ MANTVANI

Fortuna mihi quicquid erit, totamq; putabo
 Hanc tibi me debere animam si forfitan ante
 Quam repecam Aruernos (quod m̄es pr̄aga videtur
 Diuinare) diem extremum me i claudere. Diui
 Praetiterint, rerum teneat te cura mearum
 Natorum in primis ac coniugis, inde mentem
 Patris & affectionis, Claram solabere nostros
 Occasum agrotam, sensus si manibus istis,
 Dulcib;is officijs manes solabere nostros.
 Talia Gilbertus la. brymis memorabat obortis.
 Cui responsa pio princeps ita reddidit ore:
 Parie precor la. brym i. Gilberte sororie, Ductor
 Maxime Gallorum, neu sis tibi f;neris augur.
 Principio rerum, ut memorant, ac credere dignum est,
 Fortunam, vitæq; genus, numerumq; dierum
 Fecit & imprestit cunctis animantibus author.
 Quæ scire ac mutare nefas, ideoq; iuuentus
 Sapè senectutem prauertitur, atq; sepulchrum
 Prima subit, nec primus obit, qui primus ad auras
 Protulitos fati & vita Moderator Olympos.
 Hector erat iuuenis, genitor longæuus, & annis
 Cernuus, ille tamen fato coniunctior, iste
 Vix tandem eversa subiit sua funera Troia,
 Nec mærere deset, quod res tibi credita iniquo
 Clauditur euentu, nemo est, seu Gallica regna,
 Seu Romana petas, qui rem cum nouerit, ausit
 Te damnare, vel hoc fatum, vel regius error.
 Regis enim virio mentis fuga facta, repente

Cum

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 173

Cum regnum tanta hoc animi lenitate reliquit.
 Quod decus hoc illustre datum mihi tanta gerenti
 Bella per etatem primam grataris, habenda
 Gratia, & id forsan dicendum ex re quoq; factum
 Esse tua: nam cum nostros fortuna secundat,
 Nos quoq; consortes, veluti cum rectius auris
 Aut oculus valet, utilitas per cuncta redundat
 Membra fluens, totoq; affines irrigat artus.
 Que seruanda mones, eadem pater ante monebat,
 Dum tenera & tantis nondum formabilis atas
 Moribus accipio, atq; memor seruanda tenebo:
 Si placet Ansonijs tecum confestere terris,
 Sunt mihi parua quidem, verum satis ampla duobus
 Regna, mane, quacunq; dabit fortuna, feremus
 Vnanimis tecum atq; meis cum fratribus, & cum
 Tuq; sororq; tribus tranquilla in pace quietum.
 His dictis Gilbertus iter secut agmine magno,
 Quæ Tyrrhena sonans descendit in aquora Sarnus.
 Dux sua castra petens regis tentoria latu
 Ingreditur, celebrantq; alacri coniuia plausu.
 Dumq; vacant epulis, iuuat enumerare magistros
 Militia veteres, quos illi proxima faclo
 Tempora protulerant, Perusini ingentia Bracchi
 Facta recensentur, cuius (si credere dignum est)
 Fama est antiqua ductam à Carthagine gentem.
 Additur & soboles Venetijs exercita bellis
 Carolus Alcides animis ac viribus alter.
 Tu quoq; cui faciunt insigne Cydonia mala

222

Sphorcius

BAPTISTAE MANTVANI

Sphorcia, & à Phorco genus accipis, addita priscum
 Litterare diderat paulatim ignobile nomen,
 Sed virtus rediuita iterum splendescere longe
 Fecit, & eterna radiauit lumine fama.
 Sphorciadas hic belligeris Insubre tenentes
 Imperium, & superi residentia ad aquoris vndam
 Mænia Pisauri genuit, tandemque sub alto
 Gurgite tot factio insignem grandibus umbram
 Liquit, & in terris nunquam debile nomen.
 Addunt Nicoleum Pici genus acre Latini,
 Et formidatam bellis flagrantibus olim
 Sub Ferrante alio Campana per oppida prolem.
 Tota volubilibus resonant coniuua linguis
 Te Sismonde ferox, te Cremaniola magistrum
 Militia insignem, belli stratagemata doctum.
 Te quoque ne scio cur tria Barptolemae ferentem
 In clypeo testes antiqua insignia gentis,
 Materiam risus, nec te Mellata relinquunt
 Incelebrem, vestras referunt in sydera laudes.
 Vos statuis (ita cana fides, & strenua bello
 Dextera poscebat) decorauit equestribus ambos
 Cura sacrinunquam meritorum obliterata senatus.
 Commemorant Gonzaga tuum genus, unde virorum
 Inclita processit soboles, & quattuor illis
 Propria dona ferunt, proceri corporis alta
 Ora, giganteas vires, heroica corda,
 Et Pylii senis eloquium linguamque potentem.
 Te Taliane canunt, te Cerpilon arcibus atrocis

Excidium

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 179

Excidium, qui castra fugas, qui mania frangis.
 Et Lippum, cui Toppus erat cognomen, & ipsum
 Fortunatum armis, ac coniuge, Sphorciadarum
 Franciscum supremum apicem, prolemque cruentam,
 Quam rapuit magnus Iuuenem mors inuidarebus.
 Adiijcunt insignem oris splendore Robertum
 Stirpe Seuerina genitum, qui sapientia omnem
 Terruit Italiam bello. Germanica regna,
 Ni fortuna virum nimis aduersata dedisset
 Interitum tam infælicem, iam tota tumultu
 Preferat attonito, subitisque inuoluerat armis.
 Finis erat: Cum Dux Venetum quid facta filemus
 Monfeltera tam clara domus? domus inclita tantis
 Illustrata viris Federico ut Thessala Olympo
 Altius erigitur tellus, & in æthera tendit.
 Cur Malatestarum stirpem fraudamus honore
 Perpetuo? cur prætereunt intacta Roberti
 Bella per Hetruscos, & quæ Perusina per arua
 Cum genitore meo gesit socialibus armis?
 Et quando obfessus Rex, (nec enim tibi debet
 Gloria & excellens virtus grauius esse) Quirites
 A patris Alphonsi defendit atrocibus armis?
 Illius hoc veniens dum Vaticana subintro
 Tempia, sepulturam vidi, inuidique sepulto.
 Fama est Gentilem bello forteisque Tibertum
 Vermigenasque omnes valuisse, acremque Tadœum
 Aeste satum veteri. Tum rex, Francise, tuorum
 Immortale decus patrum, neque temporis huius

XX 3

Laudis

BAPTISTÆ MANTVANI

Laudis eget, neq; venturis reticebitur annis.
Immò tuos Franciscus ait, rex magne parentes
(Cùm de laude virùm sermo) memorare necesse est
Ante alios, sed cymba breuis male nauigat ingens
Aequor, & altiloquo digna est laus illa cothurno.
Illiſtres dum menſa viros heroica laudat,
Lux cum sole cadens noctem vebit, atq; silentes
Per secura hostis mittit tentoria ſomnos.
Aurora referente diem iam Lucifer ardens
Ortus erat. Cùm rex in ſomnis eatenus, altam
Solutur in requiem, mox illi ſomnia Marpheus
Fatidicis aperit formis, & imagine mira.
Viſus in excelsum montis transire cacumen
Tramite difficulti circum perq; aſpera ſaxa
Sapius inflexo. Tandem ſublima poſtquam
Culmina conſcendit longos, lateq; patentes
Ingriditur campos, vbi lux ſine ſole, ſine aſtris,
Et ſine currentis rapidi curuamine cœli.
Lux, inquam, non quantadieſ mortalibus orta
Sole micat, verū decies illuſtrior, omni
Nocte carēns, aeterna, oculis blandiſsimus ardor.
It circumſpiciens viridiania gramine prata
Florigero, raraq; comantes arbore ſylvas
Tomifices, ſed pomam iſcant ceu sydera, frondes
Aurea, & argenti lignum fulgore coruſcans.
Humanæ ex ramis voces in dulcia flexæ
Carmina ſurgebant, magni praconia patris
Carmina erant dulci mentem rapientia flamma.

Incaluit

TROPHAEI GONZAGÆ. LIB. V. 180
Incaluit ſancto igne animus, ſtudioꝝ videndi
Accelerat grefsum, & cupidio legū omnia viſu.
Ecce procul ſepis rutilat domus alta rotundis
Ignea & ardentii cirūm reſita pyropo.
Culmen inacceſſum eſt oculis, abſconditur aura;
Tam ſublime meat, valuis adamantina eburnis
Porta patens angusto aditu, vix peruia paucis.
Spifiens omni humano molimine templum
Maius, anhelabat ſubeundi ardore, locumq;
Perluſtrandi omnem. Dum ſtans ſpiritia ducit,
Sponte ſua patuere foreſ, & Heous odorem
Fluxit agens vapor ambroſium, quo vita repente
Inſtaurata nihil reſinet, quod morte abolendum eſt.
Intraſ letitiam ſpirans, detexta pateſcit
Tota domus ſubito, atq; ornatum intrinſecus omnem
Explicat, ingressu occurrens grauiſ umbra, ſed ore
Virgineo niueam chlamydem reſita. Quid, inquit,
Ferranteſ hæc regna petis mortalis? Olympi
Aetherei ſunt hæc penetralia, vix adeunda
Cæliſbus, ſunt porticibus deſcripta ſub iſtis
Omnia mobilium vobis incognita rerum
Fata, graues Regum atq; Duciū per ſecula caſus.
Tu rex admiransq; locos vultumq; ſonumq;
Virginis, ô felix dixit, que templo gubernas,
Seu genus a terris ſeu ducis ab aethere virgo.
At quoniam Pater omnipotens hæc sancta videre
Atq; intrare dedit fatorum arcana, facultas
Sit precor euuenius regni rerumq; mearum

33 4

Cernere

Cernere, & has aulas mentem oblectare tuendo.
 Tum virgo: Quibus hac fas est accedere, fas est
 Cernere, & historiam mundi lustrare futuri.
 Hec consulta Dei, quondam hic diuina voluntas
 Se exonerans scripsit fieri quecunq; volebat.
 Est immobilium domus altera, & adib; istis
 Preficimur nostro diui de more viciissim.
 Hec mea sors, vocor a vobis mortalibus Agnes.
 Quicquid fatidici pates, sancti prophete
 Sunt fati, defluxit ab hoc rerum aquore vasto.
 Celicola, quoies aliquid praescire voluptas,
 Impetrato aditu prece multa ab principe diuum
 Huc veniunt, casum intuiti (mora nulla) recedunt.
 Sic memorans iuuenem mundi ducebatur ad ortum,
 Monstrabatq; polorum orbes, & sydera, & omnem
 Ornatum caeli atq; soli, maris omnia monstra,
 Et genus aurinagum volucres, limoq; subacto
 Implicitas hominum vitas per membra moueri.
 Et quia longa nimis series, legit omnia saltim.
 Quattuor illuines pelagi, totidem quoq; regna
 Maxima, Olympiadis natum tot bella gerentem
 Progeniem non esse Iouis, faljoq; putatos
 Cesarem ab Aenea, Ciceronem a sanguine Tulli
 Descendisse, Dei venientis ab aethere lapsum
 Fata Sibyllarum impletum, & noua facia ferentem.
 Concisosq; patres gladijs, ita sanguine membra
 Obiectata feris, animasq; in sydera eentes.
 Triste triumphandi genus hoc, ubi vincere vinci est,

Sed

Sed sublime tamen, quod non Capitolia ad alta
 Sistat equos biuges, sed ad aethera sydera supra
 Et super elyrios vbi cælum immobile campos.
 Ceteraq;. At iuuenis cupiens sua tempora virgo
 Pratereat, inquit, qua prateriere, nouosq;
 Da mibi diua dies, nostros veniamus ad annos.
 Illa mouens gressu lento vestigia transit
 Cesaris Heracli pugnas, saua arma Gotorum,
 Et qua Romatulit iuga, Vandalicosq; tumultus.
 Et genus armigerum Turcos, translataq; Roma
 Imperia ad Gallos, ad Lancrauios Alemannos.
 Petramq; thronum Tyberis modo templatenentem,
 Et modo migrantem Rhodani sumantio ad vndam,
 Fortunam & strages Graium, per Cycladas actam
 Lunigeram classem toties, regnataq; Mauro
 Bethycu tot sacris celolabentibus arua.
 Constitit hic, sursumq; levans oculosq; manumq;
 Ecce, ait, hic pugnant Galli, tuis exultat extra
 Italiam genitor, tua nauigat aquora cymba
 Cum patruo. Rex Gallus abit, pugnatur ad annem
 Monte sub aereo. Iuuenis Gonzagius hostem
 Fulminat, expulsi superant iuga maxima Belge.
 Tu patriam repetis, prote Gonzagius heros
 Pugnat, & expellit viros ad littora Gallos.
 Te simul & regnum assertum vetat Atropos vltra
 Viuere, & immitti secat (aspice) tamina dextra.
 Succedit patruus. Mens hic quasi fulminis ictu
 Percita disrumpit somnos, & saucia corda

ZK 5

Im-

Importuna vrgent cum solli itudine curæ.
O infortunatum iuucnem exclamare volentem
Continuit subito, fecitq silentia virtus.
Surgit, & ambiguis contra sua somnia pugnat,
Somnia vana vocans, verum nimis baserat altè
Horror, & obscurans animum formidinis rmbra.
Ergò Ducem alloquitur: Regni Franci seruentis
Luxilium fatale, tibi debebit Arago
Dum Iolem æternosq ignes torquebit Olympus.
Iam virtute tua pulso de finibus hoste
Venimus ad metam belli, finemq laborum.
Castra mouenda igitur nobis ad amœna Salerni
Littora, & Eoo repetenda Neapolis Euro.
Talia Ferrantes, animo Dux impiger alto
Imperat armari classes certosq moueri
Ordine, Vulcano immisis rmbacula flammis
Frondea dant lati, cœloq incendia tollunt.
Classica sollicitant operas, tuba flexa morantes
Arguit, inusuitq altis mugitibus auras.
Armorum sub fasce pedes iam tympana lento
Vociferans gressu sequitur, iam plurima rauco
Sarcina plastrorum rugitu incedit, equesq
Erigit hastarum syluam summo ære nitentem,
Inceditq sonans castrensi Gallica cantu
Bella, triumphatumq Ararim Rhodanumq subactum
Ter Duce Francisco, sonat in conuallibus imis
Carmen & armorum strepitus, miratur Oreas
Per Triuialculos Martem resonare, Dryasq

Pro-

Proripitur, saltusq petit succincta silentes.
Montibus ex altis iam se Tyrrenha micanti
Aequore sub Phœbi radijs maria omnia monstrant.
Nuceria patet ora iacens, patet ora Salerni,
Atq Seuerini colles, rbi Palladis rmbra
Plurima, rbi aurato bifera sub pondere vites
Incurvantur, rbi exultat sub frugibus arbor
Perpetuis, neq leſa gelu, neq solibus altis,
Omnibus his tamen ante locis dira illa Megara,
Quæ regno tam ſæua fuit persuaserat arma
Pro Gallis ferre atq pati, neq cedere bello.
Sed poftquam infusas campo videre patenti
Incessu tam longo acies, rbi principis ora
Martia Gonzagæ, cuius celeberrima in armis
Nomina iam dudum audierant, de turribus altis
Prospexere, nihil potius quam cedere viſum est.
Hic rbi delitia molles, rbi Medica paſsim
Pomarubent, rbi cedrorum per littora ſylue,
Martis & armorum præduro affuet a labore
Membra Duciſ capere graui languescere morbo.
Sidura ſet opus Martis, syncera fuifet
Herculei viſ tanta viri, qui pondus abenum
Fert adamas liquido vires in ſanguine perdit.
Continuo Medica quicquid fuit artis, ab rbi
Parthenope latum leuibus ſuper aquora cymbis
Affuit, ac ſuccis perfusa ſalubribus exta
Imbibitos abigunt astus, & frigora potant.
Non ſecus ac quoties tellus ſub sydere cancri

Aruit

*Aruit admittens sitibundum in viscera solem,
Si gelida de nube recens defluxerit imber,
Dulce gelu babit, atq; vaporem exhalat adustum.
Tum magis Aeneas (qui sub genitore tribuno
Discere militiam teneris ardebat in annis)
Sedulitas, amor, ingenium, tolerantia plus quam
Natura omnipotens primis indulgeat annis,
Enituit Dominum miserans ardore iacentem
Tabifico, seu luce negat seu nocte quietem,
Languenti aſſit fatagens, onus omne subintrad
Solus agens natum, ac dominum ratus esse parentem.
His puerum merit is princeps magis ac magis arſit,
Atq; ubi militia bellisq; laboribus aptum
Repperit, illumstrem fecit, generumq; recepit.
Temporeq; ex illo iuuenem fortuna lenauit
Altius ac valeat virus protendere liuor.*

*Pascitur infectum febris Phlegethontica corpus,
Et morbo medicina minor, dissoluitur omne
Robur, & illa quibus Pardos anteire solebat
Crura labant, fortes illi quibus haſta lacerti
Fulmineum contorta sonum per ahena ciebat
Arma, cadunt, cadit in gemitus vox Martia longos,
Mens tamen alta manet languore potentior omni.
Caſtra dolent, ipſi quos conſtreſtare ſollebat
Admirantur equi, reticet tuba, tympana laxis
Multa silent chordis, circum moſto agmine fortes
Stant heroa viri, proles Gonzagia Thebas,
Et confanguineus Phabi Mauortius Hector.*

Tu

*Tu quoq; ab illustri vniens Iacobe ſeardum
Sanguine, Bergomeos qui regnauere per agros.
Magnanimoq; comes pugnax Sismonduſ Alexi
Germanus, Mariusq; decus ſublime Ferarum,
Muſarum comes, ingenio quam corpore maior,
Samnitisq; Adria ſoboles Iacobus, & omnes
Prefecti ordinibus ſponda glomerantur vtraq;.
At puer Aeneas vultu maturus opaco
Saucia corda dolet, tamen officiosus ad omnem
Mente, manu, pede, lingua, oculis ſe accommodat vſum
Dux autem paſſa ora videns, Muliebria, dixit,
Iſti corda decent vultus, ſi numina vitam
Abſtulerint, grates illiſ persoluite, quod non
Ante ferunt, quād partus bonos, quād vicimus hoſte.
Quod si vita manet, nec funere mergimur atro,
Persoluende itidem grates, quod leta ſupersint.
Tempora, cūm in patriam latte recitare labores
Bellorum exactos fas, & meminiffe malorum.
At nunc Parthenopen placido iuuat aquore ferri,
Ac duo moliriſ reditum ſimil atq; ſalutem.
Sic ait: aſt illi confeſtim apluſtria tolli.
Pulchra iubent, longamq; parant armare triremem.
Mox proceres ſublatum humeris ſtratoq; iacentem
Ad mare deportant, & flantem leniter Eurum
Accipiunt velo, ac valido freta remige fulcant.
Iam ſubeunt portum, celſamq; illatus in arcem
Vnde patet procul aquoreas prospectus in vndas
Occubuit curis paulum morboq; leuatus.*

Tu

BAPTISTÆ MANTVANI

Tunc quoq; rex (sic fata illum monstrata ferebant)
 Correptus languore grani peruenit in urbem.
 Et patriæ insigni cùm susciperetur honore
 Vix potuit tristes in gaudia fingere vultus.
 Interea impatiens lingua subit alta volatu
 Nubila præcipiti, spargitq; per omnia Fama
 Oppida rumores, & nunciat omnibus oris
 Lethifero Regem atq; Duceat agrotare veneno.
 It Romam, subit Hetruscos, Picentia rura,
 Flaminiam petit, ad Venetos super aquora serpit.
 Ad ripas venit vñq; Padi, defertur in urbem
 Tyresia, vulgo inseritur, fora permeat, aures
 Allicit, & linguis rem vaniloquacibus auget.
 Continuo in gemitus communi Mantua luctus
 Soluitur. Ac veluti cælo si densa sereno
 Caligo inuehitur liquidas egressa paludes
 Sol iubar abscondens tenebrosa inuoluitur vmbra;
 Sic alacres prius in vultus nuruumq; virumq;
 Ex animi græribus curis exorta repente
 Funditur obscurans oculos acberontica imago.
 In primus Isabella suos pertæsa decorum
 Exuit ornatus, colloq; monilia, eburno
 Abligat, in forulis gemmas abscondit & aurum.
 Vota preces ac sacra iterans prouoluitur aris
 Omnibus, accenditq; pijs aleuria flammis.
 Liquitur in lachrymas, vt nix, vbi flantibus austris
 Intepuit cælum Hybernum, cùm frigore victo
 Candida præcipitant stillantem culmina nimbum.

Im-

TROPHÆI GONZAGÆ. LIE. V. 184

Improbis exhaustus miseram dolor, vmbra amictus
 Ora inculta niger, viduali squallida vultus
 Cogitat extincto vitam finire marito:
 Tristibus his curis aderat facundus & acri
 Ingenio præstans iuuenis Tiolemeus, & alta
 Indole promittens quicquid sperare parentes
 Fas de prole boni, proauos fœunda virorum
 Magnanimorum altrix & mater Corduba vatum
 Huic dederat, proauos armis & sanguine claros.
 Tum dominam miserans: Tua cur simul atq; tuorum
 Corda, ait, ô nuruum princeps, ô regia proles,
 Tanto animi languore premia spietate iugali
 Dilexisse viros fateor pulcherrima virtus,
 Cui non terrigena soli concorditer omnes,
 Verum etiam superi laudes ac præmia ponunt
 Grandia in elyjys campis. Sic facta virago
 Inclita Mausoli coniunx, sic Penelopæa
 Naæta decus, sic Halyone, sic Hippocratæa
 Annorum thalamiq; comes sibi fecit amando
 Omnia mansurum ventura in secula nomen.
 Sed facile incertis vulgi rumoribus aures
 Porrigere, & vana famæ leuitatem moueri,
 Turpe, infame, nocens, longè à grauitate remotum.
 Res præsga mali fateor, nimis omnia semper
 Importuna notans & solli. itudine nunquam
 Liber amor. Natura hominum sic pectora fixit:
 His stimulis Deus aseit mortalia corda.
 Non nego, sed nonne est animis regalibus ultrà

Com-

BAPTISTAE MANTVANI

Communē hanc naturā hominū fas surgere, & vmbra
 Hanc vexantem homines in honestantemq; fugare?
 Heroës & semideos à plebe vetustas
 Dissociat, nec eos alijs mortalibus aquat.
 Sic reges homines dominos prestare volebant,
 Vt premere affectus animosq; retundere possent
 Ante suos, mox illum alijs imponere morem.
 Neclabor est populos assuescere legibus illis,
 Quas reges seruare rident, imitabile regum
 Semper opus, populo morum exemplaria reges.
 Ergo redundantes lachrymas & amhela parumper
 Ora preme, & populi mentes lato ore serena.
 Talibus amissas vires generosa virago
 Instaurare parum visa est, ac tollere mentem
 Altius, atq; graui curarum emergere ab astu.
 Interea princeps iam decrecente parumper
 Liberior morbo cupit ire, & patria regna
 Mantosq; videlicates, & sistere regno.
 Solis equos iam libra tepens deflexerat austrum
 Versus, & autumno surgebat Athlantias alto.
 Per Sulmonis agros Pelignaq; rura cohortes
 In patriam signis late & victricibus ibant.
 Dux ager modò rectus equo, modò curribus actus,
 Vextatus nonnunquam humeris praeuntia lento
 Castra gradu sequitur, coniunx Isabella regressum.
 Docta viri præmittit opes, atq; aurea dona,
 Vina, vnguentala, lenes tunicas, & byßina vela,
 Lenimenta mali, & solatia blanda marito.

Mittere

TROPHÆI GONZAGÆ LIB.V. 185

Mittere & omne etiam medicamen, & arte medendi
 Insignes conata viros, teq; optime vatum
 Ante omnes Baptista domus æterna Ferarum
 Gloria, Tyresia decus immortale nepotum.
 Tu Cœi secreta senis, tu centaura ca
 Gramina, tu succos fomentaq; Bethyca nosti.
 Galleni tu sensa tenes, quæcunq; leguntur
 Montibus in Colchis, quicquid mare mittit ab Indis,
 Quicquid ab Assyrijs, prohibes ne tartara possint
 Expugnare hominum vitas, ne sydera fluxu
 Sint infesta malo, fatisq; furentibus obstas.
 Nec tibi Misarum minus intellecta supellec,
 Ac Phœbea domus. Tibi carminis author Apollo
 Omne suum patefecit opus, seu Lesbia pulsas
 Barbita, & Alcæi numeros, seu cincta cothurno
 Crura feras Smyrnæa mouens ad carmina plectrum,
 Siue velis modulari elegos, præsentia vincis
 Tempora, & antiquæ compar tua gloria laudi.
 Ergo rbi Ticensis mare verberat vnda Truenti
 Obuius agroto primus medicamen adortus:
 Ignis edax anima per membra iacentia serpens
 Hauserat arentes consumpcio humore medullas.
 Nec requies, saeubit agens in corda venenum
 Indomitum, vicitamq; animam rapiebat in vmbras.
 Tu velut Alcides diram spirantia mortem
 Vndiq; Lernai truncavit guttura monstri
 Id Stygium resecas virus, succoq; potenti
 Non junis arsuros pestem flagrare per artus.

aaa

III

BAPTISTÆ MANTVANI.

Interea coniunx (amor impetuosis & acrem
Fert animum pietas) Nuruum comitante caterua
Centauro inuehitur magna, sequiturq; carinam
Ante remulcantem pis oja per aquora Minti,
Per Phætonis aquas perq; humida regna parentis.
Ut nulla est menti requies, ira nulla lacertis.
Nocte dieruit ære Padi spumanti a terga
Nanita, populeos vento faciente sisurros.
Mænia transibant argentea, cùm sopor vmbram
Sydereis Isabella oculis immisit, eburno
Fulta genam cubito dulci resoluta quiete est.
Continuò rupem visa est ascendere in aliam,
Lata vbi gramineo diffunditur area campo.
Tyrrhenasq; audire tubas, & tympana & omnem
Militie, Martisq; sonum, tum cernere gentem
Innumeram, nii idasq; diies ire ordine longo
In templum gradibus quod centum aszenditur altis,
Templum ingens, cui montanis frons ardua saxis
Texitur, & rigidas attollit in æra cautes
Et scopulos, instar montis, cui plurima surgunt
Cornua, & in cœlum magnis se molibus effert.
Limen vtrungq; chalybs, postes & ianua duro
Aere rigent, tegitur facies pendentibus armis.
Sunt clypei, sunt thoraces, & abenea vincla,
Effeda falcati currus, naualia rostra.
Delubri in mediobrevibus suspensa columnis
Fert epigramma notis incisum grandibus ara.
Virtuti & magnis sacrata heroibus aras,

Illuc

TROPHÆI GONZAGÆ. LIB. V. 185

Illic magnanimi proceres descendere visti
Aere coruscantes, & odoribus ardua cincti
Tempora Daphnais, quos inter cernere Pyrrhum,
Chaonia regem Pyrrhum, sobolemq; Philippi
Magnanimam, Hannibalemq; putat, Libyæq; ferentem
Nomina Scipiaden: Pompei & Cæsaris ora
Atq; supercilium Marij, Syllam atq; loquacem
Marcellum, Augustumq; patrem, rigidumq; Catonem,
Innumerosq; alios, quorum area viderat ora
Docta vetus saclum. Proceres vbi sedibus altis
Impositi signo tenuere silentia facto,
Ecce nouus Dux tor multo cum milite portas
Ingreditur radians armis & caside aperta,
Gallorum spolijs dives, grauibusq; catenis
Implicitos dicens Belgas, & Vassonas altos.
Ibat iter verrens gladio, quem agnoscere coniunx
Visa oculos immota manet, sub caside vultus
Conficit ardentes, & lumina syderis instar
Lucida, & incessus passu surgente leuatos
Elatosq; humeros, & pectora lata, virumq;
Dulcibus agnouit curis, se inferre per agmen
Est animus, tenerisq; amplecti armata lacertis
Colla, pudor tenuitq; pedes vocemq; repressit.
Mirabunda tamen cilijs considerat altis,
Quores tanta cadat, videnti assurget totum
Confessum videt, atq; ipsum se flectere & ante
Cæsaris ora genu (nam Cæsar in agmine tanto
Primus erat) curvare super puluinat abenum.

aaa

Tum

BAPTISTAE MANTVANI

Tum manibus palmam Cesar dedit, atq; reuulsa
 Caſide vicitri complexus tempora lauro
 Erigit, Hannibalemq; inter Pyrrhumq; sedere
 Iubat, & aeterno iuuuenem decorauit honore.
 Hic sopor extintus, subito sibi reddit a virgo
 Ea, ait, ô validi remis confurgite nauta.
 Flectite & umbrosa naues appellite ripe.
 Hac referens iubet apponi flauentis Hiacchi
 Cymbia, triticeam cererem, pernasq; suillas.
 Dum dape restitunt vires, sua somnia puppi
 Narrat, & excito redenit in gaudia plausu.
 Mox iter iuuadunt alacres, antiqua Rauenna
 Teſta ſenectis magna ambitione subintrant.
 Ipsum etiam placido lapſum super aquora curſu
 Attulerat lux illa Ducem, qui coniuge visa
 Latus in amplexus dulces & in oscula tendens
 Hic finis languoris, ait, conſternite menſas,
 Et laute curate dapes. Dum talia princeps
 Voce refert, germanus adeſt Sismundus & ingens
 Nobilium cætus procerum, quos vrbē relicta
 Traxit in occurſum pietas, ſtudiumq; videndi
 Tam celebri fama illuſtrem, tot honoribus auctum.
 Gaudia in ardeſcunt, labor eſt tot iungere dextras,
 Colla tot amplecti, potuit translata videri
 Mantua & in veterem populos miſſe Rauennam.
 Ergo epulas turmatim ineunt, menſasq; coronant,
 Aemula Cretæ latici Liuiana capaces
 Vina grauant pateras, ſpumantq; albente Lyæo

Cym-

DE FORTVNÀ GONZAGÆ. 187.

Cymbia, & aurati calices, obſonia menſas
 Lauta onerant, pinguesq; fecant in fruſta iuuencos.
 Mane vbi iam lucem ſurgens aurora reduxit,
 Victorem in patriam dominum comitantur ouantes.



BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI, CARMEN DE FOR- tuna Francisci Gonzagæ Marchio- nis Mantuae.



Ortunam antiqui vates dixere bifron-
 tem,
 Et modò terribiles in nos conuertere
 vultus,
 Clementem modò fefe oculis promit-
 tere blandis,
 Nec feruare fidem, ſed calliditate proterua
 Principibus regnisq; graues inducere caſus,
 Quod si ſcire velis non dementiſſe Poëtas
 Authores documenti huius, legetem poris acta
 Inclita præteriti, veteresq; recurre per annos.

aaa 3

Aſpice

BAPTISTÆ MANTVANI

Aspice Pompeium terra pelagoꝝ ferentem
 Victrices Aquilas, & mox quasi fulmine missio
 Cœlitus attonitum, magnoꝝ d’ Casare viatum
 Ire vagum, & tutas inuestigare latebras
 In cassum, dirumꝝ volentem euadere fatum.
 Nectibi leta magis Casar fuit, omnia namq;
 Ut tibi subiecit terrarum regna, repente
 In tuac iniles armavit pectora dextras.
 Et quanquam aduersi venisset epistola casus
 Nuncia, nil tanto tamen in discrimine iuuit:
 Namq; tuam mentem in vincis fortuna tenebat.
 Pratereo quod te nantem videre marina
 Narmina, quod captum pelagi tenuerelatrones.
 Fullit mille modis homines, audacia cum vult
 Corda facit, gelida cum vult formidine lentae.
 Fraude potens magica sensus circumuenit omnes,
 Mille beneficijs agitat præcordia, mille
 Lumina præstigij, falsis mille artibus aures
 Fascinat, irretitq; homines, ut aranea muscas.
 Ultorem picea tremefecit imagine Brutum,
 Nec genius fuit ille, fuit fortuna duobus.
 Casarea mortis socijs qua triste ferebat
 Augurium, sinem infaustum, mortemq; cruentam.
 Aequorei falsa veniens in imagine monstri
 Attais occurrit equis, & in aspera tesqua
 Litoris excusso currum rectore volantem
 Compulit incestus sceleri famulata nefanda.
 Pugnatur enim Turno quem ferre solebat

Inuidia

DE FORTVN A GONZAGÆ.

188.

Inuidia subduxit, fragilemꝝ subintulit ensem,
 Qui duo conflicti primo se in fragmina soluit.
 Te verò Palinure volens detrudere puppi,
 Et dare præcipitem, vigilantia lumina b'ando
 Paulatim inuasit somno, quem sap' reluctantis
 Cum iam viuiss, missus ad lumina lymphis,
 Indignata manum iniecit, traxitq; sub vndas.
 Sic vi, fraude, dolo facit omnia, & omnia versat
 Pro arbitrio, ridens hominum studia atq; labores.
 Nos quoq; tempestas ista, o Ptolemae, ridegit
 Is lucidum, in lachrymas longa in suspiria, quando
 Aegidius frater nobis cum principe raptus
 Ante diem, missus princeps in vincula, frater
 In tumulum, datus in prædam furialibus armis.
 Damnum vtrunq; ingens, & longo tempore flendum.
 Spes reditus qu' edam nobis medicina videtur
 Principis in casu, sed tu, suamissime frater,
 Implius ad superas non es reuocabilis auras,
 O iuuenis miserande, domus, dum vita manebat
 Grande decus nostra, quam te fortuna repente
 Sylulit ex occulo, & funere mersit acerbo.
 Te mea sperabam visurum funera, quando
 Tu validus, longo titubans ego tempore, quando
 Id tua poscebat probitas, sinceraq; virtus
 Digna coli, tibi quæ dominum placabat & urbem,
 Ne tum nos studijs & amore & sanguine iunctos.
 Id quoq; non paruo nobis mærore dolendum est,
 Quod te cum multa Gallorum plebe iacentem

aaa 4

Iamq;

BAPTISTÆ MANTVANI

Iam simul fossa in campis tellure sepultum
Cernere non lucuit, patrioq; inferre sepulchro.
Sed quid opus querulis amittere vocibus horas?
Aeternum Germane vale, tua semper imago
Mentibus in nostris, tua dulcia nomina viuent.
Rursus ad incæptos redeant vestigia cursus.
Non promittat opem cuiquam prudentia rerum,
Pendit eam fortuna minus quam fulmina summos
In metis apices, & in altis montibus ornos.
Acre quid ingenium Cicero tibi profuit? Argo
Quid centum circa ora oculi? Deleuit vtrunq;
Sors aduersa decus, magnorum oblitera virorum,
Et decus & meritum. Quid enim meruere Catonis
Innocui manes? & qui cecidere sub armis
Tot Fabij? Quid passa suam Lucretia dextram?
Affice victorem Libya cui nomina fecit
Aphrica Scipiaden magnum, quo iustior alter
Non fuit Aeneas longea in stirpe nepotum,
Hunc patria pietas, hunc bellica gloria tantum
Pradicat, ut fines magni pertranseat orbis
Fama volans, & mille manens in secula nomen.
Causa latet cur nam tantas exercuit iras
In talem fortuna virum, quem tota vocabat
Roma patrem, quæ plebs quoddam quasi numen habebat.
Sed quid opus multis? visa est fortuna moleste
Id quoq; ferre, solent ciues odisse tyranni,
Quos plebeius honor nimis affectatus adorat.
Ergo volens occulte hominem vexare, malumq;

Dissi-

DE FORTVNÆ GONZAGÆ. 189

Dissimulare animum, pedetentim incendia quedam
Excitat, inuidiam conflat, consurgere voces
Curat inurbanas, atq; incivilia verba.
Res deuenite eò, patrias ut linqueret arces
Rus abiens, atq; ingrata preponeret vrbi
Exilium, turbam & vanos pertœsus honores.
Sunt qui sydereis tribuant hac omnia fatis,
Ast ego fortuna, seu sit Deus ipse, vel altra
Est virtus hominiciuus incognita quadam,
Inferior subiecta Deo, cui cesserit ipse
Tale ministerium, tantiq; negocia regni.
Quicquid agit, iuste fieri concedere fas est.
Sed cur, scire nephas, præceps cobibere necessè est
Iudicium, Deus hunc tali regit ordine mundum.
Personas hominum nescit, sine lege superbos
Atq; humiles cilio petulans domat imperioso.
Inuenies unum toto qui vixerit auro
Liber ab aduersis Samia telluris alumnum
Ac dominum, tanquam illius fortuna fuisse
Immemor: at vita supremo in margine totum
Accipit, plenoq; haufit craterem venenum.
Annibalem victa meditantem ingentia Roma,
Ne patrio saltem posset gaudere sepulchro,
Transtulit à Libycis Ajiana ad littora campis.
Rex Macedum populos vicit penetrauit ad omnes.
Dum fors blanda fuit. Postquam ora minantia vertit
Heu miser in medijs moriens euanuit annis.
Hectora, Peliden, Laërtiadens, Priamumq;

aaa 5

Præ-

BAPTISTAE MANTVANI

Prætereo, quos ut libuit fortuna rotavit.
 Herculis occurrit furor & miserabile bustum,
 Totaq; perpetuis attrita laboribus atas,
 Euristhei durum imperium quod adire coëgit
 Tot longas heroa vias, tot voluere casus.
 Nec solum fortunam homines patiuntur, in urbes
 Ius habet, in leges, in regna, in templo, deoq;
 Religio vetus interiit, qua floruit olim
 Tam longe lateq; patens, sunt irrita Mosis
 Atq; Numa consulta, Solon filet atq; Lycurgus,
 Cum florere videt populos, regna, oppida, tanquam
 Inuidat rebus letis, vel succitat arma
 Bellica, vel terra motus, vel fulmina cœlo
 Elicit, vndantes etiam cit ab aquore fluctus
 Interras, vastoq; tegit sub gurgite campos.
 Dix, quo nunc sit Troia loco, quo celjs Corinthus,
 Adria, Carthago, Babylon, Numantia, Thebe?
 Sicut spargit hyems niuibus iuga Norica & alpes
 Teutonicas genus vnde trahunt & Rhenus & Ister,
 Sic fortuna malis euentibus omnia terra,
 Omnia regna maris, nec habet quod traueat ista
 Tempus hyems, niuibus, ventis & grandine semper
 Mortales miseros aeterna in sæcula vexat.
 Nec tamen inficias icrim prudenter agendum
 Semper, & in rebus curam studiumq; valere,
 Cum fortuna suo terrena nego: ia cursu
 Ire sinit, sed cum pulso clavum ipsa magistro
 Prændit, & inscopulos iendit, de mercibus actum est,

Nil

DE FORTVNÀ GONZAGÆ.

190

Nil opus est Tiphy arte tua, de remige & armis.
 Propterea quisquis putat infortunia nostro
 Ex errore sequi semper, mortalia nescit.
 Tum sapimus, cum iam venere pericula, nemo
 Ante, repentina properant discrimina cursu,
 Et cum cauta minus mens est humana, subintrant
 Fulminis in morem, quod non discernitur ante,
 Quam feriat, iacit ardentes fortuna sagitas.
 Quare ergo culpandus erit qui rebus agendis
 Deditus interdum casus incurrit acerbos:
 Nauta igitur damnandus erit, quidum mare sulcat
 Turbina ventorum, rapidoq; affligitur astu:
 Qui sapiunt, tales potius miserantur & optant
 Incolument, & opem ferrent, si ferris sinantur.
 Ac veluti subitis est tempestatisibus & quor
 Subiectum, dubijs sic grandia casibus orsa.
 Qualiaerant, Franci judecuss Gonzaga Latinum,
 Quadum te infelix rapuit fortuna, gerebas,
 Sitoties victor, si post tot fortia Martis
 Facta semel caperis, quanquam tibi triste & amarum,
 Non est turpe tamen, nam quæ communia magnis
 Sunt Ducibus perferre Ducem neq; turpe putari,
 Nec dici diufo debet censore pudendum.
 Contemplare alijs quid bellatoribus olim
 Acciderit, varijsq; hominum circumspice casus.
 Romulidum princeps qui te Gallene recepit
 In regni socium, Periarum à principe captus
 Vixit in arumnis, senuitq; in carcere longo.

Aemilia

BAPTISTÆ MANTVANI

Aemathia regem lusit fortuna Philippum,
 Cūm suatam pinguem cupiens in retiā rhombum
 Mittere, subridens dixit, si viuere longum
 Est animus, caute incedens ne incurre quadrigam.
 Pyrrhe Duces inter primos numerate videris
 Non cauisse tibi, quantum prudentia regis
 Debuit, hoc infert vulnus temeraria fame
 Turba tua, easum studijs qua illudere nostris
 Nescit, & euentum quem vult dare rebus agendis.
 Quid te Cyre loquar, veterum fortissime regum,
 Quis habuit Persis? virtus tua cognita Grajs,
 Cognita Romanis, nec habet tua gloria finem.
 Tamen incautum fecit fortuna putari
 Cūm Scythicos inter vicit te fœmina montes.
 Regulus à Pœnis captus, Romamq; reuersus,
 Sic illum fortuna tulit, cūm viuere posset
 Noluit, & Libycas rediit moriturus ad oras.
 A patre Pompeij vittus, Romamq; triumpho
 Dubius in insigni gemuit suaristia fata
 Ventidius, paruo domuit post tempore Parthos,
 Atq; triumphali subiit Capitolia curru.
 Sic variat fortuna vices, premit alta, leuatq;
 Infima, & instabili mortalia ventilat orbe.
 Ad noua deuenio nostris vicina diebus
 Tempora, Turchorum princeps Mahometicus Ildris
 Arma ferens contra Scythicam Mauortiagentem
 Incidit in casses, caueisq; inclusus abenis
 Admiranda dedit populis spectacula, Parthi,

Armo-

DE FORTVNA GONZAGÆ.

191

Armeni, Medi, Assyrij, quæcunq; mouebant
 Victores sua castra Scytha, videre tyrannum
 Squallentem in clatrjs atq; in pœdore sepultum.
 Nec minus infelix natus fuit, vtq; parenti
 In regno, sic in rebus successit acerbis,
 Pharsalia cum se victorem crederet, eius
 Insidijs gentis deceptus & arte Pelasga
 Præda fuit miseris ad regia colla catenis.
 Hic quoq; qui tanto Paduam molimine cingit
 Præ cinctam à magno memorant Agamemnone Troiam
 Vir populis pietate pater, vir maximus armis,
 Romanus Caesar Belgarum indagine quondam
 (Cognita res vulgo est) captus virtute paterna
 Vix potuit tandem vincis, vix carcere solui.
 Te quoq; qui tanta cum maiestate gubernas
 Insibres, Ligures, Gallos animose Loise
 Iuuent fortuna domi, laqueosq; tetendit,
 Affixitq; diu, tecum mox fædere facto
 Fauit, & indulxit tantum telluris & vnde.
 Sunt quibus est inimica semel fortuna, subinde
 Leta fit, & rursum magnos indulget honores.
 Transit ad arumnas à fascibus atq; triumphis.
 Exul & extorris Marius, speratq; reuerti
 Eurus ad antiquas celo aspirante secures,
 Et rediit, sicut pñero portenderat olim
 Nidus & innuenti septem super arbore pulli.
 Alter Otho dum bella gerit dè Cesare factus
 Mancipium rænale fuit, sed tempore paruo

Rur sua

BAPTISTÆ MANTVANI

Rursus ad imperium Romanaꝝ regna rediuit.
Tot casus numerare piget, tot testibus vti
In rebus minimè ambiguis, damnable propter
Iudicium quorundam hominū, qui incessere pergunt,
Quos niti virtute vident, & surgere in altum.
Non tamen Alfonſi fortunam & fata ſilebo,
Ipſe Pyrenaicꝫ Tyrrenhem nauibus aquor
Dum premeret Campana petens, Regumqꝫ Ducumqꝫ
Agnine ſtipatus magno ſibi debita regna,
Vi ſubita in prædam datus eſt Genuensibus armis.
Ductus ad Inſubres (nam tunc Inſubria habebat
Imperium Ligurum) magnis cum Heroibus, illam
Fortunam tulit aquo animo, ſed cruda Philippius
Inſubrum Ductor regum infortunia fleuit,
Continuoqꝫ vt rex ſolo contentus honore
Non vt Pelides qui vendidit Hectora patri
Corruptus lucro, reges & murice & auro
Donatos ſua collachrymans in regna remiſit.
O diuinum hominem quis te laudauerit vñquam
Vt tua laudari debet clementia? certe
Illud opus cœleſte fuit. Tu gloria ſecli
Non moritura tui, facinus narrabitur iſtud
Dum vaga perpetuo lucebunt ſydera cœlo,
Per genus omne hominum, tu vera exempla dediſti
Regibus, vt memores viuant pietatis & cui.
Sic quoqꝫ Pompeius quondam Tigrane ſubatto
Mente agitans quidſit ſubitō deſcenderere regem,
Qui ſolitus dominari alijs mortalibus, ima

DE FORTVNA GONZAGÆ.

193

Vſqꝫ ad victoris vultu vefigia prono
Condoluit, mentem pietas citō mitigat altam:
Vili animo nulli eſt pietas, crudeſit in horas
Amplius, & cilio vičis insultat atroci.
At Deus ad veniam pronus placibilis ira eſt.
Regi igitur ſua regna dedit regalia verba
Adiiciens regali operi, nam itaſia fatuſ:
Res præclara quidem reges depellere regno,
Non præclara minus regnum dare. Dignius iſta
Voce nihil, facio nii magniſcentius iſto.
Craſus apud Lydos dum ſeputat eſſe beatum
Perdidit imperium, rapidoſ projectus in ignes
Non potuit ledi flammis fortuna repente
Compreſbit ſubito famoſa incendia nimbo.
Grande decus gentis consul Nasica Latina
Captus ad Inarimen, & Punicā vincula paſſus
Nanigat in Libyam, ſed mox de carceris umbris
Venit ad amifſos fasces primasqꝫ ſecures.
Obruor exemplis, rerum me copia vincit,
Cedaſit igitur volucri rediens ad littora curſu.
Cum fuero tecum paucis Gonzaga locutus,
Sorſtua non debet cenſeri afferimā, quando
Non natos, non imperium, non abſtulit annos.
Sic Deus errori ſolitus ſuccurrere noſtro,
Quos amat ethendat, ſceleriqꝫ imponit habendas,
Quos odit peccare ſinit, neqꝫ corrigit vñquam.
Addo quod à multis bac te fortuna periclis
Subtraxit, qua Martis agunt mala tempora ſecum.

Nec

BAPTISTAE MANTVANI

Nec te ad barbaricas gentes, nec ad impia misit
 Regna Arabum, vel Persarum, vel Bactrianorum,
 Ductus apud Venetos opibus prudentia & armis
 Excelsum clarumq; genus, testatur origo
 Euganeos habuere patres, par regibus ipsis.
 Publica res gentis Veneta, qua tempore longo
 Praesidium fidei nostra fuit, obijce forti
 Sustinuit Turcorum iras atq; aspera bella.
 Semper apud Venetos stadium sapientia, & omnis
 In pretio doctrina fuit, superauit Athenas
 Ingenijs, rebus gestis Lacedaemonia & Argos.
 Vrbs preclara sequens prisca vestigia Romae:
 At modo fortunam atrocem patiuntur & astra
 Impia, vt Aenea quondam cum turbine tanto
 Hannibal exultans capiunde incumberet vrbis.
 Et quoniam tecum virosa absynthia potant,
 Facti humiles meliorem animum mentemq; benigna
 Accipient, miseri miseris mitescere discent,
 Quando aliter rigidinequeant lentescere sensus.


Interea summus seruit tua regna sacerdos,
 Seruat & armipotens Cæsar, tibi militat omnis
 Gallia, & in portu puppis tua nauigat, vxor
 Qua tibi fido magis, quam Penelopea marito,
 Pignoraq; & fratres, sed quem Romana decorat
 Purpura præcipue, sacri pars magna senatus,
 Et tibi deuoticiues tua cuncta gubernant
 Consensu unanimi, populis corda ignea flagrant,
 Atq; ardent saturare tuo sua lumina vultu,

Præser.

DE FORTVNÆ GONZAGÆ.

193

Praesertim tuus quite Ptolemaeus adorat.
 Fortunam fer magno animo, quo tanta tulisti
 Inuidius foris atq; domi. Sic apera vinces
 Tempora, sic tandem ponet fortuna furorem.
 Ne dubita, sperata salus iam proxima, si non
 Affuerint homines, aderit tibi totus Olympus.
 Theseus Aegides procūl ad Minoia regna
 Missus, vt informi fieret cœna impia tauro.
 Repperit effugium, monstros abiecta marinis
 Andromede, cūm nec pelagus, nec terra salutem.
 Mitteret, auxilium venisse per aëra fertur.
 Cum Triuia cultros esset passurus Orestes,
 Protinus agnouit fratrem germana sacerdos,
 Ipse etiam fatis olim depresa malignis,
 Cum Zephyris iugulanda foret, sublata repente est
 Vsuperum, gelidamq; volans tranauit ad Vrsam.



bbb BAPT

BAPTISTAE MAN
TVANI CARMELI,
TAE THEOLOGI,
IN ROBERTVM SEVERI-
natem, Panegyricum
Carmen:

AD CLARISSIMVM EQVIT EM DOM-
num Ludonicum Gonzalem Hispanum diuī Ia-
cobi Gallici commendatarium
dignissimum.



EMIDEVM Veteres insignia fid
Poëta
Maconis vni fidibus, grandiꝝ cothu
no,
Et tenebris claram in lucem traxen
canendo.
Propterea magni tumulum miratus Achillis,
Pelleo genitore satus, dum mænia Troie
Litore sigeo, laceramꝝ iniiseret urbem,
O fortunatum iuuenem, cui carmine (dixit)
Mæonio dici, tantoꝝ ad sydera cantu
Contigit extollis famaꝝ repellere mortem.
Sed tamen in sacros sors est minus aqua Poetas:

Nam

CARMEN PANEGYRICVM. 194
Nam dum magna canunt Heroum facta, putantur
vana loqui, quia vulgus iners, & languida corda
Dum sublime nihil curant, & segnia ducunt
Ocia, virtutis durissima pectora nunquam
Commissus & fortes contrectauere lacertos.
Noctua phœbeum visu non sustinet orbem:
Hoc etiam Iouis armigeru putat esse negatum:
Sic genus hoc exangue suis, quod viribus impar
Autumat. Herculeos excedere iudicat ausus.
Cedite degeneres animi, noctemqꝫ subite
Tartaream: stygijqꝫ lacus teterrima lustra:
Lumine qui tremulo claros non cernitis ignes,
Nec, quales habeat virtus, discernitis alas.
Quis Lerna, Nemeqꝫ feram, saltusqꝫ Molorchi,
Quis domuit ceruā aeripedem? quis & abstulit angues
Vertice de Lycij montis, flammamqꝫ Chimerae?
Et quis semiferis iuga dicitur hospita monstris
Oppressisse? fuit labor & solertia tanti.
Ampla quis ex uno confecit marmore tecta
Thraicio fundata solo: qua magna Perinthus
Ante fuit: priscum mutauit Heraclea nomen?
Ardua pyramidum quis culmina nubibus aequat?
Quis tantis Epheſum templis? quis turre Canopum
Lucifera? Libycas olim preſit quis arenas
Mole Iouis tanti? quis vicit Amazona fortē:
Quis Lapithas duroqꝫ truci Laſtrigonas ore?
Alpinum quis stravit iter? quis marmor aceto
Rupit, & aternis canentia saxa pruinis?

bbb 2

Hæc

BAPTISTAE MANTVANI

Hec facit assiduo sudâns in puluere virtus.

Quattuor in magno rerum primordia mundo
Secretis abstrusa locis ignotaq; regnant,
Scilicet hec, fatum, virtus, fortuna, Deusq;.
Iura Deo maiora manent, cui proxima virtus,
Tertia fors fato, cui se fortuna ministram
Exhibuit, flammis virtus durata geluq;
Fortunam, fatumq; domat, dare sola triumphos
Et leibus rectare roris, intexere lauros
Frontibus, & viridi raptum de cespite gramen
Ipso potest, fulvo lucentes are coronas
Signaq; partitur nauilibus ardua rostris,
Et faciles myrtos exanguis præmia belli.

Hec monstrare volens sua quanta potentia sedi
Plurima prateritis hominum sublimia fecit
Pectora, sed nostro non vsa minoribus aeo
Viribus illustrem bellî pacisq; Robertum
Protulit officijs, seq; effudit in illum.
Ipse caput sacrum totamq; simillimus illi
Corporis effigiem, casu si pingat Apelles
Insignem clarumq; ducem voluisse Robertum
Fingere, & exemplar ductum credetur ab illo.
Cerne virum, videt' excelsa qua gloria fronti,
Quis capiti decor in canos? qua gratia vestit
Lumina, maturo quid maiestatis in ore
Fulgeat? extantes humeros pectusq; lenatum
Leniter, & setosa thoris porrectâq; cerne
Brachia neruorum solida compage ligari.

CARMEN PANEGYRICVM.

195

Praesiaventuri iussuq; excita Tonantis,
Tale duci natura decus largita futuro est.
Quam bene cristata recumbant sub caßide crines,
Quam bene sub torace sedent manorta corda?
Non erata grauauit viridem lorica senectam,
Non validam grauis hastam anum, non ilia fulgens
Ensis, & horrificum spargens romphaea nitorem.
Cum rutilare truces conos, adamantaq; summo
Vertice vibrante latè diffundere flamas
Aduersa videre acies, trepidare videres
Corda manusq; virum, tremulaq; in stapede plantas
Stare loco necire, ducis praesentia tanti est.
Sicut vbi Libyæ per inhospita ruraleonem
Iratum videre fera, si fidere cursu,
Sitetare fugam nequeunt, ante illius ora
Deposita ceruice iacent, regemq; fatentur.
Nec semel ant uno tantum fuit agnita virtus
Italoco, procul Europam discurrit in omnem.
Qua premit aeras Gallis in finibus alpes
Hiberno Cynosuragelu, qua murmurat aquor
Hadriacum, qua rura Lygur saxosa colonus
Exercet, mitesq; legit de collibus vuas,
Tyrrhenio Siculoq; madent vbi littora fluctu,
Facta ducis celebremq; sonant ora omnia famam.

Quid referam virides annos? cum venit in arma
Penè puer, patrui mores, & fortia semper
Signa sequens: tenera prima lanugine malas
Claudere fulgenti galea tum cœpit, & armos

bbb 3

Delicijs

BAPTISTÆ MANTVANI

Delicijs rigido positis circumdare ferro.
 Sicut Marmarici soboles primæna Leonis,
 Iana pendente iuba, curuis rbi fortior etas
 Vnguibus & validis armanit dentibus ora
 Stare nequit, cursuq; feras, saltuq; fatigat.
 Sic puer vt flagrans Picena per oppida fulmen
 Transiit, & celeri fregit tot mænia marte.
 Non maioratulii virtutis signa futura
 Scipio, cum pauidis tranans pro ciuibus equor
 Attulit in Libycam strages & funera gentem.
 Quid repetam victis antiqua pericula Boijs?
 Scit Derdon Tanarusq; furens, Tanaroq; propinquans
 Eridanus, nec non Insubris flumina Lambri.

Quid, cum vix secum rapuit sua signa Iacobus
 Aufugiens? erat ille tamen non. segnis, & artem
 Palladium doctus, sumptaq; acerrimus hasta.
 Non Marius Cimbrum maiori clade furentem,
 Nec Marathon fudit maiori turbine Persas.
 Milciades quando subitis congressibus hostem
 Fregit, & ingentem sepeliuit sanguinc campum.
 Adde Fluentinis pugnam prociuib; adde
 Flaminium (poterit meminisse Bononia) Martem,
 Ipse quoq; à Gallis magnos sortitus honores,
 Militiam sub rege diu, tractauit & arma.
 Quis canat assumptos olim pro rege labores,
 Quem modò fata premunt? quis Parthenopæa per arua
 Flagrantes referat pugnas? mille oppida, mille
 Terruit excelsis positas in montibus arcis.

Postquam

GARMEN PANEGYRICVM.

196

Postquam sydereo moriens Alfonsus O'ympos
 Claruit, & magno cælum repetiuit honore:
 Arnes & Alphaea meminerunt humida Pisæ
 Mænia cum patrio missus de littore miles
 Durius in Tuscos magno ruit agmine campos.
 Scit quibus immensum traiecit pontibus amnem
 Luvavetus: qualesq; dedit tuba martia cantus.
 Scit veteris Lunæ tractus Nymphæq; marine.
 Cum duis Anguigeri Stygio caput abdidit orco
 Ulrici mors alta manu, cum plurima crevit.
 Seditio, fortuna grauem meditata Roberto
 Perniciem, viriute nouos abigente tumultus,
 Et fraudes retegente Deo delusa retraxit
 Lora dolens, gemuitq; dolos exire latentes.
 Bis patriæ latuus opem, bis pulsus iniquo
 Sydere, virtuti saltem satis undiq; factum est.
 Semper habet ventos placidum, quibus exicit et æquor
 Aeolus, & nautis cursus fortuna secundos
 Inuidet, & crebrum ferit alta Ceraunia fulmen.
 Sed magis excelsa patuit solertia mentis,
 Cum seruile ingum Genuæ contrivit, & urbem
 Egregiam Lygurum terra pelagoq; potentem
 In pacem antiquam libertatemq; reduxit.
 Quam tamen ante graui patriæ subiecerat astu.
 Hoc orbis miratur opus, superare videtur
 Id facinus tam grande fidem, sed vidimus ipsi:
 Nec tantum liuor potis est abscondere lumen.
 Clasica, & armorum strepitus & cornua ranco

bbb 4

Irritata

BAPTISTÆ MANTVANI

Irritata sono contortaq; sulphure saxa
Audiuerē procul Cyrne, Sardoaq; tellus.
Sicut vbi Augustus celsa sub Leucade vīctor
Agmina disiecit Phario crepitantia sifstro.
Non animis tantum Fabios valuisse trecentos,
Qui patriæ vallum sese fecere, suoq;
Corpore clauerunt aditus hostilibus armis
Crediderim, nec te combusto Scanula trunco.
Cum furor Ausioniam nuper Maiortius omnem
Subvertisset, opes Veneta fessumq; lababat
Imperium, vires Italia concordibus armis
In Venetum magnos simul exciūre tumultus.

Arma viros fractasq; Padus sub gurgite lato
Voluit adhuc classes, & adhuc tinnibus aures
Ferrariæ tantis resonant; calcata paludum
Stagna quibus vix ante fuit via piscibus, altos
Sub quibus irato nabat Padus æquore: pontes
Nec laudare satis possum, nec credere quenquam
Posse reor, nisi qui tantis interfuit aufis.
Non melius Rhenum Cesar Rhodanumq; sonantem
Edomuit, rapidum non sic Augustus Araxem
Ferre iugum docuit, ripisq; adiungere ripas.
Heu quantos luctus illis quot saua diebus
Funera sollicitæ rapto pro pignoremates
Accepere. Ferunt Athesim per rura cruentum
Iffæ diu ripis toto marentibus anno.
Ipse etiam vitreis qui pascua diuidit vndis,
Mintius accepta varianit cæde colorem,

Sangu-

CARMEN PANEGYRICVM.

197

Sanguineumq; bibit mixtum puluere rorem.
Solus Martis onus tanti furiasq; Robertus
Sustinuit, solus tantos compescuit ignes.

Nec tantum Coctes, nec tantum Curtius vñquam,
Moliri potuit, veteres sua sæcula laudent,
Nostra suis etiam non sunt fraudanda tropheis.
Hic quandoq; moras Fabij, quandoq; furorem
Casareum simulans, vario stratagemate vīctor
Italia sese ingenti præficit honore,
Communemq; hostes ipsi fecere magistrum
Militiæ, nec eos puduit discedere ab armis,
Et pacem petere, & palmam præbere Roberto.
Credimus officijs olim longæua datus
Signa triumphalem Venetos ingentibus arcum.
Nam penes hos viuit prisæ virtutis imago,
Et veteres equant regnis crescentibus annos.
At nunc Romanas arces, gentiæq; Latinae
Regna, quibus quondam totus non obftitit orbis,
Et violata sacri defendit iura senatus.

Vtorem hunc omnes, assertoremq; salutis
Asciuere sua, populi quos Brutia tellus,
Quos Garganus alit, Marsi, fortisq; Sabini,
Et Locri, quos, ut fama est, iniusa tyrannis
Compulit indignam bellis, auertere sortem:
Et Diomedai ciues Dauniq; nepotes,
Lucani, Calabriq; omnes, atq; Hernica saxa,
Vno omnes clamore vocant, vnoq; Robertum
Ore petunt, altis prærupta collibus arces

bbb 5

Auxi-

BAPTISTAE MANTVANI

*Auxilium vento explicitis insignibus orant.
Ipse per hostiles Latij modo fulminat agros,
Parthenopen Cumasq̄ petens, cataphracta sequuntur
Agmina, iam Clanum magnus iam pulsat Acceras
Clangor, & ingenti trepidat Campania motu.
I decus Italie, tantoq̄ accinge labori,
Prateritisq̄ nouam meritis hanc adiye laudem,
Quam delere sequens annis labentibus atas
Nulla queat, quæ cælo ipso scribatur & astris.
Parcetamen miseris, nec te fortuna superbum
Efficiat, casu virtus dominetur in omni.*

*Sed quibus antiqua laudis te heroibus aquem
Aufonia cœlos & saui gloria Martis
Nesio: nam paucos horum syncera coronat
Fama, vel vnicolor probitas: sed criminè virtus
Multoties offensa cadit, mutatq̄ colorem
Virgineum, ceu cum terrenam Cynthia nubem
Intrat: & amissio perdit sua lumina Phæbo.
Cæsar ut edomito laudem fæliciter orbe,
Sic meruit summum violata turpiter vrbe:
Dedecus, atq̄ favis taxos iniecit amaras.
Adde, quod e magni templo Iouis impius aurum
Sustulit, & patrio maculauit sanguine dextram.
Tu verò patriam seruas, limenq̄ paternum
Exulibus reddis: quos non sententia legum,
Sed liuore furor tintitus fugat, Herculis instar
Ad commune bonum genitus. Tu templa Deumq̄
Eximis oneras donis, labentia multo*

CARMEN PANEGYRICVM.

198

*Restituis delubra situ, tua dextera nulla
Cade madet: fuluumq̄ tibi non imperat aurum.*

*Annibali verò clades præconia nostra
Magna ferunt, sed fæmineis, qui vicerat omnes,
Vincitur illecebris, partosq̄ offuscat honores.
At tu blandicijs rigidum muliebribus ensem,
Et celeres præponis equos, ignava perosus
Ocia continuis robur sudoribus auges.*

*Sed neq; tu Libycam miti sub pectora claudis
Perfidiam. Tu namq; fidem, tu fædera seruas.*

*Decolor Aemathij regis canit India nomen
Perpetuum, sensit celebrem Taprobana famam
Terra iacens noctes vbi sol facit igneus aquas:
Sed tamen ille graui quoties erat excitus ira,
Leta cruentabat turpi conuicia cæde,*

Atq; furens aliquem comitum, mucrone petebat.

*At tua tam grauibus non altuat ira procellis.
Nam subitos minata premit prudentia motus*

*Etcitò sydeream spargit clementia frontem,
Vnus adest, cui te similem tua lactea virtus*

Efficit, & nulli probitas obnoxia culpa

*Scipio: qui tanto felix cognominè nunquam
Criminis illustres maculauit labet triumphos.*

*Fama facit vos vna pares, vos vnu honestis
Iustitiae vos vnu amor; par cura pudorio.*

Vna gubernandi celebrat solertia Martis,

*Adde, quod ille mori pauper, quam viuere auarus,
Maluit, abiectis opibus seruuit honori.*

Resti-

Mari-

BAPTISTÆ MANTVANI

Mancipium virtutis erat, que summa putatur,
Solaq; libertas, sunt vincula ferrea mores
Indomiti, mentesq; iugo scelus arctet iniquo.

Te quoq; Pompeio patriæ pietatis & aqui
Suadet honor conferre, vetat graue funeris omen.
Si te militia plures, & rebus agendis
Aequiparant prisci lectis annalibus aui
Religione parem tibi non offendimus ullum:
Tu mare, tu Siculos fluctus, & limen Acesta,
Alcinoi⁹ domos, regnum Phœacis Olybi,
Phœbaam tu naue Rhodon petis, atq; Cythera.
Carpathio pretenta mari, Persicq; saxa,
Tristis rbi Andromede monstros obiecta marinis
Fleuit, & aquoreo Christi præsepio cursu
Quaris, ut horrendi videoas causa saxa sepulchri.
Nec contentus eo Nilum, & Memphitica regna
Transis, & immites Arabum progressus ad oras
In iuga venisti longo Panacea labore.
Cinnama per campos illic, & thura leguntur.
Illa niger Nabathœus arat falicia rura,
Et legit ex multa spirantes arbore succos.
Mox iter ad sancti prarupta cacumina Montis
Vertis, rbi duro stillantes marmore guttae,
Diuinum testantur opus, quia languida morbos
Membra fugant attacta graues, hinc virginis ingens
Gloria Cyprigena totum vulgatur in orbem.
Te maris & terra fecere pericula sacrum,
Hoc iter ille, labor summo te a scripsit Olymbo:

Nel

CARMEN PANEGYRICVM.

192

Nec sinit hostiles in te sauire cateruas.

Quare age Romuleos dux fortunatae penates,
Et Latias tutare domos, succurre tuorum
Casibus, & miseros Siciliū d finibus audi.

Vt postquam domito florens victoria regno
Te reducem nobis dederit, cum laude triumphum
Accipiens curru venias inuestis & auro
Splendidus, & niueos videoas sudare iugales
Axe sub aurato, sparsis candardibus alta
Circum colla iubis, gressusq; audere superbos:
Sed frans parere tamen, legemq; magistri
Composito seruare gradu. Descendet ab alto
Limine solenni pompa plebisq; patrumq;
Cinctus, & albenti gradiens in veste sacerdos
Maximus, immenso magnum decus addet honori.
Nec Tarpea tibi rupes, sed summa petentur
Limina sydereo posuit qua Roma tonanti;
Clavigeroq; patri, ventis rbi cymba secundis
Naugat in tutos spumosa per aquora portus.
Roma coronatos passim per compita funes
Ducet, & extenso claudet velamine cælum.
Per celebres aulæa vias suspendet, & omnis
Vicus odorato late spirabit amomo.
Tum tuba pacificos cantus, alternaq; reddet
Carmina partitis vicibus, tunc tibia dulces
Ad numeros inflabit ebur, totoq; sonabunt
Aethere plaudentes populi, sonus omnibus idem
Latitia confusa erit: ruet vndiq; magnum

Multi

Multisone pelagus turba,tibi gestet omne
Limen,& ex alto spectabunt culmine matres.
In vultus conuersa tuos suspensa manebit
Roma diu:talem prisci videre triumphum
Paulus ubi antiquos Macedum populatus honores
Alta catenatum tulit in capitolia regem.
Sic,precor,hæc olim liceat mihi cernere pompas,
Et cantare tuas maiori carmine laudes.

Nos tibi viuenti tantos debemus honores:
Sed vita maiora manent te dona futura.
Qua dum flagranti cuperem cognoscere vota,
Orassemque diu superos,aruspice dedisse
Candida cum gemitu lucentibus orgia flammis,
Ipsa nec ambiguis tandem monstrata figuris,
Et miro sunt visa modo.Dum Palladis humor
Pasceret ardenter lychnum,suspensa tenebam
In multam vigilans noctem,vix lumina somno
Affergente graues lethæo flumine sensus.
Sive sopor,seu mens excessu capta profundo
Egerit hoc,tolli in magnana sum visus Olympi,
Sublimemque Dei patriam:quo nubila nostram
Nulla ferunt noctem,cœlesti lumine virgo
Circunfusa caput sacrum,frontemque serenam:
Cui fulgens insigne rotæ,cui lucida nubes,
Ex humeris prolapsa pedes currebat in imos:
Multimodisque fluens sinibus crispabat amictum,
Qualem nulla potest hominum solertia filo
Texere,nec viuos imitans pictura colores

Pingere,dux erat ista mibi,duxitque per orbes
Aethereos,magni monstrans miracula mundi.
Dum procul à terris,quantum se tollit in altum
Pelion,aut magni vertex sublimis Olympi
Per tenebras noctis,mediumque per aëra nobis
Esset iter:quædam pallenti corpore formæ
Ora quibus succensa,leues in tergore penna,
Vnguisque harpyis similes sine voce leuârunt
Ingentes alas,rapidoque abiére volatu,
Sicut cum magno paſcentes agmine corui,
Si subito venator adeſt,nigrantia tollunt
Brachia,& extento fugiunt per inania collo.
Territus heu qua nam virgo tetricima dixi,
Turmatim volitant tenues simulacra per auras:
Hec referens ibam lateri consertus & armo
Virginis,ut pauidi laitant sub matribus agni,
Cum truculenta feri videre lycaonis ora.

Tum virgo:Duce me nulla formidine pectus
Frigeat:haec nostro fugiunt exterrita vultu
Agmina.Sunt animi tristes,quos expulit olim
Seditio primaria,tenent hanc aëris oram
Perpetuo damnata gelu tenebroſaque regna.
Haec loca sunt,ubi Vulcanum longua vetustas
Credidit arma Ioui,triſidumque excudere fulmen.
Hic Notus,hic Boreas habitant,hic horrida grandos:
Hic sonat horrendum tonitru,nubesque per atrias,
Fluctuat hinc nubes:hinc nix hyberna per alpes
Expuitur:gelidoque solum circundat amictu.

BAPTISTAE MANTVANI

Par terra vicina magis canente pruina:
 Et lachrymis vitrei roris stillantibus humet.
 Altior hic, per quem ferimus vestigia, tractus
 Aeris ethereæ sentit contagia flammæ,
 Arde scitq; magis stellis sorbentibus: istuc
 Exima tellure vapor sublatus ab igni
 Corripitur, variosq; facit splendere Cometas.
 Hic Bolides, longaq; trabes, Xiphiaq; Dociq;
 His pegon crinesq; micant, & Acontius ardor,
 Arg; alijs sicut diuersi vultibus ignes,
 Sic quoq; diuersa sortiti nomina voce.
 His Deus ingentes rerum praedicere motus
 Venturosq; solet terris portendere casus.
 Sicut praterito Calabros cum terruit anno
 Fulgor, & ignitis ardens mucronibus astrum:
 Mox proferre caput tanti cæpere tumultus,
 Et teretes animare tubas, bellumq; per omnem
 Asoniam, & Latium Tybris potare cruorem.
 Tunc ego: Per rapidos virgo mihi transitus ignes
 Esse potest impune, leues si corpora flammæ,
 Si terrena cremant? virgo rarissima dixit,
 Flamma nec exurit, nec dissipat ore tenebras,
 Ni congesta voret terrena pabula molis.
 Ast vbi siccato vires in corpore traxit,
 Vrit, & illustrem vestitur lumine vultum.
 Hac ait, & celeri flammam tranare meatu
 Cæpimus: at postquam raros superauimus ignes,
 Conflitit, & summo terras monstrauit ab axe,

CARMEN PANEGYRICVM. 202

Sic memorans: Campos humiles pontumq; liquentem,
 Delfice conuerso regna ad mortalia vultu.
 Apice quam breibus spacijs humana coagit
 Tecta Deus: terram pelagus pene occupat omnem,
 Aequorei spacioſa greges maioraq; longe
 Regnaten: in clauſtra homines angusta redacti
 Tam magnos agitant, tam paruo in peccore fluctus.
 Illictota iacet, quam si quis sanguine fuso
 Sortitur bene credit emi, peritura diebus
 Gloria venturis: Roma, quam totus honorat
 Orbis, ad extremos nomen non transmeat ortus,
 Illi tot cædes hominum, tot funera campis,
 Tot lachrymæ, tot voce sonant suspiria tristi.
 Si genus humanum saperet, nec inertia tantum
 Illecebris captum vitaq; fugacibus annis
 Corpora curaret, labentia regna lutumq;
 Caſurasq; habitare domos, & vile pudoret
 Hospitium? quod cuncta ſinu cæliq; marisq;
 Purgamenta legit, tristes vbi sydera casus.
 Afſiduasq; pluunt infesto lumine mortes.
 Cerne ait, & raras intercurrentibus vndis
 Monstrabat terra maculas: & euntia circum
 Aequora, quæ multis supereminet vndiq; tellus
 Vrbibus, in plures populos diuifa, genusq;
 Multimodum Stygij etiam ſub manibus, inquit,
 Esse domos, quæ cum nos aere ſomnus opaco
 Sopit, habent Phœbi radios, paſtimq; per vrbes
 Exercent operas ciues, per rura coloni.

Nos illis hominestantum, quæ vidimus ipsi,
Credimus esse locis; sed & bi qui tartara subter
Arva colunt, vestras, inquit, sub fluviis altis
Nare putant terras: illis contraria certe,
sed non alta magis semper vestigia fertis:
Nam neq; vos illis, illos neu credite vobis,
Esse superpositos, spatij equalibus aether
Vndiq; circumferi immotis axibus astra.
Nec pars vna iacens infra, pars altera suprà.
Vndiq; terra subest cælo, cælum vndiq; sursum.
Aspice iam curuum Triuic superauimus orbem.
Ipja sub humenti modo fert vestigia cancro:
Iam terras rorabit aquis, iam nubila coget.

Vix ea finierat, subitò confinximus atram
E pelago nubem tolli, mox frigidus aér
Intonuit ventis, & tempestate sonora.
Visa prius cæca latuit caligine tellus.
Altius appenso me prævia traxit amictu.
Hic sonus, hic ingens moto concentus Olympos:
Et procul auditæ mira dulcedine voces,
Latæq; suspenſam rapuerunt carmina mentem:
Tum mibi: Dux tolle arrestis os auribus: ifto
Perpetuum paana Deo modulamine cælum
Reddit: & aeterna concordant sydera laude.
Nullus ibi fato locus est tristive senectæ.
Hoc cælestè melos annis mordacibus obftans
Effugat exangues rugas, hac tanta voluptas
Non subiit mentes hominum, non impulit aures.

Hi sunt æthereæ campi regionis, ad ortum
Verte acies: clarosq; vide terra immemor orbes.
Aspice, quād claro graditur Cyllenius ore:
Qui minor appetet vobis, iam surgit: & ipsum
Iam Seres Indiq; vident. Quid lucidus (inquam)
Ille nitor, cui se croceis aurora capillis
Copulat, & tenui luſtrat iam lumine terras?
Quād lato splendore micat, quād grata venustas.
Ore sedet, tremulam dum spargit in aquora lucem.
Emicat, & pulchro gaudet sub sydere pontus.
Hac Venus est (inquit mea dux) hec flamma benignum
Porrigit in terras clementi luce fauorem:
Et nunc herbiferis rorem disseminat agris:
Nunc aperit flores, depastaq; gramina campis
Refituit: tenuisq; pluit per pascua nimbos.
Cur fugit in Calpen (dixi) cur fluctibus altis
Fertur ad Occasum pelagus, nec pellitur Euro?
Luna rebit Jecum pelagus, respondit, & orbe
Iam cadit ex alto, Latys iamiam occidet oris.
Et remeare fretum, retroq; impellere magnam,
Cum sonitu molem vndarum, sumamq; videbis
Vorticibus ferri rapidis, & currere in ortum.
Rarus enim pulsis claret iam nubibus aér,
Lunaq; per claram diffundit lumina noctem.
Terminus hic tenebris, sterilem non altius umbram
Terra leuat, nigros circum fert pallida vultus,
Oraq; perpetuo refugit titania gyro.
Et modo sub pedibus supremacumina nostris

666 2 Erigit,

BAPTISTAE MANTVANI

Erigit, & medio terras nox humida cursu
 Iam tenet: xos surgens aurora colonos
 Excitat, & lucem cantu prænunciat ales.
 Hesperij cœnas ineunt, ipsi⁹ Britanni
 Pinguibus incipiunt hylares accumbere mensis:
 Aſſice quam lato Sol circumpletetur ore
 Oceanum, terraq; ſolum, fugit vndiq; lato
 Margine, ſed primos iam latior exit ad ortus.
 Qui mundi neſciret opus, ſuccenſa putaret
 Aequora, & ingenti neptunum ardere camino:
 Lumen ab Occaſu ſenſim ſubmittit in Ortum
 Auroram, Veneremq; ſequens. Quia incendia dixi
 Tanta procul video flammis ardere cruentis?
 Ille (inquit) Mars eſt aſtrum crudele nocensq;
 Terrigenis ſemper morbos & bella minatur.
 Ille per Aſſoniam bellis ardentibus omnem
 Sauit, & indomito ciet vndiq; bella furore.
 Quod niſi nos dini, quibus hac mortalia credit
 Regna Pater ferremus opem, dudum Italatellus
 Heu miſeriae diſta grandes ploraret aceruos.

Sed mihi magna mei cura eſt ſtudiumq; Roberti:
 Quotidie bellis illi comes omnibus adiūm,
 Et cui non poſſum vulnus prohibere, ſalutem
 Reſtituo: Deus iſta mea dat munera cura,
 Et modo mortali furiosa per agmina vultu
 Nunc nebulis incluſa feror, duco atq; reduco
 Incolument. Nuper Stygij de fauicibus orci
 Illius egregiam ſobolem, cui Martius ardor

CARMEN PANEGYRICVM.

203

Ignifera glandis malas traiecit & ora,
 Eripui, medicasq; manus & pinguis oliui
 Pharماcon applicui, quod adhuc mea marmora ſudat.
 Iam ſualigna Charon gaudens ex aquore nigro
 Appulerat ripe, contoq; innixus acerno
 Expektabat, hiens miſeram tristemq; rapinam.
 ſuffice pacificos ignes, placidumq; nitorem,
 Iuppiter eſt, depone metus, affabile sydus,
 Et ſacrum veneſare iubar, fulmenq; triſulcum
 Neu metuas, alios clemens hic mitigat ignes.
 Quamuis tantus eat, tantoq; effulget ore,
 Si tamen accedas placidis te colliget vlnis.
 Sed caue vulnificam falcem, sydusq; malignum,
 Quod pallere rideſ, tristiq; albescere plumbo.
 Hinc via ſit, moeſtiq; ſexis ne fydera tangas.
 Venimus in campos flamarum, vbi milibus aether
 Ardet, & obliquo fulgent animalia circo,
 In Boream conuerſa caput. Quur fydera dixi
 Clara micant? quis tot eſcum fulgoribus, implet?
 Dant ne vel accipiunt ignes aliunde coruſcos?
 Dixit ad h.c. virgo: Caelis eſſenția ſimplex,
 Densior eſt ignis, flamma quoq; densior aer.
 Aere Neptunus, aeo iacet infima fundo
 Terra, humiles ſortita locos vbi densior orbis
 Sole repercuſo ſplendor vibraur, & aſtrum
 Dicitur, at rari penetrantur lumine traclus:
 Non abeunt retrò radij. Quid plurima iunctis
 Limitibus coeunt in eodem fydera lymbo;

Igitur

ccc 3

Laetens

Lacteus efficitur circus, qualactea fingunt
 Vbera Iunonis tortos fluxisse per arcus.
 Prospice, iam toto Pontum Sol deserit orbe,
 Et cum Sole Caper recto setramite tollens
 Surgit, & ex vnde cornu procul erigit altum.
 Ausonia iam prima dies, iam summa reluent
 Culmina Gargani iam lux discriminat agros.
Quis mouet hos orbes, virgo, quis temperat, inqua
 Tanta molis iter campis ego semper ab imis
 Suspiciens, tanti motus cognoscere canfas
 Iam pridem volui. Tales dedit illa loquelas:
 Aetherea mentes, qua corpora nulla, nec artus
 Accipiunt, magni iussu subiere Tonantis
 Munus id, à prima cum fluxit origine mundus.
 Cernis vbi Phœbus summum iam porrigit orbem?
 Perpetua sedes animis motricibus illic.
 Sed propora, niuei viden' aurea cornua Tauris?
 Præcipiti sub fronte Hyades, a clunc coruscant
 Pleiades verna. Nobis iam circulus alter
 Scanditur: hunc aliud curvato limine cingit.
 Signifer: at nullæ pingunt animalia forma:
 Nec varios vsquam stellarum suscipit ignes.
 Lucet enim, glaciemq; refert, vitrumq; colore,
 Cristalliq; tenet nitidos cum nomine vultus.
 Hinc sua caelestes sumunt exordia motus.
 Hic alios secum magno molimine voluens
 Raptat, & in Boream lentis declinat ab Austro
 Passibus, & retro sua per vestigia fertur.

Vltim

Ultima iam nobis regio flammantis Olympi
 Panditur, & summi monstrat se regia cœli.
 Suspicere non Solis radios, non syderis ignes,
 sed totum flammis circumlambentibus orbem,
 Surgere in immensam tam vasta incendia lucem.
 Obstupui: sanguis venas, & anhelitus ora
 Deseruit, si tot, quot sunt modò sydera, cœlo
 Conueniant soles, magno par lumen Olympo
 Non parient tantum mortalia lumina contra
 Non potuere iubar tolli. Contagia, virgo,
 Corporea molis, dixit, tua pectora tardant,
 Et fragiles hebetant sensus, ubi liqueris artus,
 Non feret hac ingens vllum tibi flamma pauorem.
 Pone meus, audie tantos te inferre per ignes,
 Fide mibi, illa sum summo te culmine sistam.
 Hoc cœli, & celum subito me traxit in Arcem.
 Hic patet immensis regio latissima campus,
 Plusquam nosker eat visus, si dicere fas est,
 Fine caret, cellus ipsi collata sepulcrum est:
 Et cœlo spelunca sinu, quam lubricus humor,
 Et canofa palus, diro contristet odore.
 Nil manus natura potest, dum conderet orbem,
 Hic regni caput, hic mundi Deus esse cacumen
 Instituit: spicum fulgor per inane vagatur,
 Quantum non oculis, quantum nec mente videmus.

Dux oculos defixa solo, paulumq; morata,
 Cerne, ait, agnoso magni vestigia Pauli.
 Hoc olim feci ille loco, cum lumine captus

BAPTISTAE MANTVANI

Deposuit sauum virus, squammamq̄ draconis
Exuit: huc iter est ad nostri limina Regis.
Accelerat latis illos procul apice campis
Innumeros hominum c̄etus per florea prata,
Ferre coronatas vario Diadema frontes:
Et fulgere togas auro gemmisq; coruscas
Scintillare manus, hylariq; incedere vultu.
Hi sunt purpurei reges, qui sacra Deumq;
Præposueré opibus, quos detestanda libido
Imperi non crudeles, non fecit auaros.
Si tamen aut turpes maculas post fatalulere,
Aut iniucundum terrena facio odorem,
Sub Stygiis lauere vadis: nam flumina quinq;
Has scelerum labes, & regna cathartica soluunt.
Ille ferens mitem toto prior agmine vultum
Imperi quondam partem Romanaq; regna
Vix adhuc ceſſit Christo, generisq; futuro.
Propterea Deus hac illi latissima regna,
Et toto maiora solo conceſſit, & ipsum
Regibus his præfecit: eunt spacioſa per arua
Maximam cum dulci miscentes gaudia riſu.

Ecce gradus in nos omnes & lumina vertunt.
Accelerant tantos vñquam non vidit honores
Roma potens: Viden' ad leuam, qui lumine claro
Regales præfert animos? hic Parthenopeus,
Nuper tenario veniens Alphonsus ab orco,
Magnanima saluete anima, saluete magistri
Bellorum quondam, quos & terrenus honorat

Orbi

CARMEN PANEGYRICVM.

205

Orbis adhuc, tanta ne meo præstare corona
Obsequio quicquam potero? sermonibus iſtis
Compellauit eos virgo. Tum Parthenopeus
Curuato cum fronte genu, sic ora resoluit:
Aetherei splendor rutilans & magna senatus
Gloria cœlestis patriæ, qualimen emisi
Sanguine, cui digitos Deus & caput obligat auro,
Qui viuens addictus eram, parere parati
Venimus, ut dignos meritis reddamus honores.
Sed tamen hic nostros quisnam nouus aduena campos
Tecum adiij? viuis ne patent empyrea regna?
Tum sic ora loqui virgo: Rex maxime quondam,
Magnanimaq; fator regis nisi noxia primus
Mala parens fregisset, erant hac peruvia viuvis
Regna: sed infelix legem scelus attulit istam.
Attamen omnipotens cui vult pater atria pandit,
Nec leges aditus omnis clausere, nec ipsum
Latorem vincire queunt. De limine pulchre
Venimus Italiae, magnos vbiſama tumultus
Arma parant, vexatq; tuos fors dura nepotes.
Nam q; tui proceres regni communibus armis
Dum mutare iugum longoq; exire laborant
Seruitio, bello illustrem duxere Robertum
Littore de Veneto: fors est incerta futuri.
Sic mea dux: Heros animo non pertulit ægro,
Sed placido sic ore sonat. Nos aquora quondam
Vertimus & miseris nimium vexauimus verbes.
Penituit, pœnasq; dedit: Phlegethone sub alto

ccc 5

Aſtimus,

BAPTISTAE MANTVANI

*Arsimus, & longos ignem portauimus annos.
Scit qui vincitus erat lateri Franciscus eodem
Sfortia supplicio quoties plorauius vna
Blandimenta, dolos, furias: & plurima vita
Crimina praterita, sed nos clementia patris
Atq[ue]t & iuuere preces, me nulla cupido
Sollicitat regni, tales cum corpore curas
Exuimus certent ipsi videantq[ue] nepotes
Quid leges & iura velint, ardentia manes
Expectant quos præcipites in tartara mittant,
Quos in vincula ferant, cui ferrea verbera possint
Intentar cruci instantes crudeliter ore.
Viderit hac cui flamma potest ea saua nocere.
O utinam quantas regni mea pignora curas
Iustitiantas habeant, tum firma manerent.
Sceptra, nec in festo resonarent clausa cantu.
Sed regni iactura minor, pietatis & aqui
Maxima, dinitias aufert & regna vetustas,
At virtus aeterna manet, sequiturq[ue] sepultos.
Bella gerant ipsi, vincant, quibus aetheris alti
Fauerit imperium, generi meliora rogabo
Fata meo, sortemq[ue] ferant patientius omnem.
Sic ait, & comites nutu affensere loquenti.
Tum mea casaream vertens in lumina frontem
Sfortia progenies, pacem, Franciscus, & arma
Doctus: & illustres inter virtutis alumnos
Inferior nulli, dixit: Cum veneris illuc,
Quisquis es, ad nostrum qui tam feliciter orbem*

Raptus

CARMEN PANEGYRICVM.

206

*Ramptus es, insignem iubear saluere Robertum:
Ille mei splendor generis, tantoq[ue] nepote
Lator adhuc, vidi casus, vidi illius omnem
Fortunam miserans, sortem iam vicit acerbam:
Et potuit grauibus fatis obſſtere virtus.
Ille meos priscum non aſternatus amorem
Seruet, vt ante meis gereret cum strenuus arma
Aſſicujs, dulces mecum dum viueret annos.
Viuit: & huic animi curas iam porrigit omnes.
Sic ait, & versis ibat iam paſſibus agmen.
Cumq[ue] recedentem, coniecto lumine, turbam
Proſequor admirans, viden' hunc, cui plurima mento
Canicies, dixit virgo: Bizantia ſceptra
Geſit, & immensas tulit in compendia leges:
Instini genus egregium, Theodosius illi
Iungitur, & dextro leuum latus applicat armos:
Qui ſequitur, Traianus erat, quem traxit ab vndis
Tartareis magni Deus ad ſuſpiria verſus
Gregorij: tantum pietas feruataq[ue] ſemper
Iura valent: hi quos bederis lauroq[ue] virentes
Cernis Iдумea signari pectora fronde
Godfridus, Caliphæ domitor, qui regna recepit
Uſurpata diu, Solymaſq[ue] ascendit in arces
Turbinæ cum magno Veneti ducis inclita proles,
Et ſacer intanto primos Adamurus honores
Agmine ſortitus, nitidis Boëmundus in armis
Clarus adhuc: Vgo magnus, geminiq[ue] Roberti:
Hi simul adiunctis coiere in prælia caſtris,*

Per

BAPTISTAE MANTVANI

Per Nicomedis agros, opulentaq; regna Niceæ,
Perq; Lycaonios adierunt Reblata campos,
Reblata, quæ primos Petro concebat honores
Antiochi, cum iam muros & nomen haberet.

Cappadoces, Syriaq; domos, Sindona potentem
Sub Christi misere iugum. Si vicerit hostem,
Sceptraq; Parthenopes parere coegerit vrbi
Romulea, longicum metare currerit ani
Huc in regna feram tota cum prole Robertum,
Divorumq; choris addam, gaudebit, et alto
Corde redundantem diffundet in ora voluptas
Letitiam, cum se circum sua pignora cernet
Ire per elysium, terras oblitus habebit
Castra per æternas gradiens Heroica laudes.
Dixerat: his paucis ego longa silentia rupi:
Pande mibi (nisi scirencias) rbi Rector Olympi,
Quos sue lares habitare solet: nam credimus ipsum
His altis errare locis, cœlumq; tenere.
Dux mea subridens. Supra Deus, inquit, & infra
Aethereos orbes habitat, sub Sole, sub Aura,
Sub Tellure latet, sub dite, sub aquoris vnda.
Omnia plena Deo: nam sicut tota per artus
Corporeos mens vna subit, sic vnum in vna
Mundi mole Deus, mundo tamen amplior ipso
Tendit in immensum, nulloq; includitur arcu.
Sphæra Deus vivens, centri tumor, occupat omnem
Curnatura locum nescit, defluxit ab ipso
Orbis, & in magno quicquid concluditur orbe.

CARMEN PANEGYRICVM.

207

Nec durare potest quicquam, nisi porrigit ipse
Auxiliatricem clementi numine dextram.
Vna tribus virtus, vnum tria numina numen,
Hac nouisse satis, debent arcana taceri.
Iam Christi natalis adest, cœlestia magnos
Agmina conuentus celebrant, discedere tempus.
Tunc ego: Méne graues iterum descendere ab umbras,
Méne domos iterum luteas, iterumq; labores
Ferre iubes: ab metali ne deince regno
Dux mea, per superos oro, per magna Tonantis
Sceptra, per hos liceat tecum mibi degere campos,
Simortis medura vetant & ferrea iura,
Quidmoror? bi fragiles artus in frusta secentur.
O decor, o campi dulces, o gloria cœli.
Quid mirum, si ad regna minus terrena reuerti
Felices animæ cupiant. Dum talibus oro,
In lachrymis nabant oculi, tepidoq; madebant
Rore genæ, dulces vrebant pectora flammae.
Et suavi mœvore labans vix agra ferebat
Membra genu, roti, q; diu flagrantibus arsi.
Tum virgo, quid, si patria tibi tota paterent
Atria cœlestis? vultu si numen aperto,
Si solium Magni videas atq; ora Tonantis?
Tetua regna vocant, iterum te terra reposcit.
Hoc spolium mortale lutum est, mortalia condes
Membra solo faciemq; suis cum sordibus istam
Ante dabis tumulo, quam cætera cernere possis,
Etnofras habitare domos. Si vilibus, inquam,

BAPTISTÆ MANTVANI

Me spoliem membris, iter hac in regna patebit &
Non (ait) aetherea, nisi quos, ex arce, vocamus,
Huc veniunt. Heu me miserum, quem tristia (dixi)
Fata vocant, iterum ventos patiemur & imbræ
Sollicitosq; dies, & lamentabilis eui
Durius exilium, si me tam dulcibus oris
Ejicit, saltem liceat præcidere ritam:
Mecum oculos pigrasq; manus, & inertia crura,
Ferre sat est, huc singultus, huc ipsa relinquam
Corda, meas istinc saltem ne excludite curas.
Ibo igitur, totosq; dies in funere ducam.

Parce metu, dixit virgo, tibi proderit huius
Lucis amor vidisse sinus, & limina Olympi,
Te minus interea vita contagia ledent,
Mortiferumq; scelus, nec te tua fata grauabunt.
Et quoties me cunq; voles, non voce vocabis,
Velle sat est, adero. Nostri quos ante fauores
Præstiterim, post hac magis experiere secundam.
Hac ait, & tenuem subito discessit in auram.
Tunc sopor, aut aliud fuerit, quodcunq; soporis
Ora ferens, grauibus mibi saucia pectora caris
Liquit, & amissi damno tristabar Olympi:

Iam superest, ut te bellorum maxime ductor,
Admoneam non esse tibi consortia tante
Aspernenda domus, facilem tutamq; ministrat
Hæc in regna viam pietas, & sacra nitenti
Relligio vestita fide, cultuq; frequenti
Dona. Deo diuissq; omnes congeta per aras.

Hoc

CARMEN PANEGYRICVM.

208

Hoc quoq; non nostritatum docuere priores,
Qui Christi lauere suos in flumine crines,
Verum etiam, qui vana sacræ idola profanis,
Et fragiles colueredeos. Post cimbrica bella
Barbaricus templum spolijs, prædamq; recenti
Struxit: & optato Marius sacrauit honori.

Bacchus vt eos victor penetravit ad Indos
Primitias præda superis, & magna dicauit
Dona Ioui. Prisci frondes in templo ferebant.
Primus hic & spolijs aras cumulauit & auro.
Scripio, cui nomen deuicta Numantia fecit,
Templo dedit superum patri: Marcellus eidem
Gallorum ducis exuivit: Agrippa superbis.
Porticibus grandiq; deos testudine clausit.
Innocua paci molem rex Flavius altam.

Tullus ab Albanis rediens, Saturnia templa
Condidit. at Scaurus Menti, post arma Camillus
Gallica delubrum Fame. Sed maximus omnes
Constantinus auos vicit: tot templo per urbem,
Tot templis sacrauit opes, vase aurea, gemmas,
Signa, sacras vestes, casas & balsama cultris
Marmoreis incisa, crocos, & cynamoma ab orbe
Vesta peregrino. Sic te quem longa coronant
Tralia, cui summam toties victoria laudem
Præstitit, in superos gratum memoremq; Tonantis
Effe decet. Sicut veteres iam laudibus aquas
Militie: sic te facias pietate priorem.

BAPTI-

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOLOGI:

AD MAGNIFICVM COMITEM ANDream Bentiuolum sexdecim virum,
Sommium Roma-num.



*XIME iustitiae cultor, qui clara parentum
Facta nouis Vita meritis & honori-
bus auges:
Vos quibus est diuīum dono concessa
potestas
Felsinea gentis, patriā tenetis habenas,
Ambiguo rerum casus, artemq; dolosa
Sortio, & ingenium fallax deprendere fas est.
Ver non vna dies, non vna reducit hirundo,
Sic neq; solertes brevis experientia rerum
Fert animos: vigilans prudentia surgit ab usi
Multiplici, sicut de mille coloribus Iris.
Hac sine nil tentare boni, nil vtile rector
Consultare potest, aquas prudentia leges
Et placida pacis, mores componit: & omnem
Militia Martisq; viam, parit ipsa triumphos.*

Ipsa

SOMNIUM ROMANVM.

202

*Ipsa gyganteas vires prostravit: & altum
Demulca caput Solymo Dauida iacentem
Sustulit imperio, & regni decorauit honore.*

*Propterea à magno tantis Agamemnone curis
Nestor, ab Adrasto Vates, quem prodidit vxor,
Quaritur, in Phrygios astu cordatus Olysses
Plus potuit, quam Marte ferox & viribus Ajax.
Euentus igitur rerum causasq; tueri,
Atq; rives varias, & caca pericula sancti,
Est rectoris opus: quo se patriamq; salutem
Seruet, & ad fragilem veniat cum laude senectam.
Id meditans extrema ducem, qua fata, Robertum,
Oppressere canam, trepidaque horrentia noctis
Somnia lugubrem, qua prædixere tumultum.
Taliter humanas Deus ad cœlestia mentes
Contemplanda vocat, terramq; infestat, vt altum
Aethera quicramus, ratione carentia prono,
Quæ vultu pascuntur humum, mortalia supra
Nil sperare licet: nobis domus ultima cælum.
Nec minus est demens rerum, qui in vortice tanto
Vult requiem, quam qui in medio putat æquore portum.
Sed iam mæsta grauem referant insomnia casum.*

*Signa Molorhei fugiens accensa Leonis,
Sub quibus occursum Triuia indignatus & umbras,
Palluerat Titan, curru pulsabat anhelo
Virginis Icaria limen: versisq; redibat
Pronus in autumnum radijs, cum tristia languor
Nescio quis mibi corda premens, & lumina toruis*

ddd

Nubi-

BAPTISTAE MANTVANI

Nubibus inuoluens frontem contraxit opacam.
Maximus & ignorans causam mæroris, inertem
Conabar reuocare iocis in gaudia sensum.
Nulla erat ignoto præsens medicina dolori.
Multæ dies & multa dabant suspiria noctes.
Quotidie ab semper cresebat viribus ardor
Cordis, & obscuro vultum pallore iacentem
Polluerat vapor egrediens Acherontis ab ruda,
Lux ierat, nigrisq; aderat nox humida pennis.
Membra toto posui curas ut somnus inanes
Pelleret, & mentem requies compesceret agram.
Turbida imaginibus surgunt insomnia diris:
Concutiturq; graui gelidum formidine pectus.
Territus exilio, noctemq; umbramq; silentem
Horresco afficiens: referansq; cubicula solus
Egredior, memoriq; putans crudelia mente
Somnia suspicio cælum flammisq; micantes:
Atq; malum nostros verti precor omen in hostes.
Pallidus obscuro surgebat Iuppiter ore,
Moestusq; nec solitum referens aurora decorem,
Per nymbosa agram fundebat nubila lucem.
Horrendumq; sonans dextra cum fulgere fulmen
Intonuit subito, tempestateq; fragosam
Turbidus hiberno Borcas voluebat ab axe.
Tunc audiens virilim voces, lituosq; tubasq;
Armaq; & binnitus acres sum visus equorum
Et graue frigenti murmur veniebat ab arcto.
Attionitus quid tanta ferant portenta per auras

Dura

SOMNIVM ROMANVM.

215

Dum reputo, curis iterum lenitoq; sopore
Opprimor, & tepido cogor dare membra cubili,
Procubui languens, & mox vt lumina texit
Matutina quies, umbras incedere tristes
Afficio, & quandam canis altoq; verendum
Ore senem sejè latèri coniungere nostro.
Ardua frons sed triste erat, miserandaq; mento
Canicies, atro conspersi puluere crines.
Crispataq; gena & visu caua lumina toruo.
Qualia cum multas inter suspiria noctes
Egerit, atq; diu somni contabuit expers
Aeger habet, gelide nares, exanguia labra.
Et facies squallore iacens, confusaq; turpi
Ora situ, quales longi post carceris umbram
Esse solent bello capti, vel tristia quales
Cum gemitu veniunt natorum ad busta parentes:
Ferreus ambibat lumbos atq; ardua thorax
Pectora, delapsi cingebat eburnea ferro
Armatum vagina latus: signata cruentis
Ora notis, ambeq; manus & peccus anhelum.
Talis erat, qualem Aenea se maximus Hector
Obtulit in somnis, patrios cum flamma penates
Iam raperet, captamq; dolis iam cerneret urbem:
Effigies Herois erat qui fortibus armis
Inter mille viros pugnans post plurima tandem
Funera: post cades hominum, dum cedere nescit:
Dum renuit dare terga fuga, confossus iniquo
Sydere procubuit super alia stragis aceruos.

ddd 2

Territus

BAPTISTÆ MANTVANI

Territus aspectu primo, tandemq; resumptis
Viribus, Otanta, qui te sub imagine dixi
Nocte refers, cælo ne venis, an missus ab orco?
Illegemens tristi duxit suspiria voce.
Atq; oculos misero attollens & brachia gestu,
Ne trepida, dixit, Christi Mariaq; sacerdos,
Ille ego, quem tanti ornati laudibus olim,
Mæniam dum peterem cælo Romana sinistro,
Ille ego, qui viuens geſti tot bella Robertus,
Inter equos, inter lituos nutritus & arma:
Stirpe Seuerinas, crudam dottiſimus artem
Militia: & casus radens animosus in omnes:
Huc mea me virtus, huc me fortuna rededit.
Magnanimi postquam ducis infelicia fata,
Talibus accepi dictis, exorta repente
Corripuere animum i rapidis incendia flammis.
Et velut ardentis glacies cum liquitur igne
In lachrymas fluxere oculi, primumq; lacertis
Complectens heroa pijs, o maxime dixi
Militia pater Ausoniae, quem bella gerentem
Barbara contremuit totis Germania campis.
O veneti tutela soli, gentisq; Latina
Præsidium commune, malis ne regna paterent
Itala Barbaricis iterum, ne Rhenus & Ister
Ausoniae populentur opes, tua peccora vallum
Inuictis fecisti animis, o aeterna tuorum
Gloria, si mortale potest occumbere corpus,
Immortale manet, venturaq; facula nomen

Vincet,

SOMNIVM ROMANVM.

251

Vincet, & accipient laudes post funera semper
Incrementatua. Nostris antiqua diebus
Te duce surrexit virtus. o clara potentum
Sforeiadum soboles, auris vitalibus ergo
Non frueris nec viuis adhuc crux ifet tristis
Fluxit, an alterius crudeli vulnere membris?
Ausane barbarica gentis manus impia tantum?
Ille ego sum, dixit, finem mea fata tulerunt:
Et mens coxa prius de tristibus eruta clauſtris
Iam videt aeternam facta caligine lucem.
Fata Dei consulta voco, non aetheris astra:
Quæ quamvis aliquas habeant in corpora vires,
Cuncta tamen Dominum, Moderatoremq; sequuntur.
Et nihil attentant, si non videre Tonantem
Assentire operi, nutuq; fauere secundo.
Non secus, ac validis Harpe compresa lacertis
Non aliò torquet, nisi quo manus egerit istum.
Tanta hominum generi impietas, tam noxia mensest,
Ut cælo dent iura Dei, quasi cymba per vndas
Sponte sua scopulos fugiat sine lege magistri.
Et quasi per campum voluat se biga patentem
Automedonæ gradiens sine verbere dextra.
Presidet, ut summa vigilans in puppe magister,
Oſtenditq; viam prora: ſic ſolus ab alta
Sede Deus tantæ curſus & pondera molis
Temperat, ex prima motu vertiginis hora:
Ex horis nox atq; dies, ex nocte dieq;
Lunigenæ ſurgunt menses, ex mensibus anni:

ddd 3

Luftra

BAPTISTAE MANTVANI

Lustra & olympiades nemoris nomine dictæ:
Et quæ cœntuplici voluntur sacula cursu:
Chiliades cadunt: quarum iam quinta recessit,
Sexta citis vectata rotis per inane ingales
Ad medium iam cogit iter, mundiq; senectam
Ducit, & alterius vita pronunciat ortum.
Hinc hominum Deus etates, hinc tempora rerum,
Hinc spacia, hinc vitas animalium & fata gubernat,
Ipse meos frigit, ne sim miser amplius annos,
Communemq; pijs fecit cum manibus oram;
Elysium dixere olim, modò dicitis hortum.

Sed vos ista latent. Atcur, silata recepit,
Teregio (dixi) placidaq; in pace quiescis,
Ad quam longa pia mittunt suspiria mentes,
Te modò lugentem misera sub imagine monstras?
Ut genus ostendam mortis, respondit: & ipsa
Vulnera, qua accepi, pugnans in marte supremo.
Sic quoq; post victos manes spoliataq; regna
Dicit ab obscuro Christus remeauit auerno.
Namq; cicatris manuum laterisq; cruentis
Rerulit; unde fides omnis titubantibus orta est,
Tum suam membratim mestus similisq; dolenti
Vulnera detexit tepidum sudantia rorem.
Vnum laua manus, qua flectere lora solebat,
Sub ingulo thorax vnum perfoissus, & vnum
In subito martis facies esceperat ortu:
Traiectumq; latus iaculo, traiectaq; terga
Sulfureastridore pilæ, crurisq; sinistri

Truncus

SOMNIVM ROMANVM.

212

Truncus iners, plumbiq; genu feruore cadueum.
Sed granus quo vocis iter precluserat hasta:
Hasta venenato penetrans caua guttura ferro.
Dic age, dic, inquam, quando te numina latet
Accipere locis reducem, licet omnia fari,
Et casus audire tuos extremaq; fata?
Quis furor armorum, qua tanta licentia ferri
Te rapui? qua te cura tenuere cadentem?

Cogimur ô Vates, inquit, parere: sed vrgent
Auroram Titanis equi, teq; orgia poscunt
Solenous, quibus applaudens letatur Olympus.
Expediam paucis igitur. Vicina Tridento
Castra sub alpinis rapidi trans fluminis amnem
Verticibus, quæ curua sinu conuallis opaco
Flebitur, & parue suspectat mænia Petra
Confliterant: verum obiectu, quia montis iniquo
Vnde per angustas fauces & marmora labens
Sapius obstabat, nobis quoq; sapius acto
Ponte fuit sternenda via, & natura locorum
Inquirenda prius, summisq; adeunda periclis
Barbara gens, & castra solo metanda fidei.
Ultimus ingenti rerum discrimine nobis
Ponst exendus erat, nouus explorator ad agros
Qs erit, hostiles, nostra ad tentoria letti
Conuenere duces (Itala pudet edere gentis
Dedecus) ex tanto Heroum meus agmine solus
Lucius à patrijs laribus, qui nuper incernis
Venerat, est ausus dubios inuadere casus.

ddd 4

Ipse

BAPTISTÆ MANTVANI

Ipse datus igitur comites hortatus & armis
Strenuus assumpsis iter est ingressus, & ait:
Nocte senescentis tacito sub lumine Luna,
Per latera abrupti scandens asperima montis,
Prateriit positam summam in cotibus arcem,
Subiectosq; iugo campos intravit, & oram
Dum legit, ecce procultelis lucentibus hostes
Aera de rupe volant, nox pallida crebro
Lumine scintillat, resonant tonitrua glandes.
Lucius immotis animis & pectore fortis
Obuius it, bifidoq; petens certamine turbam
Edidit horrendam stragem, ipsaq; sonantes
Fluminis, & vallem Herculeo tam vicerat ausu.
Cum procul audimus victricem classica cantum
Edere, collapsas generi Victoria mentes
Extulit, extemplo iratae vada nauibus vnde
Rupe sub excelsa, infensiq; ante ora Bisegni
Aggregdior, trabibus quernis, & robore secto
Fit via, turmatim pedites equitumq; ceterue
Spumantes onerant fluctus, cymbaq; natantes.
Et iam transmisso campis fatalibus amne,
Confiteram voti compos aditusq; reperto
Latior, heu quoties ridet fortuna, cauendum est
Altius, ingentes voluebam pectore curas.
Iamq; Tridentinas arces Rhenumq; putabam
In Venetum misisse manus, nec vota fuissent
Irrita, ni fors dira meum auersata laborem.
Dum properant tranare acies, exercitus ante,

Quam

SOMNIVM ROMANVM.

213

Quam simul hostiles totus penetrasset in oras:
Compositum rupisset iter, disiecta furenti
Vortice compages pontem submersit, & vnda
Conuulsas rapuit per saxa immania puppes.
Iamq; dies Phœbi radijs accensa calebat,
Ardentiq; cauam conuallam accenderat astu.
Hec erat illa dies, saui qua iussa tyranni
Spreuit, & appositum vicit Laurentius ignem.
Omine prostrata mentes & cordameorum
Contremuere, vident ripis & flumine castra
In partes diuisa duas, via nulla relicta est
Subsidio, via nulla fugae. Sic numina cœli,
Sic superi voluissis. Erant de rebus agendis
Ambiguus, volui retro vestigia ferre,
Contractisq; iterum pontem instaurare faselis.
Mox noua cura subit, locus amne & montibus altis
Tutus erat, solus gelida restabat ab arcto
Faucibus angustis adirus: quem claudere fossa
Precipiti instituo, subitis ne incurribus hostis
Aduolet, & pauidotrepident ne castra tumultu.
Sed tentare nihil licet aduersantibus astris.
Ecce procul nimbos & puluerulenta, per auras
Nubila conuolui aspicio, attonitumq; reuerti
Præsidium, & ruptis incustodita relinqui
Claustra via ordinibus, peditesq; relinquere Parmas,
Perniciq; vagos dilabi ad flumina cursu.
Quis paor, exclamo, comites, que ignauia tantum
Dedecus hoc inferi shodie vel vincite mecum,

ddd 5

Vel

BAPTISTAE MANTVANI

Vel simul oppetite, & vita praeponite laudem.
 Non est mos Itali vobis dare terga, sed hostem
 Quarere, & in pugnas animis praefantibus ire.
 His Marius paruo fortem molimine cimbrum
 Fudit, & ingenti prada ditatus & auro
 Miles ad Ausonios Scythiae tulit arma penates.
 State quid ad rapidum morituri accurritis amnem?
 Non est cum superis bellum, mortalia contra
 Peitora mortales pugnant, hunc sepius hostem
 Vicimus, & nostra haec toties haucere cruorem
 Spicula barbaricum, tot milia misimus orco.
 Venimus ad Rheni fines, arcemq; Tridenti
 Cernimus, extremus labor hic, in limine semper
 Acrius est certamen: ubi est delimine pulsum
 Præsidium trepidi domus exanimata pauore
 Coneedit, & cohicit dextras, & porrigit arma,
 Sumite tela viri, mecumq; in bella redite.
 Hic animis opus est, fluum superare vel hostem
 Cogimur, hac nobis est irremabilis vnda,
 Hinc aciem penetrare leue est, ego primus in istud
 Agmen eam, sed vos animos firmate labantes.
 His excita velut Cauri spirantibus auris
 Fax accensa micat virtus, clypeisq; resumptis
 Se glomerant, referuntq; pedem, dant clavis a cantum
 Terribilem, contumq; manus complexa trabalem
 Tendere in occursum totis conatibus ardet.
 Iamq; Tridentinis ingens de rupibus agmen
 Exomitur, totisq; sonat Germania campis,

SOMNIVM ROMANVM.

214

Quadrupedant instructæ acies, ab conditum omnis
 Campus, & obscuris cœlum cum nubibus Auster
 Sibilat. Inspicant cuneos, alasq; bifrontes
 Instituunt, longoq; abeunt duo cornua tractu:
 Tergora tensa crepant, tremulis hispiniibus aer
 Clangit, & ignis volitant, pt fulmina glandes.
 Corda repentina torrent mortalia casus,
 Praeserim nouitate loci cum necisia turba,
 Qua sit iter nescit, positio cum se vndiq; claudi
 Autumat insidijs. Longo me hortantur amici
 Colloquio feruare animas, & parcere ferro.
 Tunc ego, (Jeu fuerit cæci violentia fati,
 seu virtus) Quid fæmineis me obtunditis, inquam,
 Supplicij? didici nullotrepidare tumultu
 Martis & armorum, non sum fugiturus, abite,
 Quos horrere facit dura præsentia mortis.
 Hic hodie mihi vincendum, vel morte cadendum.
 Hac ubi dicta, ferox adeo certamen, & hostes
 Innumeros contra, paucis comitantibus, altum
 Cornipedem immitto, fragiles concursibus hastæ
 Disiliunt, volitantq; leues per inaniam trunci.
 Educti radiant tremulis splendoribus enses,
 Scintillant galeæ, crebris sonat iictibus arua.
 Vt cum dura salit crepitans per culmina grando,
 Iamq; manus & telarubent, celer omnibus adsum
 Dux & miles, opem febis atq; arma ministro,
 Huc illuc volans, ut pignore Tigris abatto,
 Et socios acuo verbis, ex aggerem noſtri

Quæ

Trans

BAPTISTAE MANTVANI

Trans Abhesim clamore iuuant, atq; irrita mittunt
Spicula in aduersum non peruenientia littus.
Cunctantes in bella voco: sed segnia vindex
Corda Deus nostris fecit, gelidumq; timorem
Misit in Ausonias mentes, imisq; medullis
Torpor inhærebat, soliti superare fugantur
Italide, pauloq; meis qui hortatibus ante
Retulerant gressum à fluvio (mirabile visu.)
Vincere cum possent, animas in flumine malunt
Linquere, & ignaro pereunt in gurgite fato.

Excrucior. Coquit impatiens pudor iraq; pectus,
Vix potui retrò paucos prece flettere longa,
Cum quibus obijcior telis, iterumq; repello
Teutonicos, & cade graui compescimus hostem.
Deseror a socijs iterum, solusq; resisto,
Vulneror, & iaculis acies me milibus urget.
Vix elapsus eram, medio cum in gurgite vidi
Difficile impelli cymbam aduersantibus vndis,
Et me sollicito nutu & clamore vocabat
Portitor, atq; istis propior iam vocibus inquit.
Dux miserande tuo nunquam sine milite vnces.
Nonne vides & non est tuus hic exercitus, isti
Auxilijs, quorum fidis, vilissima vulgi
Congeries: non sumi soliti tot spicula ferre:
Sed iactare cubos, pugnamq; lacefere pyrgo:
Differ, & hac animo a tuis certamina, teq;
Militibus serua. Tali me nauta pacto
Sollicitat, fugiamq; grauis fata aspera pugna

SOMNIVM ROMANVM.

315

Supplicat: at paucos comites in Marte relinquunt
Turpe ratus, summis iterum me offerre periclis
Est animo furor, & casus tentare supremos.
Interea largus duplice de vulnere sanguis
Ibat, & exhausta fugiunt cum sanguine vires.
Barbarus ex omni nostros ad flumina campo
Compulerat, fatum duplex, & Martis, & vnde
Nos premit. O comites (dixi) quo feruida virtus,
Quo laudum discessit amor? cur peffora tantos
Concepere metus? & cur non vincere vultis?
Nonne hostes quoties animis & fortibus armis
Eginus, oppresi bello iacuere cruento?
Vadiq; Barbarico rubet omnis funere campus.
Nofrorum gladius paucos absumpsit, in vndis
Imbellis misere animas, germanicus audet,
Quum nostros trepidare videt, si vertimus ora:
Si pauci comitantur, agam hos de margine turbam
Principitem. Diclis equites animantur, & hastas.
Corripiunt, galeisq; volant in pralia clausis.
His adiutus equum stimulis in bella ferocem
Sollicito, & quadam magis ces tamina feruent,
Fulmineo cursu irrumbo, Germanica cedunt
Agmina, caduntur magnis clamoribus hoq; es.
Turbaruit, crescit strages miserauda virorum.
Non aliter, qudm cum falcem per gramina curuam
Missor agit, positis truncis ceruicibus herba
Procumbunt: aliq; pedibus calcantur equorum
Cornipedum, super arma labant vestigia, praeceps

Sup.

Fertur

Fertur eques, figitq; truces in puluere conos.

Sunt qui disrupto manibus firmantia ventre
Intestina gerunt, quosdam dum vellere tentant
Qsib; harentes hastas nouis obruit ictus.
Impulso plebs multa ruit, sub mole cadentum
Plurima turba perit, clauso nec anhelat hiatu.
Puluerei lucem inuoluunt, & lumina nymbi.
Attonite clamore aures, madet omne cruenta
Cade solum, maculatq; fluens cruor arma manusq;.
Arma armis collisi crepant, pelluntq; trahuntq;
Tela viri, sauit Manors, & plurima mittit
Ad miseras lamentanurus, & nuncia tristes
Euersura domos, de solatura parentes.
Ardet ut ingrediens tonfos Vulcanus in agros,
Cum stipulas vorat arentes, Bore eq; iuuatur
Flatibus, & prono cum se raga vertice flamma
Porrigit, & multo depascitur arua fragore.
Armigerum procul afficio, cui Marte furenti
Sanguineo, validaq; manu dura arma mouenti
Barbara cornipedem calabrum perfoderat hasta:
Ipse ibat pedes are grauis, feror ocyor aura:
Compelloq; virum, & iubeo vestigia sistat.
Dum loquor, hostis adest, & equo contorquet ab alto
Telum in me frendens, meq; in certamina poscit.
Congredior, capuloq; tenus clamanti in ora
Enjem adigo, vitamq; vomens cum sanguine corpus
Pulsat humum, moriensq; cano singultit hiatu.
Quadrupedem morsu rodentem fræna superbo

Atq;

Atq; indignantem domino parere Latino,
Magnanimo comiti trado, atq; insuper addo:
Chare comes varijs mecum iactate periclis,
Tempus adest fatale mihi, mea funera cerno,
Nec mea differri possunt iam fata, dehiscit
Iam latus, & sauum strinxit praecordia vulnus.
Sed neq; me mors ista grauat, sat viximus, etas
Nostra quater decimi transit confinia lustri.
Si misera paucos vita Deus adderet annos,
Non tamen auferret mortem: necis omnibus aqua
Condito, & capulo sempervicina senectus.
Addo, quod hic claro casus duce dignus, & inter
Tela viro forti vitam deponere, pulchrum est.
Nec cedes me tanta iuvat, nec more ferarum
Rimari cupio crudeli viscera dextra.
Pellere vim ri iura sinunt, & vulnere vulnus.
Ipse Deus, qui loratenet vitaq; neci q;
Viderit an melius caput hoc fernare vel hostem.
Sed te per superos oro longauq; nostri
Iura sodalitatem nostras ex hostibus istis.
Reliquias auferre stude, patrioq; reconde
Metumulo. His dictis iterum pugnare paramus:
Ecce comes quondam meus & nutritus in armis
Mecum Sfortiacis, conto traiectus acerno
Protrahitur fugiente anima vultuq; supino,
Sanguineum verso dicens in puluere sulcum.
Lora traho, & tristem casum miseratus amici,
Alloquo rexanimem: Fælix cui numinatatum

Pre-

BAPTISTÆ MANTVANI

Prefliterint, ut post valida facta inclyta dextre
 Finiat illustrem cita mors & splendida vitam.
 Fata ferant mihi funus idem muliebria pluma
 Membra decent, acres animi durataq; bello
 Corpora non optant, nisi factam vulnera mortem.
 Chare vale comes, ante diem, quam sydera claudant,
 Suspicio elysio tecum me in limine cernes.
 Sic effatus, agor pernici in prælia cursu.
 Edimus immenſam stragem, nec ferrea nobis
 Tegmina, non densæ possunt obſtare cohortes.
 Et iam terga dabant hoſtes, gens barbaræ toto
 Cefférat ex vallis circo, cum ferrea leuam
 Glans ignita manum feriūt, mox altera tergum
 Perculit, elapsis ſonipes iam liber habenis
 Ibat, & obscura ſenſim mihi lumina nocte
 Mors umbrabat, equus ſpumans, aſtu atq; labore
 Vičius, rbi proſpexit aquas, ſe miſit in amnem.
 Nec rectoris habens legem, procumbit in vndis.
 Et me ſemianimem ſternit, ſepelitq; ſub alto
 Gurgite, poſt multos vita mortalia honores:
 Sic poſui afflictos vi ferri & fluminis artus.
 Morſtandem toties alijs illata recepit
 Me quoq; & accepta ceſſauit anhelitus vnda.
 Altera lux aderat, cum plebs Germanica lugens
 Affuit, ut vita functos transferret in urbem:
 Me quoq; dum præda cupidi ſcrutantur arenas,
 Et torrentis aquas vncorapuere tridente.
 Agnouere ducem, & ſpolijs latatus opimis

Bar

SOMNIVM ROMANVM.

217

Barbarus, elatum tulit in ſua mænia corporis.
 In riſus abeunt gemitus, in gaudia tranſit
 Luctus, & insigni feror ad ſacrata triumpho
 Limina ſublimis vigili: condorq; ſepulcro.
 Exitus hic vita: fuerit qua cura cadenti,
 Quando audire libet, nec me narrare pigebit.
 Prima fuit mihi cura Deus, manibusq; videbar
 Ante coronatum spinis & ſanguine regem
 Supplicibus veniam & ſedes orare quietas.
 Miratusq; mihi nullos in morte dolores,
 Nulla dari tormenta, manus ad pectora iunxi.
 Tum mihi natorum fuit & confortis imago
 Ante oculos, patriq; omnis altare putabam:
 Et generum, qui nocte omnem explorauerat oram
 Strennuus, & nulli bellorum laude secundus.
 Bentiuolesq; duos. Vnum cui Felsina primum
 Pro meritis patrum atq; ſuis concedit honorem?
 Cuius amor quamuis ſolitum quandoq; nitorem
 Perdere ſit viſus, tamen alto pectore nunquam
 Fluxit. Et Andream: cuius ſi munere virtus
 Sit donanda pari tellus non ſufficit omnis.
 Tanta fides, talis pietas mortalia tranſit
 Praemia: & aetherei partem ſibi poſcit Olympi.
 Attonitus fixis oculis, preſtaq; manebat
 Voce Refrigerius, nec diſimulare dolorem
 Iam poterat. Vidi lachrymas, ſuſpiria vidi:
 Et dolui tantos hominem amisſe labores.
 Hos inter moriens natis dare paucā videbar

eee

Languen-

Languenti mandata sono posſiremaq; verba.
 Sic memorans: Mea progenies fortissima bello
 Peccora, qui prius est vix vitalibus auris,
 In fatum prius ire decet, qua viximus, aquum est,
 Arte, mori, vobis famam nomenq; relinquo
 Perpetuum, mea dent vobis vestigia legem
 Vixendiq; modum. Poteram discedere ab armis
 Tutus, & aduecta flumum transmittere cymba:
 At seruanda fides vetuit producere vitam.
 Tanta fuit semper Veneti mihi cura senatus:
 Tantus amor semper, melior mihi sanguine virtus
 Visa: nec Adriacum potui nisi morte Leonem
 Linquere, nec moriens linquo: post ipsa iuuabo
 Funera, ni vires animo sensumq; negabunt
 Numina, vos illi si quid supraea parentis
 Iussa valent, si quid pietas, succurrite totis
 Corporis atq; animi neruis, & barbara vestrum
 Robur ab Ausonijs auertat finibus arma.

Vixite concordes, fraterni nominis auctor
 Explicuit, quanto connecti fædere debent,
 Quos natura pares e sanguine fecit eodem.
 Militat in bellis amor, est in pace voluptas.
 Arma dabit pietas, & inexpugnabile vallum
 Rebus in aduersis, erit & mihi grata sepulta.
 At tu chare puer, Graj cui nomina regis,
 Indole qui tanta fortes ascendis ad annos.
 Germanas matremq; pia completere cura.
 Vixite fælices, aeterno lumina somno

Iam mea caligant, mors occupat ora, valete.
 Sic fabar moriens: Circumstantiq; corone
 Sum visus præbere manum, lachrymosaq; natie
 Oscula & vxori, charisq; relinquere amicis.
 Mox animus tanquam cæco de carcere liber
 Strenuus emicuit, patuere latentia mundi
 Fædera, coelestes licuit cognoscere causas,
 Naturæq; vias, eternaque semina rerum.
 Tunc varias risi ambages vanumq; laborem
 Scrutari superos, cæliq; arcana volentum.
 Tunc ego, nescio, qua sebito vi tractus in altum
 Efferor, & tranans auras & nubila cælo
 Iam vicinus eramicum me Catharina beato
 Diuim cincta choro superos auxxit ad arces.
 Latus & à curis liber mortalibus ibam
 Mobilior plumis, celeriæq; velocior Euro.

Ipsa quoq; ostendens hylari noua gaudia frontes
 Sic ait: Ille tuus, qui sic accensa momordit
 Corda dolo, grauis illa tua querimonia mentis
 Diluit omne nefas, animi rubigine terfa
 Testigij exemit aquis, Acherontia clausit
 Stagnatibi, tria pandebat iam Cerberus ora:
 Iamq; aderant miseri lemures à limine ditis,
 Qui te præcipiti raperent in tartara cursu.
 Anguis ut alatæ virtutum deponit & annos,
 Angustum per iter gradiens, perq; aspera saxa:
 Ut Panacea senex patiens incendia fœnix
 Ignis odorato renouat sua tempora sacro:

BAPTISTÆ MANTVANI

sic pietas ardens, animaq; gementis anhelum
 Pondus ab infecti sceleris caligine lustrat:
 Nulla magis tollunt concretam februa sordem.
 Nulla animi pestem medicina potentius auferit.
 Hic nobis (viden' hos celos, qui singula volunt
 Sydera, & ostantum lucere tot ignibus orbem?
 Perspicuumq; gelu mundiq; immobile culmen?)
 Hic nobis eterna quies concessa Tonantis
 Arbitrio, nobis tot licet ocia caelo
 Ducere, sed claro Martis tibi tecta sub orbe
 Dat pater. Inferius quorsum libet ire licebit:
 Altius ire nefas, tua sit cum Marte potestas.
 Sic ait, & nitidio pulchrum caput abdidit astris.
 Est igitur cum Marte mihi domus ampla, diesq;
 Perpetuus, secura quies, eterna voluptas.
 Hic habitant anima illustres, qua fata profanis
 Accipiunt bellis, si sit miseratus ab alto
 Orbe Deus: Christi pro religione cadentes
 Altius admissa per summa cacumina mundi
 Tecta tenent, & cuiq; sua est satis ampla voluptas.
 Omnia spiritibus coelestia corpora sanctis
 Plena, Dei cœlum domus est inmensa, puderet
 Amplius his habitare locis, felicia semper
 Vulnera, qua tantis animum solueret enebries.
 Talibus orandi finem iam fecerat Heros,
 Atq; nouam tristi spoliatus imagine formam
 Sumpserat, & clarus gemmis radiabat & ostro.
 Qualis erat festu gradiens ad templa diebus

Splen-

SOMNIVM ROMANVM.

229

splendidus & multo Salomon spectabilis auro.
 Tunc ego, qui fueram casu trifatus acerbo,
 Iam positis animi curis, Tua funera, dixi,
 Non igitur sunt flenda, quibus de carcere longo
 Solueris, atq; graues claudis tam fortiter annos.
 Vita fuit virtutis opus, mors gloria, calum
 Parte tui meliore tenes, olimq; resument
 Corpora vitales fatis melioribus aura:
 Cum suprema dies aderit, tua possidet orbem
 Inclita fama, manet protetua clara propago.
 Non Paridis iaculo, nec ab uno vinctus Achille,
 Nec Lapithas inter pateris & oientibus vritis
 Occidis, aut diro sicut Tirinthius igne:
 Non te femineo montana Bethulia sexu,
 Non te Massagetur Tomyris regina fecellit,
 Non anus Argiuo fregit tibi tempora saxo.
 Nec, qua morte ferunt Persam cecidisse Darium.
 Dextera seruili fodit tua pectora ferro.
 Non in pace sedens armis & fraude tuorum
 Captus obis, quili maculauit cæde senatum
 Impius in patriam Casar, non tintæ veneno
 Pocula mortifero sumis, quo seua tulerunt
 Pœnum fata ducem, nec tu tua viscera telo
 Ipsa tuo lanias: qua fors miseranda Catonem
 Implicit, quod cum lucis vitaq; puderet.
 Nec pauido Xerxi similis cum milite multo
 Funderis à paucis, nec iners aut ocia dicens
 Rusticaceus Libya domitor, si fortibus armis;

eee 3

Si

BAPTISTÆ MANTVANI

Si superas animis & vitali undib⁹ istos
 Dicam alias, mortis certe tibi gloria maior,
 Nam velut excelsas altis in cotibus arces,
 Non nisi vi multa & longo molimine duri
 Deiciunt hostes: sicut non misit ad umbras
 Vna manus, non vna phalanx, exercitus omnis
 In tua fata coit, peterisq; a milibus unus.
 Sed neq; tecum bellæ Indi mollesve Sabai
 Pygmei vbreves rapiunt: verum accola Rheni
 Gens durata gelu, genus insuperabile ferro:
 Quod toties Romam tum cum ditione premebat,
 Europa Libyæq; urbes, Asiamq; minorem
 Terruit, hi superant Parthos, Thracumq; furores,
 Quos Martem genuisse ferunt. hi spicula torquent
 Penthesilea non inferiora securi.

Et iam certa dies tenebras altumq; soporem
 Ruperat, euigilans verba imperfecta reliqui.
 Visaq; per somnum tacita mecum omnia mente
 Suspettoq; metu volvens, Sint somnia, dixi,
 Vana precor, somnumq; ferant & somnia venti.
 Necdum finieram, cum tristis epistola nobis
 Nunciat infelix & lamentabile fatum
 Principis: Oh nimium, dixi, veracia, si quid
 Somnia triste ferunt, vana & mendacia quando
 Gaudia significant, rebusq; inimica secundis.
 Scilicet istud erat, quod mens presaga malorum
 Senserat, & cæco gemitum dabat & gra dolore,
 Mærebatq; tacens, & tristi pallida nocte,

SOMNIVM ROMANVM.

228

Vt solet hybernus piceis sub nubibus aër.
 Tanta netam subi: o virtus occumbere fato,
 Tantus honor potuit? Tanta expectatio rerum
 Occidit in medio ianti molimine belli?
 O superum metuenda manus, sententia semper
 Aequa: sed humana nunquam præcognita menti.

Spes hominum fragilis, fortunaq; lubrica, vanum
 Consilium, sensus hebetes, prudenter cœca,
 Q[uo]d capitur delusa modis? cum lata secundat
 Prosperitas, seruare modum, frenare volantes
 Nescit mens humana rotas, ardentia flagrant
 Vota, calet peccus, gliscit sine fine libido.
 Addit se comitem votis audacia mendax,
 Fertq; per abruptos silices, hebetatq; sequentum
 Lumina, ne casum metuant, ubi duxit in altum
 Precipitat, gaudetq; rudi noua murmura vulgo
 Ingerere, & subito orbem terrere ruinis.
 Propterea quicunq; loco sublatuſ ad auras
 Constitit illustri, summam non appetat arcem,
 Ne pessum deieciat. Volvère gigantes
 Turribus aëreis cœlos æquare, Deumq;
 Trudere de regno, & rerum ditione potiri.
 Sed pater indignans animis opus impulit audax
 In latus, & gentem mersit sub mole superbam.
 Dædaleos contra monitus puer Icarus auras
 Dum secat, & leuibus dum tendit in aëra pennis,
 Non tulit hoc Titan, caras ardore liquentes
 Soluit, & amissis perijt labor irritus alis.

BAPTISTÆ MANTVANI, &c.

Amphitriona telis Peantius heros
Figitur, & spernens habilem gestare pharetram
Sumpfit ab Herculeis vulnus lethale sagittis.
Occidit infelix Phaeton dum lora gubernat
Mortali diuina manu, riddisse paternum
Limen, & illufrem Phabi tetigisse quadrigam
Debuit esse satis, nisi mens illecta fuisset
Auricomis splendore patriis, curruq; nitenti,
Tutus erat, finem votis audacibus ergo
Ponite rectores orbis, quæ semper in altum
Euolat & nusquam vestigia figit arundo
Quo magis ingreditur nubes & sydera, tanto
Ocyus in terras caput est versus a caducum.
Mitius agrotant si quos temeraria pellit
Ex humili fortunaloco, quo strudit ab alto,
Quando nulla quies alia conceditur arte,
Tristitiam celeri cupiunt abrumpere fato.
Sed quid flere iuuat mortes, alienaq; fatalis?
Nos omnis domus illa manet, dilabitur etas
Dum loquor, & celeres torquent sua stamina Parca.
Quod superest, gelido damus inscribenda sepulcro
Verba renascenti quæ à posteritate legantur.
Clara Seuerinas tua belliger ossa Roberte
Hic habitant, potuit virtus à morte tueri
Nomen & egregiam mentem, mortalia membra
Non potuit, totum laus est tua missa per orbem.
Religio & pietas animum comitan tur in astris.

BAPTI-

221

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE,
THEOLOGI, PANEGYRICUS in Brixiam ciuitatem Gal-
liæ dictus.



RIXIA sapè tuas, cum sis mibi
gratior ipsa
Vel non grata minus Manto, genus vn-
de Maroni
Altiloquo, genus vnde mibi, conte-
xere laudes
Dum meditor, nocet incæptis opulentia rerum,
Et facit ut dubitem, quæ fandi exordia sumam,
Sed spero monstrabit iter ventisq; secundis
Vela inflabit amor, qui me has facit ire per vndas.
Sparsit ut æthereos Deus & natura per orbes
Sydera, nec mundi partem congesit in vnam
Omnia, sic diuisit opes, terraq; per omnes.
Transfluit, & nulla est bona qua ferat omnia tellus.
At qua plura parit, vel quæ meliora, videtur
Preponenda alijs, atq; in sublime ferenda
Landibus, accredi aſtrifero gratissima cœlo.
Quippe tot egregijs diuīsum qua pradita donis.
Laudantur Phrygia Cybeleia rura sub Ida
Quod frumenta ferant, eadem quoq; gloria Nilo:

eee 5 Idem

Idem honor est Libya, Dauni quoq; non minus agris,
Est decus & Siculis, sed nec tua Brixia vincunt
Rura tamen, tibi matur is flauescit aristis
Tanta Ceres, tanto pleni tibi mergite campi.
Nonne vides quantos tibi verberat area culmos
Cum rchit a statem Cancer? Titane reuerso
Cum tepeſt arbiterus, cum nix Riphæa calorem
Sentit, & in Tanaim glacies descendit ab aliis
Rupibus ac rapido compleat Maorida cursus?
Tunc Claris tritura calet, tunc Vrcea tellus
Ventilat auriuolam segetem. Tum terra Minerua
Quæ cognomen habet, Pontani prædia vici,
Quintiaq; in culmos abeunt, Aſulana flagellis
Rura sonant latè, compleat Gotholinguia clamor
Ruficrus, exultant late ſola Portia plausu.
Sic Lenæs ager, sic & tuaiugera Pano.
Fronte galera ſalice & fluuialibus almis
Califiana graui sudat ſub sole iumentus,
Gadicaq; & magnis onerant laquearia aceruis.

At neq; triuice ſolum tibi copia messis.
Frumenti genus omne legis, quod paſcere campos
Sit fatis, & montes, nedum ciuitate tecta.
Hic milio pubescit ager, parit omne legumen,
Et quod Romulidas Fabios denominat, & quod
Te Cicero pater eloquy, te Lentule, te que
Romulei Piso pars non poſtrema ſenatus.
Triptolemum quando cerealia ſemina ſumpsit
Hic prium pafsiffe putant. Querceta relictis

Glan-

Glandibus, ha gentes prium mutasse feruntur
In Cererem liquefactam vndis, & candida liba,
Poculaq; in Bacchi dulces Acheloia ſuccos.

Cretica Gnoſiacos celebrat vindemia colles,
Chiaq; neſtareos aruiaſa pocula ſuccos,
At neque Campani in olliſſima vina Phalerni
Et qua flammiuomi pariunt arbusta Vesoui
Sunt laudata parum, vineta Ligustica paſſim
Fama canit, Tuscæ extollunt Arnentia myſta
Quæ Trebulana vocant, vitro potanda capaci
Verum nulla tuis contendere vitibus auſit

Patria, nulla tuo tellus certare lyeo,
Cum redit Autumnus, chelaſq; ingressus Apollo
Mitigat ardentem tenebris maioribus aſtum,
Cum rediere grues: cum nix Alpina reuerti
Incipit: & primis albescent rura pruinis:
Bacchus ad eſt, formosa ſuis velata corymbis
Iam non ora gerens, ſed tempora palmitæ torto
Inter pampineaſ frondes pendentiibus ruis
Cinctus, & exemptis nudatus crura cothurnis,

Et clamat, proferte lacus, proferte coloni
Labra, canistrata scandant arbusta puelle,
Cum pueris exite nurus, exite mariti,
Verte manu cultros, operiq; accingite lateo.
Ecce micant alacres, campos, montanaq; bacchæ,
Atq; Mimallonides penetrant. Spoliantur aprici
Neſtareis colles botris, & onusta per agros
Plauſtra gemunt, muſto madidus festinat adantes

Vinitor

Vinitor extremos, vinetaq; nuda relinquunt
Ficedulae virides, & armata obsonia Turdi,
Annixiq; alijs ea damna rependere mensis
Peruolit ant oleas, pascunt redolentia grana
Iuniperi, cui sunt durata in spicula frondes.
Sedulitas inopis vita perquirere cogit
Si labrusca aliquos circum dumeta racemos
Forsitan appendat, tenuemq; inuadere prædam.
Incipiunt sumare cadi, cellaria nubem
Exhalare grauem capiti, nidoribus aure
Somniferis subeunt nares, auidoq; palato
Pocula promittunt blasam facientia linguam,
Quanoceant plantis, & qua vestigia in arcum
Errabunda ferant, dulci vis tanta veneno.
At cum molle merum totis ebulliat agris,
Plus tamen ista locis laus est concessa duobus:
Vnde honor & bibilia ac spes cauponibus ampla.
Gloria primatibi est Cellatica nobile nomen
Quæ trahit a cellis, tua sunt mollissima nectar
Vina, quod ante Iouem Iunonia porrigat Hebe.
Altera saxo laus est concessa Gauardo,
Lausingens veteris non concessura Phalerni
Laudibus, antiqui decus excessura Phanei.
Verboſi gaudete senes, bibulaq; taberna,
Hinc venit in vestros felix opulentia coetus,
Siue solo vis ista subest, seu labitur astris
Ambiguum, quacunq; ferant hec munera cause
Fælices agri, fortunatiq; coloni,

Quos

Quos tam vitali Deus insigniuit Iaccho.
Nam melius choreas, & connubialia festa,
Sacraq; Leneo venas animante frequentant.
Fortius intendunt, si res onerosa laborq;
Ingruerit, neruos, operiq; potentius instant.
Alcyoni sylvas canit & Thæcia poma
Gracia, & Oceani positos in fluctibus hortos
Hesperidum, quos Alcides Iouis inclyta proles
Dicitur audaci quondam violasse rapina.
Quid longinqua iuuat viridaria? quid iuuat hortos
Nosse peregrinos? istis Vertumnus in aruis,
His habitat Pomona locis: Paradisia mala,
Appia quid memorem? fuluoq; Cidonia vultu
Pondere frondosos in humum curvantia ramosè
Aspice quanta piris opulentia, mille figuras
Hac in fruge vides, quamquam nitantur in altum,
Inclinata tamen grauibus compressa volemis
Brachia succumbunt oneri. Neu gratia desit,
Omnibus in pomis color est & solis, & vmbre.
Transeo laticomas clypeis nemus vtile ficos
Quæ duplices iadant fetus, biferosq; lacertos.
Contemplemur opes circreas, Viden' aurea mala
Sub viridi velata coma? sua pignora mater
Mostrat, & abscondit, quia sunt pulcherrima, mostrat,
Spectariq; cupit, quia sunt gratissima, condit,
Tiuariq; timet memor Herculio. Aspice quantus
Sit decor in folijs, & qui de floribus exit
Quam late spargatur odor. Quid cinnama queris?

Balsama

Balsama quid curas? hic sunt orientis & austri
Delitia, sed parua loquor, cibus ipse deorum
Ambrosiam dicunt, istum non aquat odorem.
Palladijs docta sylvis celebrantur Athenæ
Et tumuli Tyburtis agri, montana Venafri
Rura, tepe centem vergens Tyrrhenia ad austrum,
Picentum Ligurumque solum, Syconia tellus
Ionio pratenta mari. Neque Brixia tantis
Est priuata bonis, tanti neque muneris expers.
Palladio tu rore fluis, tibi Paufia colles
Induit, & radijs umbrantur & Orchite montes.
Cum Boreas hybernus adest, cum bruma reuerti
Cœperit, ascendunt oleas, & ab arbore sacra
Decutunt baccas, ac subiicienda trapezis
Grana, fluit liquor hircinos mittendus in vtres,
Quem Venetus, quem Gallus emat, qui præbeat rsum
Multiplicem, seu vis tenebras extinguere flammis
Dum lucubrat anus, vigiles dum pensa puella
Nocte trabunt, caelo septem voluente triones,
Seu sit opus condire dapes, vel pellere morbos.
Nam neque fidebat tantum Podalirius herbis,
Vulnera quin liquido semper leniret olio.

Pascua Cyrnaeos decorant uberrima campos,
Quæ Phrygius Meander alit: quæ prata Cayster
Alluit herbosa quæ sunt diffusa sub Hybla,
Et quibus albentes pascit Meuania tauros,
Fama antiqua facit sublimi insignia cantu.
Sed quid multa moror? nulla est virginetanta

Terra

Terra virens ubi tot longis armenta diebus
Transferat in montes, brumaque incunte reducat
In campos, ubi plena calent fœnilia, pastor.
Hic audis balare greges, mugire iuuenios,
Geriones quales, quales pascebatur Apollo
Flumen ad Amphrysum, quales ab Apollinenata
Lampetis quondam Siculus curauit in oris.
Hic audis grunnire sues, resonare cohortes
Altilibus varijs. Carpunt virgulta capella,
Per dumeta cubant, strepit hic & aquaticus anser,
Et fluialis anas, rapido lepus innua cursu
Circuit, & longas fugiens assurgit in aures.
Dicite Dij ruris, & vos sylvestria Nymphæ
Numina florilega, quas appellare Napæas
Gens antiqua solet, si quo florentia prata
Vidistis tam multa loco. Quo gramina Fauni
Vidistis tam lat a solo? tam rovida rura?
Nec solum cum vere novo pubescere tellus
Incipit, & ramos vestit nemus omne comantes,
Sed cum productos astas altissima soles
Exhaurire parat, morbosa canicula quando
Scindit humum rimos altè penetrantibus, & cum
Est umbris æquata dies, cum proxima frondes
Bruma fugat, sepe in grandes humus induit herbas.
Limifer Aegyptum toto fæmel irrigat anno
Nilus, ut Aethiopum glaciem dissoluerit astas.
Imbre caret, si que volitant per inania nubes,
Sunt sine rore, bibunt solum noua gramina Nilum.

Brixia

Brixiamille rigat latissima fontibus arua.
 Nam secat in plures duo lucida flumina riuos:
 Maior ab Occaſu voluit Sebinidas vndas
 Olius, & ripis fugiens includitur altis.
 Pauperiore vado Cleſis montanus ab Ortu
 It primum per saxa ſonans, mox valle relictā
 Inſeritur campis, placidumq; euadit in amnem.
 Hinc liquor alueolis per prata, per omnia ſectio,
 Labitur arua, velut per corpora viua animantium
 Purpureus fahguis, lenem ciet vnda ſuſurrum,
 Et properans venit auxilio ſitientibus agris.
 Hinc ſegetes horti q; bibunt, hanc paſcua potant,
 Aruaq; laſciuo vagi circuit omnia curſu.

Laudauere Gnidon veteres, & littora Lucri
 Quæ cognomen habent, quod erant priſcoſa, gregeſa
 Dori tuos alerent, erat & ſua gloria Baſilis,
 Baianiſq; vadis, ubi Druiſi Antonia quondam
 Diuertens habuit clauſis viuaria lymphis.
 Et deleſatus Murena, Acipenſere, Rhombo,
 Atq; volubilibus Rhetor Romanus Echintis.
 Et tibi magna natant vitreis armenta ſub vndis
 Brixia, & implentur madida tua retia prada.
 Consule Sebinum, lato qui gurgite montes
 Separat, & viridi ripas prateſtit oliua.
 Consule montanos latices in stagna coactos:
 Vnde ferunt oculis quondam flammantibus Hydrum
 Egressum, montana graui qui rura veneno
 Inficeret, peſtemq; caſas perflaret in omnes.

Inde

Inde datum lacui memorant cognomen ab hydro.
 Consule Benacum, fluctus qui ſurgit in altos
 Ionio ſimilis pelago. Piscaria facio
 Flumine tam magnam molem, & graue pōdus aquarū
 Projicit in campos, Mantuaq; mittit in arua.
 Fitq; lacus rurſum, qui cinctus arundine glauca
 Circuit ambitam muris ac fluitibus urbem:
 Quam nurus in campo poſuit Thebana Lacuſtri,
 Ingentem Benacuſ aquam tibi Mantua mittit;
 Et non mittit opes, & qui ſub gurgite tanto
 Magna mole natant squammoſa animalia, pisces.
 Nec ſteriliſ tamen vnda tibi, tua plena papyris
 Ora, quibus texunt crates. Nymphaea per vndas
 Surgit caſtratas, Nymphaea libidinis acrem
 Vim frenare potens, vmbraſtatur arundine ripa:
 Vnde caſis contra pluias velamina ducunt.

Nux tibi, qua corio reſitta tricußide glandem
 Caſtanæ ſimilem profert, quam vidimus inter
 Nobilium mensas, tibi grex Neptunius implet
 Retia Benaci ſi non habiturus honorem,
 Eſca tamen molli eſt non contemnenda palato,
 Sed me rurſus aquam vocat ad Benacida tempus:
 Purius hic habitat, cui gloria ſumma natantum
 Carpio, qui procerum canas, conuiua regum
 Pontificumq; dapes, quoties lautiſſima ponunt
 Prandia, nobilitat, pelagus quoq; nauigat vſq;
 Ad Thraces, ad Sidonios, ad Iberica longe
 Littora, barbarica procul vſq; ad mœnia Byrsa.

fff

Pisci

Piscitantes honor, leporem fugat, orygiaq;
 Vincit aures, prefertur Ity, perdicea prait
 Viscera, Iunonis volucrem, qua posset Argi
 Lumina, & omne sua quod condit Apitus arte.
 Seu sit prada recens, seu iam sartagine dudum
 Ac sale duratus Daphne in fronde recumbat.
 Praterit & pecudes, quas pascit in aquore Protheus.
 In Lyta apud prisosterra est Themesea metallis
 Et chalybum, veteres celebrant Amathunta poëta:
 Syluaq; vulnifico non est ingloria ferro.
 Tu quoq; laude tua non es fraudanda) sub antris
 Brixia montanis ferrum venata caminos
 Mittis in ardentes, & in alta incendia massam
 Qua concotta cauos fluido subit amne canales.
 Missaq; in incudem latam, formatur in arma
 Rustica ad agrorum cultum formatur in arma
 Bellica pugnacem duri Mauortis ad vsum.
 Nulla tot accedit vulcanum follibus ora,
 Nulla tot inficatteretes mucronibus hastas,
 Nulla in tot galeas, in tot thoracas ahenos
 In tot fulmineos chalybem, qua molliat enses.
 Mulciber est testis, Mars & Bellona fatentur
 Istud idem, qui bella regunt, qui tympana pulsant,
 Qui ituos inflant, tribuunt tibi Brixia palmam.
 Ipete saxos e resonantia flumina Mellæ,
 Quæ fluit è gelidis in apricos montibus agros.
 Hac duce carpe viam Borealia sydera contra
 Inuenies vallem, Tropicam dixere coloni

Indigenæ

Indigenæ, credes Aethnam subiisse sonantem
 Lubet q; fiduis, grandes ubi fulmina cudent
 Bronzes & Steropes, atq; igneus ora Pyragmon.
 Mulciber accensos longa cum forripe ad ignes
 Aera trahit, qua mox feriat, quæ malleus ingens
 Verberet adductis vacuum per inane lacertis.
 Additur ad ferristrepitum graue murmur aquarum
 Oppositi reboant montes, confusus ad aures
 It sonus, obtundit clamor geminatus Olympum,
 Ac fa it artifices surdescere. Nilus ab alto
 Latitante ruens casu sic afficit aures
 Indigenum, voceq; negat sentire loquentum.
 Rupis hyperborea trans alta cacumina fama est
 Esse locos, ubi sit vita tam innoxius aer:
 Ut vix mortales post tempora longa senectæ
 Mortem obeant, plerosq; etiam se mittere in vndas
 Precipites, & sponte mori, longana perosos
 Sacula, parresq; huius fastidia lucis.
 At neq; quis cœl tractum non esse salubrem
 Dixerit hic, ubi nulla palus, que polluat auras,
 In longos hic vita dies procedit, in annos
 His nostram licet atatem producere centum,
 Et Pylij de more senis, de more Sibylle.
 His patribus seram fas expectare nepotum
 Progeniem, canis donec sit sparsa capillis.
 Vidimus hic octo decies qui vixerat annos
 Progenuisse marem, longavis tanta senectæ:
 Et nouatam serum mirata infantia patrem est.

fff 2

III

BAPTISTÆ MANTVANI

Hic hominum genitura potens, numerosaq; proles,
 Et multæ matres uno duo pignora partu
 Suscipiunt: hic ora viris accensa, vigorq;
 Igneus, & rosea facies, non liuida membra,
 Non funesta cutis: quales Populonia Fusco
 Juncta mari, quasi laruarum sine sanguine rultus
 Ferre solet, vultus agros. Non lumina glauca
 Crura ve vix lento proferre valentia passus:
 Qualia fama refert veteres habuisse Latinos,
 Circum qui littus arant, oramq; palustrem:
 Quæ gremio includit lapsos e montibus amnes:
 Quiq; colunt Tuscas infamia rura Grauiscas.
 Sunt quoq; bellandi studijs & idonea paci
 Corpora barbarico non irritata furore,
 Qualia sub Scythico populis habitantibus axe.
 Peccora non ignaua tamen, nec inertia corda,
 Ast humana, tenax animus pietatis & equi,
 Mens inopum diuumq; memor, miserabile paßim
 Vicitur vulgus habet, paßim nitidissima templas:
 Per vicosq; facer castella per omnia cultus
 Aßidue, sed festa dies solennius aras
 Velat, & ad celebrem respondet tibia cantum.
 Cultus ager paßim, tellus habitata colonis
 Indigenis, non externis, vt proxima Ponto
 Patria Picentum, non vt Samnitica rura,
 Quæ vicina salo, loca desolata maligno
 Sydere, & aëreo sapè incestata veneno.
 Cerne quot apricis albent in collibus arcess;

Oppida

B R I X I A.

227

Oppida quoq; turbis habitata frequentibus, vrbes
 Quæ referant iustas, & per montana videntur,
 Et per plana, domus hominumq; habitacula summis
 Sunt dispersa iugis, pascuntq; armenta per Alpes.
 Aeterna nube vestitas, perq; inuia saxa.
 Nec tuus est angustus ager, confinia tangunt
 Teutonicas, vbi semper hyems asperrima, gentes.
 Hic eß illa ingens vallis, Camonica vulgo
 Ditta, vbi tot vicos, vbi tot castella, tot arces
 Esse aiunt, vbi fert omnes humus herbida fructus:
 Ferri humus argentiq; ferax vbi mania Breni
 Viuere, adhuc fama est, quandam duce Gallia Breno
 Venit in hos agros, & in his regionibus vrbes
 Condidit egregias, ipsa hac in valle reliquit
 Brenus opus, quod adhuc domini cognomina seruat.

Ast nec frige carent montes, altissima carpit
 Prata pecus varium: Corydonq; sub ilice cantat
 Plurimus: & multos audit reponare Menalcas.
 Frigida pinetis alpina virentibus ora.
 Hic quoq; lactentes mulget pannoſa capellas,
 Mulgetores, & lacte graues Galathea iuueneas:
 Et lac concretum latos extendit in orbes.
 Sunt qui ligna fecent teſſis, altissima quercus
 Ceditur, atq; Abies proris umbrosa lacertis,
 Et longa larix. Tilia leuitate salignis
 Accandore pares tabulis, oleoq; fluentes
 Vitali picea rapidos truduntur in amnes:
 Ut quoties largum nubes soluuntur in imbre,

fff 3

Et

BAPTISTAE MANTVANI

Et celsa de rupe fluens coit vnda, natatu
 Aspera præcipiti per saxa feruntur in urbem.
 Est qui tensa adigat cceleris in ratia ceruos:
 Qui venetur a pros, capreasq; in imagine claudat,
 Qui feriat solidis turpes basilibus vrsos.
 Quiq; Machaonijs medicas legat artibus herbas,
 Mandragora semen, chironia centauræa.
 His legitur Panacea iugis, hi gramine montes
 Paonio vernant. Hic est Dittamus, & omnes
 Moly fugans morbos, Venerem reuocantia lentam
 Tubera, sunt varios nascentia germina in vrsus.
 Dicite quæ sa' tuis habitatis Oreades altos
 Vos quoq; syluicola Dryades, in montibus istis
 Quid vestris dulce est animis? quæ vestra voluptas?
 Motu meis precibus Dryadum, quæ maxima natu
 Chlotis ait: Montes vt nix tegit, vtq; reuersa est
 Bruma sub intramus fontes, tepidisq; sub antris
 Hybernamus, vbi thalamo trahit ocia clauso,
 Ac requiescit humus, si forte quiescere dici
 Debet, in occulto mulier qua stamina torquet,
 Materiamq; parat venturo inclusa labori.
 Ut vero pigræ est hyemis truculentia pulso
 Vista gelu, rursum è latebris reuocamur in auras,
 Frondibus ornamus sylvas, & gramine terram.
 Inflammamus aues, atq; inspiramus amorem
 Sollicitum quo nidificent, quo guttura soluant
 In modulos, vt nox molli mollissima cælo
 Congruat, & latocantus respondeat anno.

Prima

Primus hoc ardore greges, armenta, ferasq;
 Ut foecula recens stabulis succedere auris
 Posit, & vt rerum soboles eterna superst.
 Ut redit Maius, paulumq; incanduit astas,
 Vestigamus humilegimusq; rubentia fraga
 Primitias frugum, fruimurq; tepentibus auris.
 Cum subit Icarium Soliam violentior ignem,
 Tendimus in sylvas, gelidisq; iacemus in vmbbris
 Irriguos propter fontes, vbi mille susurrant
 Per virides herbas, per saxa sonantia riui.
 Tum quoq; flava seges, nec enim frumenta negauit
 Montibus alma Ceres, plenas maturat aristas.
 Sunt quoq; nonnullis, tellus vbi respicit austrum,
 Et qua Sole magis calet & minus alget aperto,
 Rupibus, ac raris inspersi vitibus agri,
 Vnde venit sero tenuis vindemia, quando
 Parrhasius molli polus est inimicus Iaccho,
 Et montanus apex nimium productus in auræ,
 Colligimus dulci studio tum mitia corna
 Arbutaq; Autumno iam decrescente leguntur
 Castanea molles, acidis tunc & sua sorbis
 Tempora: & hirsuta legimus cum mespila barba,
 Accitò crescentes fallacia pabula fungos.
 Glis brenis hyberno solitus pingue scere somno
 Nititur in phagos, in castanea, & in alto
 Vertice syluarum residens curvo vngue prehensas
 Tollit ad ora nuces, tremulisq; putamina labris
 Circuncisa abigens implumi vescitur esca.

fff 4

Cernere

Cernere iucundum feles per inane volatu
 Ire leui, natiq; arboreo de culmine culmen
 Dum saltu inuadunt agili, volitare putantur.
 Quid tibi commorem, quid seu animantia Martes,
 Quid præda mustella ferat, mustella volantum
 Dira lues avium nidos scrutantur, & ipsas
 Sapiens absunt tenero cum pignore matres,
 Visæ etiam scythica lynces errare sub umbris
 Istorum nemorum, Lynces animalia Baccho
 Sacra, lupos vultu, tergo referentia pardos.
 Hic fera vulpe minor corylos qua pascitur: at cum
 Ningit byems dormit multos incognita menses.
 Fulua comam pecus bac, alias ingloria, somnus
 Reddidit illustrem, pigroq; ignavia ventre.
 Tunc & montano gaudente frigore rapas,
 Rapas brumales epulas hominumq; boumq;
 Pabulaq; a mensis non excludenda superbis
 Carpimus, & fesso fruges tum claudimus anno.
 Sic Dryas. In tenues ea vox euauit auræ.

Hactenus ista tuo praconia solimus agro
 Brixia, tu superes paucio memoranda, nec ausim
 Complecti decus omne tuum: nam copia rerum
 Ferret in immensum, nec haberent carmina finem.
 Sit satis in præsens, si qua magis inclyta, dicam.
 Te tua (vt à diuis dicendi exordia sumam)
 Religio, tua te pietas immensa per orbem
 Iam vulgata satis celebrat: sed maxima fama
 Re minor est, id sacra ades, id grandia tempia

Signifi-

significant, id sanctorum collegia patrum,
 Orgia diuini ritus, modulata per umbras
 Canticæ, dum stellas nox intempesta cadentes
 Præcipitat, dum sol ignotum illuminat orbem.
 Prætereo diuum indigetum tot condita sacris
 Membra rogis quondam diuina habitacula mentis.
 Quippe per Italicas nulla est, qua vendicet vrbes,
 Tot sibi pastores (Romam tamen excipe) sanctos.
 Nec veluti Phlegyas, illaudatumq; Lycurgum,
 Pentheaq; exlegem, fœdamq; Ixionis umbram.
 Actellure satos (si fabula vera) Gygantes
 Moliri impietas te contra numina quicquam
 Fecit, ut ira tibi sit formidanda Deorum.

Quid signum caeleste canam? quod lyncea fallit
 Lumina: materiam cuius prudentia nondum
 Scire humana potest. Deus vt sententia patrum
 Indicat: ut visum nostris maioribus ipse
 In teale suo signum pietatis ab alto
 Misit, ut hic habeas patriæ monumenta beatæ.

Quid memorem quibus officijs, quæ diuite sumptu
 Inferias celebrare soles, animasq; tuorum
 Quot sacris, quanto are iuves? pius iste parentum
 Ritus in aternos duret, neq; definat, annos.
 Disciplina vetus non contempnda, nepotes
 Degenerant, si maiorum documenta relinquant.
 Hoc tibi, ne patiare tuam sordescere laudem
 Commemoro, neu forte minor tua gloria fiat.
 Thefida magis ingenio valuisse feruntur:

fff 5

Robore

BAPTISTÆ MANTVANI

Robore Thebani, leuioreq; Atticatellus
 Circunfusa foret, pingui Baetia cælo.
 Tu ingenium, tu robur babes, prudentia legum
 Vtrarumq; tibi, medicas tu intelligis artes:
 Non secus ac vrbes: si sunt Gymnasmata magno
 Publica concursu, plures tibi Brixia Cinni.
 Multi Asclepiades, permulti Amphione capti
 Vocales numeros digitis atq; ore frequentant:
 Ac Samij documenta sensi. Nec dædalæ paucos
 Terrarum mensura iuvat, vaga sydera multos
 Alliciunt, & fata hominum speculantur in astris.
 Sunt quibus annales nedum cognoscere, verum &
 Scribere, & antiquos sit mens perstringere casus,
 Capreoli sors ista tui, qui traxit ab umbbris
 Te, cinesq; tuos, huius facundia noctem
 Expulit umbrosam, fecit q; ascendere magnum
 Quod claram aeterno faciat te lumine, sydus.
 Ipse tua repetens prima incunabula gentis
 Omnia percurrit rerum monumenta tuarum,
 Et longeua suos tua tempora dicit in annos:
 Tar Lui, par Crispi tibi, qui in vincla Iugurham,
 Et coniuratos agis in mala foedera ciues.
 Nec minus armorum studiotu lata iuuentus
 Ocia segnitiemq; fugat, præludia Martis
 Fingit, equos agit in gyrum. Lacedamon acredas
 Esse tuis suppostam oculis, Argosq; superbum.
 Fortia per ludum nitidis thoracibus armant
 Pectora, & induit galeas in mutua currunt

vii

B R I X I A.

230

Vulnera: nec metuunt telum expectare trifluctum;
 Quod potè Caucajæas itæ confingere cautes.
 At neq; te solum duri Mauortus imago,
 Ac pugna simulacra iuvant, certamina vera
 Te celebrant, & habes decora immortalia ab armis.
 Gallia seu genuit, seu te Germania mater:
 Nam genus abscondit tenebris ad portæ vetustas:
 Tu Cenomanorum quondam regina fuisti,
 Et tibi parebant Orobis saxosa vagantes
 Periuga, & imperium armorum molimine nacta
 Sapientimphales fecisti incedere pompas
 Ad delubra Deum, cumulasti hostilibus aras
 Exuuijs, & prædatibolo donata pependit.
 Quò feror? hoc non sunt nobis tua fortiter acta
 Contexenda loco, qua si cognoscere quisquam,
 Gestier'it, legat annales veteresq; nouosq;,
 Et qua Capreolus monumenta æterna reliquit.
 Cerne quibus tua progenies miserisq; inopesq;
 Suscipiat curis? Viden' illa excel'ja lauacra
 Te etiæ supercilio, nitidisq; insignia claustris?
 Illa domus commune bonum est, communis ezentum
 Victis & hospitium, pietas ea tanta tueri
 Ac seruare tuos omni in discrimine ciues,
 Si fuerit seruata potest: re publica tanquam
 Ianua cardinibus solidis imixa, manebit
 His suffulta bonis, nullo violanda periculo.
 Ut Numa Romulidis, Lacedemonijsq; Lycurgus,
 Cecropijsq; Solon, Minos Cretenibus olim

Con-

Constituit sanctas morum exemplaria leges:
Sic tibi rectores Adriae prudentia quorum
Altior est istis legum latoribus illinc
Maiores habueret tui compendia legum
Sacrosancta, quibus procul hinc discordia, & omnis
Factio pallentes abiit Phlegetontis ad undas.
Nam tua, si veteres animo complecteris annos,
Inuenies odij olim flagrantibus arua
Desolata, tui quondam ciuilibus armis
Certauere patres, modò sunt sublata malorum
Semina, & altatos pax est ingressa penates:
Hinc morum probitas, hinc est opulentia rerum,
Hinc est orta quies, hinc est tua nata venustas.

Lignea que quondam fueras, nunc nobile marmor
Indus, argentoq; ornas laquearia, & auro,
Hinc creuere domus, creuere negocia, & artes,
Et fruges creuere tuae. Tu ciuib; urbes
Finxit vinci, plures in rura colonos,
Tu plures in bella viros, cum bella geruntur
Mittis, & exerces animis sublimibus arma.
Affice sub Veneto quanta incrementa senatu
Sumpferis, atq; breui quantum profeceris auo.

Cyzicon Aemonia clarum ac mirabile quondam
Gentis opus vidit pelago vicina Propontis:
Vidit, & oblitus viuis carentia saxis
Moenias, & in cœlum nitidas ascendere turres.
Hoc opus aggressa es nostris aquare diebus:
Cum non coetilibus, quales Babylonica quondam

Vrbs

Vrbis habuit, muris, sed viuo marmore & altis
Saxorum aggeribus tollis pinnacula ad auras.
Atq; minas, duplicitq; latus munimine cincta
Tutam agit expulso Martis discrimine pacem.
Nobilis (vt Graij memorant) fuit arce Corinthus
Acrocorinthiaca. Sed tu certare Corintho
Ne dubita, tu nobilior, tu indice vinces
Hellade, & angusto duo qui freta respicit Isthmo,
Arx tua is excuso Chinnai vertice montis
Prospicit Aemylia iuga, turritamq; Cremonam:
Poeninas Graiasq; alpes, gentisq; Salassæ
Culmina, & Helvetijs montes rvi regna colonis.
Dura in rupe sedens ridet tormenta, minasq;
Omniaq; eludit Martis molimina, & arma.

Aeris & argenti cumulus tibi tantus & auri,
Atq; animis vix tantatuis, vt surgere molem
Feceris immensam, quallem vix aula fuisset
Pace fruens clauso Romana potentia Iano.
Vanali pratenta foro prætoria surgit
Porticus, & grandes premit incurvata columnas:

Quas montes pepereret tui, neq; enim tibi longis
Marmora sunt quarenda vijs, tua parturit onerata
Materiam tellus, nec lata per æquora nauis est
Ad Numidas, non Aegyptus fodienda, Cargios
Non adeunda, tibi tua suggestit omnia et illis,
Sed marmor iactare parum est, iactare micans
Cum liceat gemmas, per saxea flumina Melius,
Per montes inuentatuos (hac sydera nostros

Illustrant nōnitate dies) tornatur laspis
Vndiq, que in pateras regalia pocula tranſit,
In varium per templa deus, per ditiæ tecta
Nobilium. Splendore humus hic instrata superbis;
Non secus ac sonipes phaleris instratus & auro.

Hec quoq, pars laudum non aſpernem la tuarum;
Prærupti excelsum montis latus, ardua rupes
Magna in fructa ruit vix ſuffectura superbis
Aedibus, excelsos ingens ea machina montes
Abſorptura, feret liuens in vertice plumbum:
Tunc aquabit Othrym, tunc alta Ceraunia calvo
Culmine, & imposita tranſfibit imagine nubes.

Quattuor eximios fontes Arethusa lympha
Commemorant, Ithacis vnuſ aſcribitur oris.
Vnuſ apud Smyrnam, Smyrnam quæ ratis Homeri
Eſt natale ſolum, prope Chalcida tertius, vnum
Procreat Alpheus, qui dicitur aquora ſubter
Immiſſe caput, Siculisq, attollere in agris.
Fons tibi: quem nullus magni de fontibus orbis;
Seu ſit Pyrene, ſeu ſit pulcherrima curſu
Callirhoe, ſeu quem Muſis ſacravit Apollo:
Romula ſeu virgo, ſeu quadruplex Arethusa,
Audeat irritare, ſinu diſfunditur ampio,
Et cubat in vitro placidiſſima gurgite lympha.
Stant circum viola, Veneris crines, Hiacynthus
Molle rubens, fontisq, memor Narcißus amati,
Et varij toto vernant in margine flores
Monte ſub aëreo, geminas qui reſpiuit arboſa.

Hinc

Hinc loca deductus per ſubterranea cœco
Tramite Chinneam properat deſcendere, vt arcem
Subteriens madidum caput intra mœnia mittat.
Hic quoq, multifidis diuiſa canalibus vnda
Serpit, & in vicos, & in omnia tecta ſubintrans
Mille parit fontes, totamq, perambulat urbem.
Humectansq, vias aſtate refrigerat aſtum.
Mox vehit urbanas in proxima prædia ſordes,
Ac fecundat humum, tandemq, in lignea tranſit
Robora, & agrestes it transformatus in herbas.
Res miranda quidem. Quis enim mutare figuram
Non miretur aquas ſieriq, ex flumine frondes?
Hac metamorphoſis non delirare poētas
Qui noua migrantes referunt in corpora formas,
Admonet, & vatum vanos non eſſe furores.

Ad tantas quibus es paſsim celeberrima dotes
Vir deerat tibi Socraticus, formare iuuentam
Doctus, & ad Muſas teneram deducere pubem.
Ecce velut Pandora polo delapsa Ioannes
Rouatensis adest, quem dum puer eſſet Apollo
Aonias in saltus, rupes Heliconis in altas
Tranſfult, atq, nouem Muſis commiſit alendum
Qualiquor erumpit Phorcynidos Hippocrenes,
Hic rbi vir factus: veterem tranſfuit in Aſcam
Hesiodiſ, lares, & per Cephisidas vndas
Venit ad Eurota Lauros, Pimplamq, reuift,
Tieriam vidit, vidit Libethridas oras:
Legit Academicos per prata videntia flores.

Tranſit

BAPTISTAE MANTVANI

Transyt ad Tybrim, terramq; Aeneida, sermo
 Quiquid opum Romanus habet, quacunq; Latinis
 Finibus inclusere atqui Varronis & Aenni
 Erit, & veniens meliora ad tempora Liui
 Liui Antenorida, Marci Arpinatis, ad annos
 Crispe tuos, ad Vergiliū fælicia secula
 Dinitias omnis fundo expiscatus ab ipso est.
 Quasq; audiēt quasiuit opes, effundit abundē:
 /Ipote qui locuples, laetus, nullo bulcere marcens
 Inuidia docilem cupidus ditare iuuentam.
 Hic Senece leges, hic magni sancta Catonis
 Verba sonat. Salve moderator summe iuuentæ,
 Summe reformato r morum, dux ingeniorum:
 Te Deus hoc misit, teneros vt crederet annos
 Vrbstibi. Chinae tu Quintilianus in vrbē,
 Tu decus es patrie, Latiatu gloria lingua
 Tu reserare potes penus, arcanosq; recessus
 In quibus inclusit causas natura latentes.
 Quicquid enim Pliniana quo vigilantia toto
 Ex alienigenis prope mille authoribus aures
 Trastulit ad nostras geris alta mente reposum.
 Brixia cogit amor tibi me memorare colendos
 Non minus esse animos iuuenum, quā prædia & hortos
 Neglectus, male cultus ager mala gramina tantum
 Scit proferre, nisi sit fortunatus, & astra
 Prospéra sortitus, qualis Thymbraeus, & grus
 Anticyraea, solum quale est quod cinnama, qual
 Balsama quod profert, qualis Panchaica tellus,

Atq;

B R I X I A.

333

Atq; alia quedam: verūm hac rarissima sors est.
 Prouentum cultura facit. Cur Barbara regna
 Sunt tam cruda? Carent cultus, sylvestria fiunt
 Pectora, quæ tales non instituēre magistri.
 Est igitur cui bene delegata iuuentæ
 Publica cura tua: Verūm maiora fuissent
 Præmia (da veniam mihi pro virtute loquenti.)
 Debita doctori, quo nec præclarior inter
 Rhetoras Ausionios, nec vita integrior omni.
 Vineigitur Veneti sub maiestate senatus,
 Atq; age sub diuo placidissima tempora Marco.

EIVSDEM VILLA RE-
 frigerij.



Dalium Cypri audant: ubi mater amo-
 rum
 Callida Dardanum secreta in sede ne-
 potem
 Clavifit: vt occulto reginam accenderet
 igne.

Rura Syracusij celebrant trinacridos Hybla,
 Raptæ ubi deseruit comites Proserpina Nymphas.
 Cecropidis vicina placent iuga montis Hymetti
 Floribus aternis cultuq; comantia verno
 Semper, & Hybernis nunquam vitiata pruinis.
 Corycon extollunt Cilices, & aperta virenti
 Antra sinu: & croceis balantes floribus hortos.
 Littora qua Hesperius Bethys Garamantibus austris

ggg

Obijcit,

Obijcit, ora suas misere per omnia laudes.
 Thessalicos etiam celebrat sua Græcia lucos.
 Alcinoi Phœacis opes Corcyra, sororum
 Decolor Hesperidum veteres Massylia campos.
 Accola Parthenopes biferi viridaria Pest,
 Atq; Dicarchei florentis littoris oram.
 Et sua Benaco fama est, licet Alpibus altis
 Cinctus ad algentem rada vitrea porrigit vrsam.
 Quicquid enim Baiana ferunt, Gauranaq; Tempe,
 Ipse habet, ipse olea locuples, insignis Iacibo,
 Et Lauro dumeta virent, & lutora Myro
 Luxuriant, curuata gemit sub pondere Cedrus.
 Arbor Hydaspis quam Media misit ab oris.
 Fruge magis quam fronde valet, rubor aureus orbes
 Vestit odoratos, decorant prouentibus istis
 Nobilium mensas, & eunt per prandia regum.
 Me vero delectat ager, qui respicit ortum
 Flaminia in paruos vbi mons vestigia colles
 Tendit, & accepto tellus mansuscit aratro.
 Propterea tua rura iuuat Baptista parumper
 Visere, & incessu tumulos ascendere lento,
 Ac lustrare locos omnes, vbi ludere Nymphæ
 Sape solent, vbi fessa Dryas sub mitibus umbris
 Accubat, in gelidis vbi mollis Oreades antris
 Herba fouet, Diana suas vbi sape pharetras
 Soluit, & enerui dormit sub frondibus arcu.
 Et quia latitiam carmen decet, arua canemus,
 Arua vbi fruge noua gaudent certare quotannis

Bacchus

Bacchus & alma Ceres, vbi Copia diuite cornu
 Fundit opes, vbi vita cados, messe horre a complet.
 Audiet ista tuus iam segnis auunculus aeo
 Florius, & legum solitus dissoluere nodos
 Nobiscum virides circum spatiabitur agros.
 Quæ montana iugis vndam Claterna sonantem
 Elici, & cursu montem fugit alueus albo,
 In Zephyrum vergens modico cubat edita cliuo
 Sacra domus Phœbo tenui fundata sub arce
 Pauperis Ociami, quod amet locus ocia, nomen
 Sumpsit ab antiquis, dextra lauaq; perennes
 Sub cliuo voluuntur aquæ de fontibus altis
 Per fruticum sylvas, per prata virentia lapsæ
 Altius elati colles vtring leuantur,
 Hic videt occasum, solem videt alter Eoum.
 Fingere Parnasi biungum caput, oraq; bina,
 Naturam voluisse putes, quasi Cyrrha cacumen
 Hinc leuet, inde Iacro respondeat ore Cytheron.
 Lucifer ascendens primas hic porrigit umbras,
 Prima rubens istos colles aurora colorat.
 Hos oriens & cum medium tenet altior axem
 Sol videt, & quando subit Oceanitidas vndas.
 Hinc licet Eridanum, Phaëtoniadasq; sorores,
 Adriacum videre fretum, latusq; paludes,
 Quas montana Pado late vomit vnda refuso.
 Concava falcatos flectunt duo brachia montes,
 Atq; theatralem vallis curuata figuram
 Accipiens multa cingit latuq; vndiq; sylva.

ggg 2

Hic

BAPTISTAE MANTVANI

Hic nunquam fera sauit hyems, quia proxima ponit
 Aequora Titanis radios iaculantur in omnem
 Flaminiam, magnis montes ne transeat aestus
 Molibus occurunt: Phœbiq; coercita virtus
 Cogitur ageribus rura in subiecta reuerti.
 Fit q; calor frænans hyemem, Boreamq; retundens.
 Hic nunquam coquit arua canis, nam lenibus auris
 Afflatur prætenta mari, nec luditur austro
 Aeris defensa iugis, aquilonibus ora
 Tota salutiferis est obvia, tota serenos
 Admittit Zephyros, totam perlabitur Eurus.
 Pascua pingue pecus satis indicat, aspice tauros
 Per dumeta vagos, que gloria cornibus altis
 Quantus inest oculis fastus, palearia mento
 Quanta cadunt, pingui tollantur ut ilia tergo.
 Aspice oues pecus innocuum, vix vbera portant.
 Fertilitas tam leta nocet, qua gramina tondent
 Luce, reponuntur noctu, tam strenua tellus
 Tam rigum, tam pingue solum, sunt humida rore
 Gramina adhuc, medio cum sol iam feruet Olympo.
 Lampetis armenta vetus que predicit atas,
 Qua tulit Alcides de littore Gerion eo,
 Qua in Tyriis habuit campis Sarranus Agenor:
 Qua prius in Cœa, qua mox Sardoa per arua
 Pauit Aristæus, quamquam sicut inclyta fama,
 Dicite, quid possunt habuisse superbius istis?
 Aspice vi in summas bederis serpentibus vlos
 Lata sub ornatu viridante superbiat arbor

En

VILLA REFRIGERII.

235

En frondes mentita suas decus arrogat illud
 Ipsa sibi, insultatq; alijs, cum vertice calvo
 Amisere comas Borealia frigora passa.
 Non venit ex Libycis opulentia maior aristis,
 Nec Radamantha melior vindemia pendet
 Vitibus, agricolas nunquam tritura fecellit
 Paupere prouento, nunquam fraudabit Iacobus.
 Nec fluit ex istis vindemia collibus vna.
 Nec vineta genus simplex sortita: Lageos
 Delusura pedes, oculis factura tenebras
 Hic viret, et gelidis oriunda ex Alpibus olim
 Rhetica, ab antiquo nimium laudata Catone.
 Daedylides, psyrbia, preciæ vindemia prima,
 Ultima Bumastus grandes imitata mamillas.
 Sunt missæ d' Lesbo, sunt ex Mareotide nate,
 Atq; Thaso Chioq; sata, sed singula vanus
 Connumerare labor, quia copia carmine maior
 Sunt humiles brevibus valli discrimine paruo
 More gregis iunctæ, sunt que medianibus annis
 In longas direcias vaga brachia tollant,
 Sunt que sub latæ fulcris maioribus audent
 Contextas equitare trabes, ut aperta diurnis
 Solibus offendat pendentem porticus vuam,
 Sunt que incuruatis faciunt vmbracula ramis
 Invia Titanis radijs, vbi pinguis fument
 Prandia, et astu calices onerentur Iaccho.
 Sunt que summa velint tabulata ascendere, et altis
 Portari arboribus, circumq; cacumina ductis

ggg 3

Tal-

BAPTISTÆ MANTVANI

Palmitibus totas abscondere frondibus vmos.
Paret humus dominis, quicquid iussere coloni,
Tam docile ingenio, tanto valet vbre, cæli
Tam faciles, brevibus natura coagulat horis.
Quid pingues olea baccas, quid munera dicam
Matris Atheneæ, flectit sub pondere ramos
Paulia, nec minus estradijs onus, Orchites aequant
Orbe Iouis glandes. Viridem vidisse Taburnum,
Et Tyburnis agros, nostri quoq; littora Ponti
Constita oliuetus memini, generosior istis
Non est visa locis vita ve salubrior ora.
Cerne capillatum caput vsg; ad nubila pinos
Tollere, & aëreas superare cacumine turres.
Aspice melliferas frondes, quibus inguina primi
Abscondere patres: Libycis que venit ab oris
Sponte subit' malus, scisq; rubentia poma
Cortice suspendens Tyrio grana inficit ostro.
Castanea tunicas vt matrum viscera pulli
Viperei laniant, ridere patentia apertis
Dentibus ora putes, rigidaq; horrescere barba:
Singula quid memorem? Phœacia rura videntur
Huc translata, vijs adeunda liquentibus arua
Hesperidum, riguis Tempæ caua vallibus inter
Aemonia montes venisse fatebitur illa
Athlas, & bac Homolus Lapithis habitatus & Othru
Ecce sub Ociamo, quid sol cadit, vbre vena
Nascitur, & viridi cingens vada margine lympha
Cogitur in fontem, pleno qui gurgite riuum

Par.

VILLA REFRIGERII.

236

Parturit ille ruens cliuo strepit, atq; sonorum
Voluit iter, properansq; subit Claternidas vndas,
Castalia similio, paruam qui flumine sacro
Phocya percurrent caput in Permeſide condit.
Rupe sub umbrosa densis, vbi pendula ramis
Frondea tecta vetant astrium accedere solem
Innumera stabulantur aues. Viden' illud opacis
Sub folijs gelidum hospitium, cui populus albis
Imminet alta comis, tenues vbi riuius vndas
Elicit humectans vestitam gramine rupem?
Aspice garritu quanto, quād dulcibus omnes
Exercentur aues studijs, hac pabula natis
Inuehit illa fouet nidos, canit altera Regis
Martigena incestum memorans, Philomena perempt
Plorat Itym, ploratus Itys legit hordea picio
Tergore, perfodiens duro caua robora rostro
Rex Latij quondam proles Saturnia picus
Purpureis vestit regni memor ilia pennis.
Sedula per stipulas tenera cum prole coturnix
Pascitur, & magno natorum examine perdix.
Iam natura loci satis est monstrata, deinceps
Tecta Refrigerij modico sita monte canamus.
Area vestibulum quadris circundata muris
Efficiens monti pluviocq; obnectitur austro.
Vestibuli lata ingressum dat porta patentem,
Et tecto vestita breui testudinis alte
Accipit occiduum solem, foris vndiq; diuos,
Quos larium tutela, auro, minioq; nitentes

888 4

Ad-

BAPTISTAE MANTVANI

*Aduentanti offert, ac relligione superbit.
Ad Boream sublimi leuat domus ardua culmen,
Et campus prætenta viam videt aggere ab alto
Quæ petit Hadriaci rubiconia littora ponti,
Hec sunt terga domus, sed frons se tollit ad austrum,
Totaq; punicis vestita ruboribus ardet.
Ianua prima domus valuis breue pandit apertis
Atriolum, viuis vtrinque sedilia saxis
Accipiunt fessos, hoc sunt insignia patrum
Circumpicta loco, & laudis monumenta vetusta
Plurima, quæ agnoscat veniens ac perlegat hospes.
Excubat hic & fidus hero prima atria seruat,
Crine grauis longeque come sub pondere tardus
Corporis exigui catulus, sed acerbus & asper,
Ore minax, oculis ac dente simillimus apro
Quem quondam Meleager apud Calydonia peremit.
Stant curuæ toruam in frontem pro cornibus aures.
Pars supremæ rubet, totum coma candida vestit.
Altius in lumbos surgens in seq; reuersa
Cauda iubis micat, & paruum finitur in orbem,
Cerb' reas acuens diris latratibus iras,
Submonet ignotos, & nunciat edibus hostem.
Altera iam foribus monstrarat bipotentibus aulam
Ianua vestitam auleis, & imagine pictam.
Hic sua Parnasustollit iuga, surgit in altum
Et nebulis Helicon vicina cacumina iungit.
Castalia sua rura Dea, sua flumina lustrant.
Et citharizantes Nymphas comitatur Apollo.*

Tres

VILLA REFRIGERII.

237

*Tres soles, totidem flamma, tria corda ligantur,
Mystica signa, suus quo solum intelligat author.
Hic maris & terra domitor, cui gloria magnum
Fecit, & aeternum nomen Pompeius in orbe,
Nectotus, quoniam virtus ducis inclita maior
Orbe fuit, caput atq; humeros ac pectora solum
Monstrat, in his membris mens nostra simillima diuina
Fulget, & hic animi manifesta appetat imago.
Circulus in gyrum positus insignibus extra
Cingitur, ha laudes Duci vltra sydera note.
Pars prior ista domus abeunti peruvia Phœbo,
Tota dies, tota exclusis lustrata tenebris,
Ipse siuus immenso late patet, alta lacunar
Coniugat excelsum tabulis laquearia pictis.
Lauta remidentes hic ad coniuia mensas,
Hospes ad hybernos ignes, ad opaca per astum
Frigora semper habet, toto locus utilis anno.
Ad Libyam duo iuncta uno penetralia claustro.
Hic herus & coniunx habitant, hic pronuba Iuno,
Hic sine fraude fides, pietas sine labe, pudor
Institus, it virtio probitas obnoxia nulli.
Hospitis est Boreas, ubi strata cubilia cultus
Magnifico, hic noctu somnos, hic ocial luce
Fas agere, & curis genio indulgere sepultis.
Porticus aurora longis obiecta columnis
Respicit oppositum collem, cui Pallas olivam,
Cui Bromius vitem, myrtum Venus, & Berecynihi
Dina dedit pinum, soboles Hyperione nata*

888 5 Virginc-

BAPTISTAE MANTVANI

Virgineam laurum, collem qui vertice semper
Frondet odorato viridiq; abſcondit vir umbra.
Scande domum primosq; gradus, hic ordine eodem
Sunt totidem partes, iterataq; membra videbis.
Stande iterum, congeſte onerant granaria messes,
Et coaceruatis fruges prouentibus altae.
Subter humum caua cripta cados & mollia vina
Clandit, odor longo spirat Mareoticus antro.
Plurima praterea longis qua extendere chartis
Non finit hora fugax, et anbulo concita cursu.
Est tamen hic nostro quod non decet ore fileri
Magnum aliud Baptista decus, quod Hymetria saxa
Et quicquid Libyca vebitur rate marmoris alto
Vincat & aurato fulgentes are columnas,
Fida thori confor tua Margaris, altera Dido,
Altera Penelope, tenera Venus altera forma.
At quia non saitis est oci neg. temporis, istas
Differimus laudes, alia modo currimus aura,
Hic sedem Plutarchus habet, peregrinaq; nostris
Comparat, & magno herorum faela explicat ore.
Hic pater historia Linius graue grando superbunus
Fatur, & eloquio terso dulci atq; venusto
Magnificoq; sonans Romana Salustius acta.
Hic Strabo velut ex alto ſpeculatur Olympos
Regna, urbes pelagi trahit, quod circuit orbem,
Quod dirimit terras mundumq; amplectitur omnem.
Plinius omne genus rerum quas Dædala fixit
Mirificis natura vijs salebroſas & asper

Verba

VILLA REFRIGERII.

238

Verba coagmentans duris coēuntia nervis
Libat, & immensi numerat miracula mundi.
Hic Cicero, cui dicendi suprema facultas,
Et sermonis apex, rigidis cui fortior armis
Lingua per Aethiopum populos audita, per Indos,
Hic Aeneis opus, cui non certauerit omnis
Gracia, naturam superat, descendit ab astris,
Ab Ioue defluxit, lepor immortalis in illa est,
Maiestasq; Deum latebris confessa latentem
Corporeis, qui qualem hominem decet esse, monebat.
Crimina mordaci Venusinus Horatius ore
Taxat, & extollit lyricos ad sydera cantus.
Hic magni sophie authores, Stagyrae, & alta
Mente Plato consulta Deum qui nouit, & omne
Quod licet externo, quod scire mathemate nostro.
Hic Stridone satus loquitur pater ore trilingui,
Acris energia stimulis mortalia corda
Sollicitans, rapidis acuit Deus enthea flammis
Pectora, & acclamanstonitru facundia magna
Fulminat, ac verbis animi tonat impetus altis.
Hic sedem pater Hipponis Carthaginem natus
Augustinus habet, cuius sapientia fontis
Instar inexhausti per mille volumina fluxit.
Hic alij plures, quos enumerare volentem
Copia fruſtratur vicinaq; reſpera nocti.
Hac ego dum dira fugiens contagia pestis
More hominum ruri tecum moror, Ociamoq;
Dum fruimur lusi, noſtrum hoc breue munus habeto.

BAPTII-

BAPTISTAE MAN.
TVANI CARMELL,
TAE THEOLOGI
Quercus Iulia:

AD REVERENDVM D. GALEOTVM
Franciotum, S. Petri ad vincula
Cardi.



*AGNVS apud veteres Cedro fuit
ac Terebintho
Et Hiericuntina qua fert opobalsama
jylua
Olim honor, ac Palmis Hebenoꝝ quod
India mittit.
Et lauro Parnase tue, qua tempora ratum
Circuit, & regum celebres visura triumphos.
Magnus item Cyparisse tibi, Quid citrea dicam
Robora, & ex jylua casas Athlantide mensas?
Post Citrum laudatur Acer, Berecynthia Buxus
In precio, quia crine virens, & tonsile lignum.
Aethiopum nemora & Serum canentia molli
Vellere reginas decorant, heroidas ornant.
Quid memorem Bromij frondes? oleamq; Minerua?
Cinnamaq; & Medorum hortos, saltusq; Sabaoꝝ?
Ac piceas? addam & Pinos Cybeleia ligna,*

Addam

Q V E R C U S I V L I A.

239

*Addam & Juniperos carie impenetrabiliterubur.
Addere Lenticos frugum facit utilis imber
Qui ligno sudante fluit, pinguisq; mariscas,
Quæ generis nostri primos lusere parentes.
At qua multa venit Nili circum aquora Lotos
Tanti erat, ut magna dederit cognomina genti.
Iunci etiam Calamiq; frutex, quem parturit Assur
Nobilis, & Costi radix, sed & arbor Amomi
Claruit, incæsta fuit ingens gloria Myrrha.
Gratior & Platanos addi iubet umbra comantes.
Nec tua Quercus erat laus ultima. Tu Louis arbor
Conscia fatorum, Grajs oracula nang
Ipso dabas, meminit veteres Dodona columbas,
Quæ nemus horrendum, & lucos tenuere silentes,
Entheaq; illapsu superum quereta Deorum.
Ipse Homolus fontes qui voluit in aquora centum,
Totaq; Chaonia meminerunt litorea terra.
Turridibus prima populis ab origine rerum
Pabula præbebas, paßimq; alimenta legebant
Illa antiqua tuis Saturni facula ramis.
Tum frumenta Ceres nondum vulgarat, Osiris
Inuento nondum campos scindebat aratro.
Tu mater communis eras, tu publica nutrix
Omnibus exponens frugum excutienda tuarum
Horrea, & altrices ora ad mortalia longe
Proiçiens vlnas, Pietas tua facta per orbem
Inclita terrigenum prima incunabula fouit.
Fonit, & eduxit, donec meliora deorum*

Cura

Cura ministraret crescenti pabula mundo.
 Ex alijs homines longe inferiora trabeant
 Commoda, tu præbere dapes, vitamque solebas.
 Tu quoque seruati bella inter Martia signum
 Cui seras, quernam frondem vittoria circum
 Tempora seruator Roma applaudente ferebat.

At modò rura nouam genuere Lygistica quercum
 Prælatam arboribus cunctis, quæ terra fretumque
 Hic parit, & penes Antipotes tellure sepultos,
 Nox ubi, cum nobis lux est, labentia torquet
 Sydera, & ignoto facit alta silentia mundo.
 Nam caput in nebulas tollens it vertice summo
 Aëra trans, quid Luna inter tot lumina princeps
 Ambulat, atque alio semper noua nascitur ore.
 Intima radices adigens intartara, Ditem
 Tortorem umbrarum immanem, furiasque seueras,
 Tartareumque canem valido pede calcat, & ignes
 Temperat infernos, animasque in nocte iacentes
 Tanaria, soluit pœnis, & in æthera purgat.
 Illam mille rigant fontes, & flumina mille
 Pascit, extenditque comas rutilantis ab ortu
 Solis ad Occasum: tangens Aquilonis, & Austri
 Littora, & Oceani positas in fluctibus urbes.
 In caput apricum virtus stellantis Olympi
 Labitur influxu placido, & vitalibus auris
 Viscera complectens, diuinum inseminat imbrem,
 Fæcundamque facit, multiplicumque feracem
 Dinitiarum, animos etiam vegetare potentum,

Et

Et purgare nefas, celerumque expungere labem.
 Labem etiam deuotam Orco, cæloque odiosam.
 Atque aperire viam ad superos (Res mira) quis vñquam
 Audiit arboreis vim tamē emergerem ramis?
 Illa potens hominum facere immortalia quondam
 Corpora in Elysij campis (quis nesciat?) arbor
 Sancta fuit, tamen hac longe minor, ut potest tantum
 Corpora respiciens, hominumque extrinseca membra:
 Hac autem potis est animas & corpora miris
 Enutrire modis, hominemque opulentibus auctum
 Fortunæque animaque bonis complectitur omnem.
 Accipe, quod nostri non audiueré parentes,
 Et quod nulla vñquam viderunt secula, quercus
 Glande valent aliae, tectis validissima præbent
 Fulcra, trabes, tabulasque ferunt, totumque lacunar
 Vi indefessa humeris longos durantibus annos.
 Nec solum terris vsum, sed & aquore in alto
 Ferre valent, firmis etenim compagibus vndas,
 Et magna freta mole equitant, seu bella gerantur,
 Siue peregrina sulcent radacærulea merces.
 Hac nil tale dabit, sed vulno fertilis auro,
 Fertilis argento, quicquid Ganeticus orbis
 Gemmarum ex cochis bibulas legit inter arenas
 Hac producit, opes totum missura per orbem.
 Hanc reges, hanc regna colunt. Submittitur ipsi
 Omne genu, Reges eius vestigia adorant
 Verticibus nudis, & proni in puluere truncos
 Qscula dant imo, proceres curuantur, humumque

Ors

BAPTISTAE MANT VANI

Ore premunt, census et grandia dona ferentes.
 Dicitur hanc *Sixtus* paſtorum maximus olim
 His plantasse locis primum, et multo amne rigatam
 Eduxiſſe procul terris, et in aſtra colendo
 Erexifſe, viro tantum virtutis et artis
 Tanta ſimil fortuna fuit, tam innoxia fata.
 Ipſe erat et terris locuples et in aequore cymbam.
 Inſiliens (pifcator erat) mittebat in vndas
 Retia, et educens pelago pro pifcibus aurum
 In tantas excreuit opes, ut vinceret ipſos
 Diuiniſ reges, ut paſsim ſpargeret aurum.
 Quid memorem Attalicos luxus, Cræſumq., Midamq.
 Hi Sixto appofiti, pannoſa et fordina turba.
 Et quia preter opes erat omnia sydera caeli
 Atq. Deum doctus, quaſi quoddam numen habebant
 Illum homines appellantes dominumq. patremq.
 Sixto autem fundo his umbris et in aſtra recepto
 Arbor viſa caput submittere, viſa ſepulti
 Occaſum domini longa ingemuſe querela
 In macore diu recubans demiferat altos
 Versus humum ramos, longumq. agrota dolorem
 Et confessa ſitu ac vita vidualis amittit,
 Et perpeſſa malas hyemes, perpeſſa rigorem
 Syderis Arctoi, morboſaq. tempora, et astus
 Icarios, et quod forſan mirabere multo
 Aenplius, aequoreos fluctus, et Tethyos iram.
 Nam Nereus tantos aliquando extollere fluctus
 Equaluit, fuit in nemis boctam ſeuius et atrox,

QVERCVS IVLIA.

242

Vt ſubito affluitu erectus peruaferit oram
 Litoris, et quercum audaci confixerit aſtu.
 At Deus attendens ſacro quid fata ferebant
 Huic nemori, iniuſtas Nereri compescuit iras,
 Et Sixto hoc ingens interceſſore periculum
 Auertere, quibus domus eſt ſuper athera diui.
 Aſt ubi fatali redierunt tempora curſu
 Proſpera, deponuit luſtus, et facta repente
 Latior erexit curuatum in ſydera culmen.
 Alter enim Sixti veniens a ſanguine paſtor
 Maximus eſt illi, quod non vacat omnię, nomen
 Iulius eiusdem pecoris nemorumq. recepit
 Imperium, et rete et Cymbam ſortitus eandem
 Conflat opes, residens in maiestate triumphat
 Abſidue, et melior Quercum fortuna ſecuta eſt.
 Nam quae paſſa diu fuerat genus omne malorum
 Aequoris et terra, cui ſepe ſecuribus altis
 Gens inimica necem crudo intentauerat ore,
 Rurſus in antiquum decus acta, reſloruit auro,
 Fronduit argento, gemmas pro glande micantes
 Chryſolitis paſsim rutilantibus atq. pyropis
 Edidit, et roſeo nituit rurſum vudiq. cocco.
 Ab radice nouam ſobolem, virgultaq. matrem,
 (Quantum parua valent imitari pignoram matrem)
 Crine, cute, et ramorum etiam referentia filo,
 Protulit, et multo fruticantem ſtipite ſylvam,
 Spem generis, quod nulla atas obliſteret vñquam.
 Manat odoratus trunco vapor, exit ab altis
 b b b Frondi-

BAPTISTÆ MANTVANI

Frondibus, à flore, à ramis, quem spiritus Euri
Longè abigit, volat Ambroxiæ per nubila nidor
Qualis in Assyria campis, cùm Corus amomum
Ventilat, & molles nardi redolentis aristas.
Hanc cœli mirantur aues, quo surgere pasto
E terris humiliq; loco sic ardua moles
(*Vt neq; qui tantum rapidis Haliaetus alis*
Nititur in summum valeat peruadere culmen)
Equaluit, quarunt, propiusq; annare verentur.
Exit enim à trunko, à folijs, & ab arbore iota
Fulgurat athereus splendor, qui lumina vibrat.
Attonita spectant longè circumq; volantes
Ornamenta notant, tereti qua & stipite pendent.
Fulgentes etenim phaleras, & Ephippia truncus
Arboris appendit, necnon quas ferre sacerdos
In delubra solet vestes, solennia quando
Sacra ineunt nitidas faculis ardentibus aras.
Sustinet & grandes patinas, calicesq; rotundo
Ore cauos, auroq; graues, vasa aspera signis.
Vasa quibus sacra ossa cubant educta sepulcris.
Effigies are insculptas, nitidoq; elephanto.
Necnon & tabulas, oscilla argentea diuina
Aureaq; imperij qui fundamenta locarunt
Prima sub antique crudeli principe Roma
Claudio in auratas claves, ensemq; coruscum.
Omnia Sol oriens illustrat, in aëre ludunt
Omnia, & alternis collisa impulsibus adunt
Tinnitum exilem, planusq; feruntur ameno.

Pendent

OVERCVS IVLIA.

242

Pendent & mitre gemmarum ardore micantes,
Vimbelle quoq; nigrantes extrinsecus, intus
Vellere subextæ viridi: sunt murice tintæ
Sidonio, rarae preciosa insignia sortis.
Et demissa ferunt longo ridimicula lapsu,
Quercentum generi deus, aeternumq; trophyum:
Gaudie igitur quam late protenderis arbor
Iulia, quæ princeps, immo & regina comantum
Sylviarum nemorumq; sedes, cui seruit Oreas,
Cui Drias assurgit, quam Di venerantur agrestes
Ac genij, cui cœlitum custodia Diuum.
Vine alacris tempestatum secura marisq;
Sat pollens virtute tua es, nihil indiga regum,
Aut opis externa, felixq; in secula regna.
Ne dubita tuus hic pastor regnabit in ævum
Longius, atque tibi sepem circundabit amplam
Quam violare nephas, & te custode tueri
Assiduo faciet, quo nec fera, nec pecus ullum
Audeat infestos in te defigere morsus.
Ecce tui tibi iam generis propagine ducta
Latius ingenuum seriem spectare nepotum
Nunc quoque fas, triplici qui cingant tempora mitras
Vnum Luca tulit, Luca urbes inter Hetruscas
Nobilis, & longe tanto modo reddit a partu
Nobilior, partu quo lata Hetruria, & omnis
Per maria, & montes diffusa Lyguria, partu
Quo Italia exultat, cœliq; vicaria Roma.
Fortunata arbor, sed fortunatior olim

bbb

si

BAPTISTAE MANTVANI

Si tua Timplea celebrent praeconia Diuæ.
Hanc ego (quoniam ea sit factu res ardua, & ingens
Ingenijs etiam magnis labor) altius ausim
Mittere, & heroo splendorem adiungere cantu
Immortalem, & nulla vñquam fortuna abolendum.
Sed meliore opus est vento mihi carbaja in altum
Qui leuet, & cursu faciat proram ire secundo.
Ergo, arbor, que tanta vales, emitte profundis
Aeolias antris animas, tua signa ferentem
Prosequere, & leni afflatu comitare carinam.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE, THEOLOGI, SYLVA- rum suarum,

LIBER I.

AD VIRVM ILLVST. SIGISMVN-
dum Gonzagam Protonotarium &
Marchionem.



RÆSIDIVM Sigismundem eum
pater ingeniorum,
Stirps Gonzaga, sacro caput insignita
galero,

Audi

SYLVÆRVM, LIBER I.

243

Audi age, scisne deos quanam ratione vetus
Illa volubilium saclorum abscondita in umbra
Fecerit? & certis homines ascripserit astris?
Egregium qui vita aliquid mortalis ad usum
Protulit, atq; rudi quicquam dedit utile mundo.
Terrigena dixerat Deum, sic factus Apollo
De superis vñus, medicam quia repperit artem,
Atq; lyram. Cererem leges & adorea farra.
Vina corymbiferum referunt in numina patrem.
Publica libertas & debellata tyrannis
Indig. Saturnum, colus & suatela Mineruan,
Et quicquid topiatur acu. Facundia & astus
Mercurium. Iouis Alcides fortissima proles
Abstulit e terris dira atq; immania monstra.
Ergo alijs meritum bene de mortalibus esse,
Hoc est esse Deum, veteris credimus aeo,
Id quoq; non multum nostris discordat ab annis.
Nam Deus ille manu magnum qui sustinet orbem,
Se prima pietate docet: mortale secunda
Amplexi debere genus, sic sydera posse
Expectare homines, & Olympi ascendere in arcem.
Legimus hac motum causa cecinisse Maronem:
Nam erit ille mihi semper Deus, illius aram
Sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Tanta erat ad grates antiqua atatis agendas
Strenuitas, votis homines vt in astra referrent,
Optarentq; deos, atq; annua sacra litarent.
Id recolens sis mundi tuis quadriga referre

b b b 3

Dona

BAPTISTAE MANTVANI

Dona quemam meritis, qui me iam tempore longo
 Febre laborantem stygioq; ardore perustum
 Deuotumq; nec irursum vitalibus auris
 Reddis, & extinctio renouas præcordia morbo,
 Nescio, & ambiguus titubat sententia curis.
 Non sunt regna mibi, non est opulentia rerum,
 Non etiam poma Alcinoi, non tanta suppellex,
 Quanta fuit Codro. Sunt spiritualia quedam
 Prædia, sunt fateor (sic appellare vetustas
 Instituit vatum subitaria carmina) sylvae
 In campis, ubi produxit pede Pegasus vndam.
 Hastibi, quò possis rapido diuertere ab astu
 Curarum, & regni magnis anfractibus olim
 Solus & herbosa paulum requiescere in umbra,
 Tradimus, exigui cape dona infirma poëta.
 Germanus qui bella gerit, Mauortia bella
 Accipiat, fudetq; furens in puluere & armis.
 Sorstua pacis opus, thorax tuus, ensis, & hasta
 Bellizio & pietas, & qua regit omnia, virtus.
 Ad laudem non una via est. Laudata Quirini
 Martia facta, Numa tranquilla silentia & antra,
 Non laudata minus tacitusq; oracula in umbbris
 Aegeriae, & gregibus nullis adeundus equorum
 Saltus Aricini nemoris, speculumq; Diana.
 Sapè ergo in sylvas & in ocia sancta receptus
 Effuge curarum fluctus, & concipe tota
 Mente Deum, pacato animo completere Olympum,
 Contemplare polos, & duc in sydera sensus,

Nel

SYLVARVM, LIBER I.

244

Nec semper te terra premat, quò scandere mentem
 Ex tua membris olim mortalibus optas,
 Affetu memori anteueni, cælumq; require
 Injuriis, Sismunde meis, non Tana Lupercum,
 Non Satyros, Veneremve leges, non Menades villas.
 Non Thyajos, hic nullus amans sua somnia luget,
 Nulli canit Siren. Circem malapocula nulla
 Porrigit, est omnis (libuit quocunq; pagari)
 Tuta via, & passim virtus, & honesta voluptas.
 Hactibi Socraticos offendet pagina mores.
 Hec Curios, Fabiosq; dabit, sentire loquentes
 De pietate Numas poteris, de Marte Philippis,
 De Musis aut Hesiodois, aut ore Marones
 At illoquo, de mundi annis origine Mosem
 Atq; graues legum de maiestate Lycurgos.
 His animum dictis sursum attollentibus ire
 Addecus immortale potes, transcendere patres,
 Et tecum ad superos animando excire nepotes.
 Ergo alacri Syluarum animo cape dona mearum,
 Et cole nostrates geniosa per ocia lucos.

AD IACOBVM CLAVARI-
 um Vrbinatem.

A Sidue dici nostris Iacobe Camœnis
 Poscis honoratam Monpheltria semina prolem.
 Id quanquam nobis etiam Juaderet Apollo
 Et Phœbea cohors custos Heliconidis vnde,
 bbb 4 Me

BAPTISTAE MANTVANI

Metameningenti rapit in diuersatum multus,
Maius, & aethereo studium magis vtile cælo:
Nam mihi diuinis iuuenilia peccora rebus
Erudienda dedit Superum pater, omnia in isto
Tempora prætereunt ludo, lucemq; nefastam,
Et fastos hoc Marte dies mea conterit atas.
Ingenuam doceo sanctis assuecere pubem
Moribus, & sacras vestigia ferre per artes.
Nunc mihi per campos iter est, & lata Maronis
Aequora Mintigenæ, via nunc sublimis in altam
Dicit anhelantem Sophie Paradyssios arcem,
Et modò me Stagyra sua per dumeta, suumq;
Non facile acceſſu limen subuetat almanus.
Cecropij interdum dulces inquisere chartas,
Et libare senis studium delectat & artem,
Sanctaq; nobiscum longos Academia soles
Claudit, & eloquijs damus Arpinaribus aurem.
Quid faciam? Nec enim labor est mortalibus alter
Nobilior, nec cura viro iucundior villa.
Hanc mihi militiam Deus, & lucentia mundi
Sydera dant, superum Domino paremus & astris.
Quare age præsentis non tibi munere factum
Est satis, urgentes animi causabere curas.
Et veniam concede, labor vult ocia tantus.
Maconijs opus est fidibus, totoq; Sophocle,
Nam tuus est omni dicendus Apolline princeps.
Differimus tua vota, tamen non irrita fient.
Interea infirmas ad tanta negotia vires

Inſtaurare

S Y L V A R V M , L I B . I :

245

Inſtaurare datur, venient ſua tempora regi
Danda tuo, cui te tantum debere fateris,
Cuius & aeterna reſtris imagine pectus.

A D F E D E R I C U M V R B I N A T I -
um Ducem, cum filiam nuptui
traderet.

I N clyte Dux, qui regna tenes in montibus umbris
Quid vetus Vrbinum domibus iuga veſtit apricis,
Quid dedit antiqua nomen Sempronius vrbi:
Sunt quibus accensi rutilantia sydera Martis
Audaces animos belliq; audiſſima corda
Indiderint. Hi ſemper equos meditantur & arma
Bellica, & ignauæ dannant longa ocia pacis.
Talis erat Telamone ſatus temerarius Ajax.
Talis Agenorida Cadmi famosa propago
Mutua dannatum vertens in vulnera ferrum.
Centauri, Lapithæq; truces, ſequiç Gigantes,
Qui cœlum aggreſi manibus violare cruentis
Tentauere ſuo diuinos expellere regno.
Talis in extremis mundi Sertorius oris
Arma mouens, talis Romana conditor vrbis
Romulus, impatiens soci, Mariusq; Iugurtha
Victor, & Aemathiam tollens ad sydera gentem
Magnus Alexander Mauro metuendus & Indo.
Talis & aeternas iras qui parvus & arma
In genus Ausonium patri iurauit ad aras
Annibal, & Sylla impietas & Casaris atrox.

b b 5

Sunt

BAPTISTAE MANTVANI

Sunt qui pace magis gaudent, & bella perosi
 Extollunt superum cultum, prouis per aras
 Diuorum reuerenter eunt, vel honesta Minerua
 Ocia seclari sub opaca silentia ruris
 Diffugiunt, tacitiq; lario sub fornice pallent.
 Sic Numa qui pacis studium reuocauit, & arma
 Reppulit, atq; Solon, Lacedamonusq; Lycurgus
 Vixit, & umbelli Salomon qui regna quiete
 Auxit, & athereo posuit noua templa Tonanti.
 Sunt quibus ingenium magis est commune paratum
 Tam pacem quam bella sequi, sudare sub armis,
 Et patriam curare domi, sic floruit Ancus,
 Cunctatorq; senex Fabius, sic Magnus, & ambo
 Scipiada, rigidusq; Cato, Lucullus, & alto
 Rex animo, qui post casas & ouilia tandem
 Regna subintravit sceptro India secundo.
 Sic Cicero, sic Aemathia cui gloria victae
 Paulus, & Augustus terra dominator & vnde.
 Unus honor tantum primis & gloria simplex
 Debita qui pacem solum coluere, vel armis
 Sed quibus est vtrunq; decus, cinxere coronis
 Tempora (tam felix fuit his fortuna) duabus.
 Primatumq; tenent. Humanæ altissimus iste
 Laudis apex, gens hac superis est proxima diuis.
 Hi sunt qui Heroës & Semidei appellantur.
 Hec tua fors montis proles generosa Feretri.
 Quod si forte suas innata modestia laudes
 Horret, & ipsetum non fers patienter honorem,

SYLVARVM, LIBER I.

246

Da veniam, me fama mouet, non Vmbria tantum
 Temiratur, habes ultra maris & aquora laudem.
 Iam paßim vulgata cano, qua Rhenus & Ister,
 Quel longinquos Arar, qua fons audiuit Iberi.
 Ipſa canit uite virius, tui bella gerentem
 Quis neſire potest? altis ſuſpenſa trophyis
 Ipſa ſonant nobis tua facta silentibus arma.
 Tu pacem, tu bella regio, te iudice Mauors
 Surgit, & ingenti furor excitat arma tumultu.
 Imperio Bellonat tuo modò temperat iras
 Aegide deposita, ſumpta modo fulminat baſta.
 Arbitrio pax alma tuo ſua vela gubernans
 Te ſuadente venit, te diſſuadente recedit,
 Et modò luſtu implens, cum viſ, modò mœnia riſu.
 Armatum ſeuoq; diu te Marte furentem
 Flaminei ſenſere Ducas, & Tufca iuuentiss,
 Cum Rubicon tua ſigna pauens rada concita voluit
 In mare, & Adriaco trepidum caput abdidit alueo.
 Et quando Herculeos ausus tentare labores
 Oppida capiſti ſublimibus ardua faxia
 Littus ad Hetruscum, tunc te miratus euntēm
 Montanum per iter pelago allucentibus armis
 Ad tua Tyrrhenus reſpondit clafica Triton.
 Te quoq; pacatum, populiq; humana ferentem
 Iura Camœnarum magno chorus agmine cingit,
 Et tua teſta pijs tanquam veneranda poëta
 Templa petunt, ſubeuntq; larcis quaſi limina Phæbo
 Sacratuſos, tanquam delubra borrenda Minerua.

BAPTISTÆ MANTVANI

In quibus et morum probitas et nescia falsi
 Religio pietasq; habitant, vbi totus Olympi
 Cursus, et astrorum leges, elementaq; mundi
 Naturaq; arcana patent, vbi cernitur omnis
 Quid diuina velit, quid sentiat Ethica virtus.
 Nil tibi cum leuibus Thyassis, tu Menades horres,
 Tu Veneres, tu Ambubaias, Balatronibus aurem
 Conspicuumq; negas. T ecum versatur Achilles,
 Nestor, Alexander, sermo tuis, armatum
 Cultus, et astrorum motus, et mascula virtus.
 O fortunatas gentes, o dulcia saclæ
 Quæ sancti Ducas ora vident, qua tutæ sub umbra
 Tam regis agunt sine sollicitudine vitam.
 Umbria numinibus (si vera est fama) fuiti
 Semper grata, vetus cum terra incumberet omni
 Illuies illa vndantis famosa profundi,
 Sola immunis eras et ab equore tutæ colebas
 Montanos apices, et libera fluctibus antra.
 Id munus solenne Dei, sed principis huins
 Præsidium sub quo tibi sunt Saturnia saclæ
 Non minus. O vt inam similis fortuna per omnem
 Pullulet Italiam, nec nos Lycaonia semper
 Tempora conculcent, etas semel aurea nobis
 Omnibus et tali requies sub principe surgat.
 Tu vero quem totus ager montanus adorat,
 Cui pater inclinet caput Apæninus apricum,
 His brevibus claudi non indignabere regnis.
 Aequa tuis tibi si meritis data regna fuissent:

Pigra

S Y L V A R V M, LIB. I.

247

Pigra gelu tibi seruiret Maeotis, et Athlas,
 Nilus, et Eoi Gangetica littoris ora.
 Sed Deus angusto terræ tua limite clausit
 Imperia, vt curis tua corda minoribus angat
 Hic labor, vt cœli spacijs maioribus olim
 Cum tibi fatales Lachesis concluserit annos,
 Praesideas, regnoq; illic meliore fruaris,
 Regna vbi sollicitent nullis tua pectora curis.
 Interea claris rebus tua floreat atas,
 Et reliquum cœli meritis eme, respicit actus
 Iuppiter humanos. Alto tuus athere sudor
 Scribitur, et patriæ vigilans tua cura saluti.
 Sed ne festa mea tardent Hymenea Camœna,
 Flectat iter, veniatq; volans ad littera cymba.
 Ite maritales thalamos, Iunone secunda,
 Ite autbus celebrate bonis, concordia iungat
 Vna duos animos, sicut duo corpora Iuno.
 Sed tamen et sanctum memores estote pudorem
 Non abigi tadi. Scelus est sine lege voluptas.
 Et sancta est cum lege Venus, si sancta futura est
 Posteritas, sanctos primum decet esse parentes.
 Qui viret in folijs venit ab radicibus humor,
 Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

DE

BAPTISTÆ MANTVANI
 DELEGATIONE REGIS HI-
 spaniæ ad Innocentium viij. de aduentu
 Inachi Mendociæ Comitis Ten-
 diliæ regij oratoris.

DVm suspensa diu gentem miratur Iberam
 Tot Reges, quot Roma viros sibi cernere visa est.
 Vedit enim patria tintæs ferrugine vestes,
 Et Tyrus infecta cadios relamina circum
 Sublimes rutilare humeros ac fundere flamas.
 Vedit ab hisuto pendere monilia collo
 Aurea, & alterno blandiri ad pectora planu.
 Vedit & accensos radis ardentibus aurum
 Vincere & inter se flammis certare lapillos,
 Quos misit longinquus Arabs: Erithraaq. tellus.
 Quos Ganges, quos Indus alit, quos Persia diues.
 Colligit vndosi per torrida littora ponti.
 Vedit & asiduo Martis durata labore
 Brachia & affuetas frondes sudare sub armis.
 Talis erat miles, quo Pella potentior orbe
 Reddita ab argenii scutis cognomina ducens.
 Vel quo bellipotens Aethnæ fulminis inflar
 Sauit Assyrium toties Machabaus in hostem.
 Aurea regali mirata est stragula luxu
 Non solum præbere thoris, sed vilibus vsum
 Officijs, sternijs solo, & vestigia ferre.
 Regis honor contemptus opum, præstantia tanti
 Principis imperij, fines qui mittit ab ipsis

Gadi-

S Y L V A R V M , LIBER I 248
 Gadibus ad fluctus Pelopis, quos nominat Io
 Inachis, hoc cultu non est aquata superbo.
 Maiestate minor tam largi opulentia luxus.
 Ipse etiam patrijs veniens orator ab oris
 Debitu hoc fastu magna innotescere Roma
 Inachus, Argium nomen, quia gloria belli
 Tanta viro, quanta Argiuus Lacedamone natus.
 Ipsa quoq. imperium quondam telluris & vnde
 Roma Dei modò natæ vices hoc diuite cultu,
 Debut hoc splendore peti. Cognoscere visa est
 In sermone suos ciues, qui dicere leges,
 Qui regere imperio populos & regna solebant.
 Mansit enim penes Hesperios vetus illa Quiritum
 Lingua, sonant priscos patres ea verba Latinis
 Aemula, qua gentem docuit Romanus Iberam.
 Ipsa licet cute iam crissa, iam cana senecta -
 Langueat, antiquos gaudens reminiscitur annos.
 Sicut in aduentu nata longæa tremensq.
 Mater ouat, vultuq. labans applaudere anili
 Nititur, affectuq. vigens se vincit amico.
 Ipsa salutantum gentis de more Latine
 Agmina præmisit sacris solennia pompis,
 Magnanimosq. amplexa viros in amica recepit
 Mania. Concursu ruit ad spectacula magno
 Vrbs omnis, cum plebe patres, cum pube senectus.
 Et sexus vtriusq. choros promiscua fama
 Mota peregrine tegit omnia compita gentis.
 Sicut vbi Aesonides primacum naue subiuit.

Littora

BAPTISTAE MANTVANI

Littora Colchorum, confluxit ad aquora totus
 Phasis, et aduectam stupuit per cerula puppem.
 Tunc alacres Medea choros et ouantia duxit
 Agmina solemnem Graijs latura triumphum.
 Dumque ita Romuleam fausto subit Inachus urbem
 Sydere, dum totis agit antur gaudia tectis,
 Vidimus illius sacris insignia circum
 Clausa notis, et verba quibus primordia sumpsit
 Nostra salus, cum facta parens sine semine virgo est.
 Tunc ego scire pijs causas epigrammatis ardens
 Consului Paulum genus a Tarconte trahentem
 Thraicijs clarum fidibus, plectroque potentem
 Maeonio, et multa prestantem laude poëtam.
 Hic mihi rem gestam paucis absoluit, et istam
 Rettulit Hispanas famam volitare per urbes.
 Barbarus Almansor veniens a sanguine crudo
 Gentis Isacipara que usurpat nomina Sarra,
 Viribus exultans, et forti robore plus quam
 Numinibus fidens longis ea verba papyris
 Scripserat, et cauda demens aptarata equine.
 Multa ferax iacula in Iberam iurgia gentem
 Ibat, et Allophylo similis quem verbere funda
 Deiecit pecudum custos in bella vocabat
 Hispanas acies, multis cum milibus unus
 Congressurus erat: certe hic ingentia cernas
 Corpora, et ardentes oculos, barbamque comantem
 Supra hominem, Siculisque parum Ciclopibus impar.
 Barbarus ex acie sumpta temerarius hasta,

Fraxi-

SYLVARVM, LIBER I.

249

Fraxinus hasta fuit derasis aspera ramis,
 Multa minans cristi et equo sublimis in alto
 Venerat, in pugnamque aliquem poscebat Iberum.
 Dum spectant utrinq[ue] acies ex agmine Ibero
 Prodijt auratis iumentis formosus in armis
 Mendocia de gente satus, tuus Inache certe
 Aut annis aut aliquis clara de stirpe tuorum,
 Comminus ense potens, et longis eminus armis
 Non minor Teacida, campoque animosus aperto
 Constitit, et dictis tremefecit talibus hostem.
 Tanta quid increpitatio? quo te temeraria traxit
 Impictas, ut magnam austus contemnere matrem
 Atq[ue] in matre Deum? dictis Agarene superbis
 Nil opus est, nec enim tua te iactantia tanto
 Fatu inflata inuat, gladio experiemur et hasta
 Angrauis hec Maria superos iniuria tangat.
 Iam dudum Pluto istam animam, tua viscera dudum
 Expectant lanianda fera. Non fidimus hastae,
 Diuorum speramus opem, tua debita cerno
 Funera: nam iusti comes est Victoria belli.
 Sicut in aquoreum direxit tela draconem
 Virginis exposita sortem miseratus acerbam,
 Ora, nec expauit molemve Georgius illam
 Grandibus horrentem squammis ac tergore duro,
 Sic ego te defensa hodie pro virginē victum
 Sanguinea tellure traham, caput ense reuulsu
 A ceruice hasta infigam, nostrumque per omnes
 Circumlatum acies Mariana ad limina sistam.

iii

Sic

BAPTISTAE MANTVANI

Sic ait, & magna Christo ter voce vocato
 Vrget equum, preßisq; petit calcaribus hostem.
 Concurrunt similes tauris in bella duobus
 Cornibus aduersis, & toto pondere frontis,
 Cum fœtuan viri nigris greges, cum territa magno
 Pascua mugitu nimbo inuoluuntur arena.
 Arma sonant, tremunt omne solū, vo'at hasta per aurā.
 Ecce ruens Agarenus equo (traiecerat armos
 Vulnus & ingenti thoraca resoluerat itū)
 Voluitur in præcepis, onculsa cadaveret tanto
 Terra gemit, velut intonjo cùm vertice campum
 Verberat armatis quercus percussa lacertis.
 It cælo clamor. Spolijs tum vīctor opimis
 Clarus, & occisi trunko prius ore Gigantis
 Excipitur clangore tuba plausuq; suorum
 Regia concursu subiit tentoria magno.

Cedite Torquati, quibus hac cognomina torquis.
 Cedite Corvini, quibus hac cognomina corvus
 Tradidit, hac vestras superant preconia laudes.
 Sic tua gens olim votis ad templa solutis
 Inache, netanti pereant monumenta triumphi,
 Virgine & matri sacrata vocabula sanxit
 Ad sua perpetuo coniungi insignia ritu.
 Cerne decus quantum superat tibi, gloria quantæ
 De virtute patrum fluit in genus omne nepotum,
 Inache. Sic superi faciant de stirpe tuorum,
 Quòd tibi lato alio sit consummata triumpho
 Dux aliquis, vel tu ipse magis cui bellica virtus

Iam

SYLVARVM, LIBER I.

256

lam longo firmata vñsu, leuet arma potenti
 In Syriam, Libyamq; manu, gentemq; nefandam
 Vel penitus tollat, Scythicæ vel ad ultima terra
 Litora detrudat, Boreas vbi frigidus omni
 Fruge solum polians duro tegit & equora tergo.
 Vine, nec ante precor Parcæ tibi stamina rumpant,
 (Det Deus hæc jaltem nostris bona fati diebus)
 Quam videas Maurorum vrbes & magna superba
 Mænia Granatæ veri iuga ferre Tonantis,
 Et parere Deo, qui magna incæpta secundet
 Regis, & arma regat felici Bethyca Marte.

AD INNOCENTIVM OCTAVUM Pontificem Maximum, & coniuas pro die natali Laurentij Archiepiscopi

Beneuentani Carmen:

Summè pater curis & sollicitudine nunquam
 Liber, & immensi molès cui credita mundi,
 Vos quoq; coniuas, quorum si dicere laudes
 Aggregiar, longo rauescant guttura cantus
 Splendida regali vobis coniuia luxu
 Hac Beneuentana pastor Laurentius ore
 Reddit, & huic tantolonge meliora fatetur
 Se debere choro, soluet quoq; forsitan olim
 Si sperata dabit cursus fortuna secundos.
 Sed tamen augusto fuerant hec debita mēnsi
 Festa sub ardenti cùm Sol premit arua leone;

iii

Ecce

BAPTISTÆ MANTVANI

Luce sacra, cùm risit inops Laurentius iram
Cæsaris, & vittis migravit in athera flammis.
Illa dies natale dedit, Lucina parenti.
Affuit enixa, pulchroq; puerpera partu
Leta puerperij cruciatum in gaudia soluit.
Mox noua progenies fœlicibus adita fatis
Dicitur attollens caput arrisisse parenti.
Quod felix faustumq; putant, bonus exitus omes
Laudat, & euentu melior fortuna sequenti.
Illa igitur celebranda dies, & habenda quotannis
Letior, & fastis est annumeranda diebus.
Idq; memor facturus erat, noua seria dulces
Exclusere iocos, & in hoc conuiuia tempus
Sunt translata, illam rapuere negocia lucem:
Namq; aberat missus Roma legatus ab urbe,
Atq; graues Vmbrorum iras, subitosq; tumultus
Lenibat grauibus dictis, pacemq; docebat,
Postquam strenuitas vigilans & prouida virtus
Huic saitis officio fecit, cum laude reuertens
Eximia, statuit celebres apponere mensas,
Natalisq; diem ritu celebrare parentum,
Sic etiam summus qui proficit omnia pastor
Instaurare volens festas post seria mentes
Obseruare suos morem hunc indulxit auitum.
Et gaudere die, qua quisq; sub athera primum
Transit, & vesci cœpit vitalibus auris.
Et quanquam Gethicis contraria gentibus olim
Consuetudo esset, lachrymis qua tristibus ortum

Nat

SYLVARVM, LIBER I:

24

Natorum, & lato celebrabant funera cantu,
Nostratamen longe melior sententia, mortem
Quæ pulchrum dissoluit opus, quæ nititur omne,
Quod natura parit, paucis abolere diebus,
Et nihil esse diu patitur, quæ pingitur ore
Terrifico, lugubri animo meminisse necesse est.
Principium vero vita qui dicitur ortus
Quo genas omne noua reparatur origine, secum
Gaudia mille vehit. Cum mens diuina recentem
Cuderet, & caelo stellas affigeret, orbem,
Mirabantur opus superi, noua machina mundi
Visa voluptatum pelagis, quod peccora diuū
Corripuit subita sensus dulcedine complens.
Iure igitur natale iocos & gaudia poscit
Natura suadente dics, qua venit ad ortum
Progenies prima capiens exordia vita.
Ob causam tamen haud aliam vetus ille reuersus
Mos, nisi quo fessas hominum post seria mentes
Sit fas instaurare iocos, & idonea rursum
Reddere corda virilim rebustali arte gerendis.
Nam labor assiduus mentes ut corpora frangit,
Attonitosq; facit sensus, & inertia membra,
Ingenium nimio roburq; retundit virsu.
Et caput obscura captum vertigine clavum
Perdit, & incerto nauis secat aquora cursu.
Omnia que duro sunt debilitata labore
Refituit secura quies, medicamina fessis
Ocia sunt, lassas instaurant ocia vires,

iii 3

Quæs

BAPTISTAE MANTVANI

Quas labor eneruat, quas longa negocia frangunt;
Ergo laborantes opus intermittere cæptum
Et cessare iubet veterum prudentia patrum.
Scipio littorcas, & Lalius anxius oras
Et Caetani tractum maris vrbe relictæ
Sapè peragabant, & circum littora conchæs
Finib'bus eieclias manibus legisse feruntur.
Maximus interpres legum lusisse lapillis
Scœnula narrat curas fugasse fritillo.
Socraticos etiam ludos pueriliaq' acta
Legimus, atq' semen studijs iuuenilibus vsum.
Ergo voluptatem cœna genialis honestam,
Summe Pater, lati vna celebrare sodales.

AD IOANNEM PETRVM ARI-

uabenum Episcopum Vrbi-
natensem.

PETRE Heliconiadum studijs decorate sororum
Cui dedit insignem docta Minerva locum,
Ista racemiferis nostri de vitibus horti
Accipe Dircæi dulcia dona Dei.
Hanc tibi præcoxit flauentem Iulius vnam
Sole Mortocheas ingrediente faces.
Scilicet vt nimium rapido dum fluminat aëtu
Frigida morbosam temperet vna canem.
Nam cœvis ad plantas residens Orionis ardet,
Atq' prauis nostras verberat igne domos.

Frigore

SYLVARVM, LIBER. I.

252

Frigore nunc opus est, opus ut fuit ignibus ante,
Cum Boreas tanto strigeret arua gelu.
Sic natura parens tempus muniuit virumq'
Caumata frigoribus temperat, igne gelu.
Janus habet syrias, & aprici vina phalerni,
Creticaq' idæis trans mare vertia cadis.
Hs se armare potest, gelidamq' retundere brumam,
Et Meliora terga fuere togis.
Aeftus habet gelidos latices, & carea pruna,
Pomaq' cognomen que cerasunt habent.
Iulus ardorem primis necat astifer vnis,
Huiq' salutari frige ministrat opem.
Nei ribi grata minus fuerint mea munera si quid
Et si quid versus rusticatis habent.
Rustica ciuili melior vindemia, ruri est
Ille sacer vatum qui rigatora liquor.
Hac fateor Lesbi non sunt in collibus orta,
Nec de Cretais munera lecta iugis.
Non ea palmicibus celi clementia nostris,
Non est Flaminio gratia tanta solo.
Sive quod à Phæbo magis alongamur & austro,
Et polus algenti nos aquiloni premit.
Sive quod est illuc alijs rationibus aether
Mitior est illis gloria tantæ locis.
Fortè quod ex illis transiuit in aether a campis
Quæ micat ex flammis facta corona nouem.
Proficiens oculis illas melioribus vnas
Vitifer infundit vina superba Deus.

iii 4

Adde

*Addē quid in Delo Bacchū germanus Apollo
Naſcitur, arbitrio qui regit arua ſuo.
Iuppiter Idæs alitus rura illa ſub antris
Dicitur Olenia laſte rigaffe feræ.
Gnoſiācīs ideo viſ est en tanta racemis
Inclytatam dulci fertilitate Cydon.
Hæc igitur tibi dona damus, meliora daturi,
Uberius ferret ſi meliora ſolum.
Muſa tibi retuit ſine carmine munere mitti,
Quando magis quoq; munere carmen amas.
Carmen amat quiſquiſtenero bene doctus ab æuo
Aöniam ſtudij dulcibus hauſit aquam.
Hæc mea ſint animo, ſint dulcia dona palato,
Et Phœbi & Bromij munera iuncta cape.*

AD LODOVICVM GONZA gam fedis Apostolicae Protonota- rium carmen ex tempore.

*S*æpius ad ſacrum cupiens Helicona reuerti,
Munus ut excellens & tanto principe dignum
Castilio de fonte darem, mea carbasa ventis
Explicui, & ſcalmos accincto remige preſi.
Verum me varijs animi languoribus ægrum
In diuera ſerunt à Phocide littora fluctus.
Pellor ab Europa, lego puppe Propontida versa,
Et feror in Phrygiam, Tenedi iam littora cerno.
Iam patet Antandrus, iam culmina cernimus Ida.

Aön.

*Aönides ſylvæ nobis & ſancta negantur
Flumiua, Dircae tacitura silentia saltus
Occlusere nouem, prohibentq; accedere Nymphæ.
Immisereati zephiroſ, prohibemur arenis
Antidis, aduerſis radomarisi aquora faſis.
Quod ſi vela ſinat vento Deus ire ſecundo,
Pacificasq; intrare domos, & corde timores
Pellere ſollicitos, tantoq; exire tumultu,
Curreret exemplò velis mea cymba leuatim
Per laudes Lodouicetus, per clara tuorum
Facta per illustres attauos, regnataq; genti
Auratu, canerem pugnas & maria facta,
Et grauiter ſancte, domi consulta foriſq;.
Quanta ſit in ſuperos pietas & quanta parentum
Religio, quantum patriæ ſtudinare quieti.
Cederet his agris quicquid mare fluſtibus ambit.
Egregij quicquid Titan videt attere ab alto.
Mollia longinqui iacent ſua vellera Seres.
Hefferidum ſua poma nemus, ſua thura Sabæi.
Aethiopes nigri ſua cinnama. Persidis ora
Diuitibus gemmis fuluoq; ſuperbiat auro,
Prouentu maiore tuos pubescere campos
Dicere, & has illis præponere frugibus auſim.
Cederet his agris Trinacria, cederet ortus
Alcinoi, & Veneris tellus pulcherrima Cypros.
Cederet his agris Crete, Pelopisq; Laceni
Inſula, ſit licet hac Sparta veteriſq; Corintho,
Illa Iouis curis, atq; vrbibus inclytacentum.*

iii 5

Cederet

BAPTISTÆ MANTVANI

Cederet omnis ager, nec sese Mantua tantum
Virgilio, & ducibus Lydis, & sanguine magni
Tiresia claram agnosset, magis inclita quando
Gonzaga splendore domus evasit, & altis
Ingenys animisq; virūm, qui bella per omnem
Sapius Italianam pāto clausere triumpho.
Hac est ista domus, de qua si temporis atti
Legeris annales, multos exisse Camyllos,
Scipiadas multos, Marios mirabere multos.
Nec reticenda forent Nuruum super aethera nota
Nomina, & integritas translata insydera matrum.
Meonijs hæc sunt neruis, & Apolline toto
Digna, nec exili dicenda ex tempore cantu.
Nunc aliò me cura trahit, peregrina vocamur
Per longas in regna vias, per inhospita saxa.
Nec sinor in patrijs requiem decerpere campis.
Omnia tum melius referam, cum purpura frontem
Velabit Romana tuam, cum patribus alto
Adiungeret throno, quibus est aeterna potestas.
Carminalia nostra dies illos, & lata morantur
Tempora, tum sacros poteris recludere fontes,
Et rati aspirare tuo, votisq; tuorum.



BAPTI-

SYLVARVM, LIBER I.

254

BAPTISTÆ MAN-
TVANI CARMELL-
TAE THEO-
logi,

SAPPHICVM CARMEN:

AD MAGNIFICVM COMITEM
Fregosinum Campefre-
gosum.



VLCE Musarum decus, & voluptas,
Patria splendor Liguriq; princeps,
Quem fouet dulci gremio receptu
Hospita Manto,
Impio postquam Genua tumultu
Missus ex alto Phlegethontis amne
Iura subuertit placidamq; pacem
Nuntius orci,
Te decet magnos animi dolores
Atq; Neptuni salientis astum
Ferre, & accenso Ioue fulgurantis
Fortiter iram.
Rebus aduersis agitata virtus
Crescit, & robur cruciata longo
Sumit attritus, meliusq; terso
Candidat ore.

Ociuum

BAPTISTÆ MANTUANI

Qicum clari fugiunt honores,
 Nobiles dicit labor ad triumphos,
 Sudor insignes iter ad coronas
 Monstrat apertum.
 Vnico vitrum superatur itū,
 Spernit incudes adamæ, & omnem
 Malleum, virtus animosa casum
 Sustinet omnem.
 Debiles nautas humilemque cymbam
 Aphricus pulsis violenter vndis
 Iactat, & fasto fragilem carinam
 Vortice sorbet.
 Fronte sublimi ratis alta prorara
 Tollit, & Caurum Boreamque ridet
 Atque prosternit valido sonantem
 Pectore Pontum.
 Blanda fortuna leuitas, in altum
 Voluit & facti citè paenitentem
 Dexteram versans male fida curuum
 Deprimit orbem.
 Fortium gaudens hominumruinis
 Regna longinqui penetrare mundi
 Cogit Heroas, patrioque pulsos
 Iactat ab Orbe.
 Egit Aeneam Pelago vagantem
 Flante per nigros aquilone fluctus
 Atque nimbo so reboante cœlo
 Littus ad Aphrum.

Pulsus

S Y L V A R V M , L I B E R I .

255

Pulsus antiquam Salamina Teucer
 Liquit, Alcidenodium noueræ
 Misit ad Gades, ubi cernit altam
 Julia Calpen.
 Faucis angusta Mare vorticorum
 Exules quandam soror atq; frater
 Heu nimis tristi secuere cursu
 Phryxus & Helle.
 Velleris fului spolio superbis
 Aequor Euxinum, gelidamque Tethym
 Thessala primus rate nauigauit
 Fortis Iason.
 Magna, non vna regione virtus
 Clauditur, toto spatiatur Orbe,
 Sicut immensum radians Olympum
 Clarus Apollo.
 Perfidam sortem Generosa virtus
 Spernit, & plausum popularis aura
 Aestimans ludi phegilis instar
 Libera regnat.
 Vate Dirceo generata Manto
 Vnde gens vrbis sata Mantuanæ
 Iuncta Tyrrheno Siculam charybdim
 Vidit & Aeibnam.
 Vedit & ripam resonantis Arni,
 Qui per Histrulos sinuosus agros
 Serpit, & cultis inimica campis
 Elimina voluit.

Inde

BAPTISTÆ MANTVANI


Inde per Montis iuga saltuosi
 Venit errantes ubi maior vndas
 Mintius spargit, Bifidoq; terram
 Circuit Anne.
 Tum solo nomen dedit occupato,
 Atq; Thebanos imitata muros
 Cum sua celsam Genitrice proles
 Condidit arcem.
 Nave Phœnices Tyria colonos
 Regnaq; fratris fugiens auari
 Nobilem Dido Patriam Colosse
 Vedit in vndis.
 Vedit et Cyprum, Paphiamq; gentem;
 Transiit Syrtes, Lilybea lustrans
 Aequora, et tandem Libyca subiuit
 Littora Byrsa.
 Spernit imbellum populum libido
 Dira fortuna, tumidoq; plebem
 Corde fastidit, sua tela frontes
 Mittit in altas.
 Ergo Priscorum memorata Virtus
 Excitat fortes animi lacertos,
 Et tua fiant tibi clara gentis
 Stemmatu calcar:
 Namque magno Genitore Natum,
 Atq; virtutis gremio educatum
 Ad decus sumnum vocat, et supremam
 Gloria laudem.

Ergo

SYLVARVM, LIBER I.

256

Ergo visurus Pyliam senectam
 Vine, nec tantum Genya potentis,
 Regna, sed pingue teneas Hetruisci
 Litoris oram.
 Aphrica latis dominare campis
 Atq; Sardai spatiofa ponti
 Doris, et bello superata Cirne
 Torrigat arma.
 Dum venit fati melioris etas,
 Liberum curis animum solutis
 Transfer ad Musas, viridiq; lauro
 Tempora cinge.
 Et per herbosos spatiare tractus,
 Qua padus ripas onerosus altas
 Complet, et mites salicu per umbras
 Serpit in Aequor.
 Lata Regali Sabiolatecto
 Villa felici redimita cultus
 Te sua tutum statione longos
 Seruet in annos.
 Seruet et prolem Deus, atq; clare
 Coniugis sanctum caput, et nepotes,
 Vosq; caelestem ferat in senatum
 Longa senectus.



IN

IN NOVO MAGISTRATV LO
douici Sampetri equitis ac legum Do-
ctoris & Patritij Bononien-
sis Carmen.



*ACTENVS infesto gemuit sub
dere tellus,
Nec pecoris, nec cura boum, nec vomi-
vjs
Profuit, in steriles ierant sola pingui-
glebas,
Nudaq[ue] ieunis torpebant arua colonis.
Nec procul aucta peregrino à littore merce
Querebat mercator opes, sine remigis vſu
Ille per aquoreos mærebat nauita fluctus.
Nulla erat ingenio reuerentia, nulla Miniera
Pramia, nulla pijs carpebant ocia vates.
Motibus incæpit verti melioribus ether
Mitior, & cedunt inimita fauentibus astra.
Proffera sunt vrbi, sunt proffera sydera ruri.
Agricolisq[ue] sua prosunt & ciuib[us] artes.
Vertumnum Pomona vebit, bona numina regnant.
Iam vice mutata gratos Cillenius ignes
Circuit, & niveo potitur Venus aurea tauro.
Hinc noua prorumpunt in latos gaudia risus.
Hinc noua prosperitas viridi promittitur auro,
Et Pbæbo studijsq[ue] fauor. Parnassia laurus*

Frondeat

Frondeat, Aonia reparent sua barbita Nympba.
Et concinnatis feriant noua carmina neruis.
Gratia purpurea redit & clementia veris.
Æstati miscetur hyems, cum frigore flamma
Bella gerit, pugnant siccis humentia, surgit
Litibus ex iſtis ex hoc certamine tanto
Temperies verne faciens exordia proli.
Et mandana nouis fauet indulgentia rebus.
Phœbus adeſt, phœboq[ue] comes Lucina reuerso
Littore ac Aethiopum pluviq[ue] receſſit ab austro,
Sedulaq[ue] ad teneros vehit incunabula partus,
Hanc requiem terris Deus hac dedit ocia quondam,
Prima recens quando sumpsit primordia mundus:
Nec poterat frigus, nec iniquum ferre calorem.
Hospes erat phryxi Titan, foror hospita cancri.
Iam tyrii bouis ora calent, hysadej[que] recedunt,
Et videt ardenteſ ſe attollere Libram.
Fæcundam ruit in Venerem genus omne animantium.
Et pecus in pratis laſciuit, in equore phoæ.
Percutit ante diem cœlo gauſa tepeni
Inſomnem philomena lyram, dum scandit ab ortu
Vrna vomens vñdam, noctisq[ue] silentia rumpit,
Dum vaga Parrasio voluuntur sydera plauſtro.
Per iuga ſylueſtres nemorosaq[ue] compita Nympba
Exercere choros properant, leuibusq[ue] choreis
Ingeminant agiles saltus, & carmine lato
Omne ſonat nemus, alterno pede gramina ſignant.
Ridet ager, viret omne ſolum, per odora Napea

k k k

Prata

BAPTISTÆ MANTVANI

Prata, & Hamadryades nemora inter frondea ludunt.
 Leta seges vincit sulcos, in vertice culmi.
 Cortice sub molli tenues generantur aristæ.
 Triptolemi procedit opus, latatur Osysris
 Vomer, & exultant trito dentalia dorso.
 Extendi maiora sinu monet horrea lato.
 Divitias auido tellus paritura colono.
 Floribus aspirant Zephyri, viridemq; per herbam
 Se insinuant, tepidoq; mouent noua gramina flatu.
 Palmite de longo lachrymis stillantibus imber
 Liquitur, & guttae vitreum glomerantur in orbem,
 Clarior & solito longe clementior aër
 Talia prædictis nostris redditura diebus,
 Qualia Saturnum viderunt secula regem.
 Hic bonus atq; ferax noua gaudia nuntiat annus.
 Et natura noui lætatur consulis ortu,
 Sub quo nullus erit sceleri locus, alta per omnem
 Pax populum noua depulsis fert gaudia curis.
 Vrbs ouat, exurgens dulci concordia vultu
 Sancta virum placido coniungit pectora nexu.
 Qualis Agenorides Lycia Rhadamanthus in ora,
 Qualis olinifera fuit in regione Minerua
 Tequa Solon qui iura tulit, Lacedamone qualis
 Legum lator erat, virides qui præcipit annos
 Ruri agcre, ut bellum discat tolerare iuuentus,
 Et robur firmare operis, tibi Felsina talis
 Sampetrus Lodouicus erit, qui præditus omni
 Dote animi patrum numerum sancti q; senatus

Intrat,

SYLVARVM, LIBER I.

232

Intrat, & antiquo patris succedit honori.
 Nanq; pij quondam mors accelerata parentis
 Dum puer esset adhuc tantisq; laboribus impar
 Causa magistratus fuit importuna relicti.
 Ita potitatis moles altissima tanta
 Non nisi maturis concedi debuit annis,
 Et bene de patria meritis, iam grandior aeo;
 Iam rerum assiduo multarum exercitus vnu,
 Iam studijs legum insignis, iam clarus equestri
 Militia, decus hoc post interualla recepit
 Debita præcipiti nolens ascendere saltu.
 Si curanda salus populi, si commoda debent
 Publica seruari, debet cordata senectus
 Non ardens animis atq; inconsulta iuuentus
 Talibus addicis officijs, hoc munere fungi.
 Bella gerant iuvenes, urbana negocia patres.
 Cum nautis longi remorum brachia mole
 Fessa labant, & membra fluens rigat hispida sudore,
 Si subito affuerit, leniq; Fauonius aura
 Lapsus ab Oceano qui sydera sustinet Athlas
 Ingrueret puppi, flatu qui velâ secundo
 Curnet, & attritus vnu ferat ocia remis,
 Consurget plebs omnis ouans, tractuq; rudentum
 Tandem, & eretto suspendet carbala malo.
 Atq; operis palmarum Zephyris dabit, aquora sulcans
 Ibit, & obiectis scindet ratis obvia fluctus.
 Provvidus in summa temponem puppe magister
 Solus agit, reliq; sinus accommodat auris.

kkk 2

Catera

BAPTISTÆ MANTVANI

Catera prateritos cantu solata labores
 Turbars fert Zephyris grates Paanaq cantat,
 Te Neptune vocans, te Proteu, te Melicerta.
Quale feret nautis aura fñor iste leuamen
 Tale nonus præstare parat tibi Felsina consul,
 Quæ gemis ingenti grauum sub fasce laborum
 Hættenus, antiquam in requiem, prisunq decorem
 Transferet, & viridi cinget tua tempora serto.
 Ac iuuenile decus reddet tibi, sorde iacentem.
 Tollet, & expulsis iterum renouabere canis.
 Quicquid ab amne mali Stygio fera misit Erinnys,
 Quicquid ab infesto cedit aethere, quicquid inique
 Cogitat humanas leges & numina contrd.
 Impia mens hominum patriæ non æqua saluti,
 Vertet in aduersos hostes gentemq nefandam.
 Tu Duce tuta pio, sub quo discriminis expers,
 Iam dudum virtio contranidente, ruinam
 Passa grauem Virtus se se vsg ad sydera tollet.
 Mirabar quidnam in solito splendoribus aether,
 Quid Phœbus tam claro oriens protenderet orbe,
 Nam nondum illius rutilans aurora diei
 Occiderat, quando per rosida gramina solus
 Errabam fellis iam decedentibus, Euro
 Per virides ludente agros, roremq ferente,
 Et vidiradios altis in turribus urbis,
 Atq. procul solem summis in collibus ortum
 Ante diem cælo nigram depellere noctem.
 Ipsa etiam nox illa suis effulserat astris

Clarior,

S Y L V A R V M . LIBER¹. I.

258

Clarior, ornatus cupiens ostendere toto
 Latitiam, maiori etiam Latonia vultu
 Iuit, & in terras presso vicinior orbe
 Signa dedit cælum manifesta, & numina & astra
 Maxima Flaminea cecinerunt gaudia genti.
 Felsinij proceres, claris gens inclyta rebus
 Quo facit audentes, & idonea pectora Marti,
 Atq. animo fortes Nemei belua saltus,
 Vos cæli gaudere monent, hortatur Olympus
 Luce sua mæstos animis arcere dolores,
 Et celebrare noui fælicem consulis ortum.
 Iura fori, lites, clamosaq iurgia cessent.
 Cesset opus, cessent opera, coniuia mensæ
 Lauta ferant nitidae, nigris cum vestibus atre
 Diffugiant cura bona fert bonus omnia princeps
 Sumite luteolas vesles, splendete rubenti
 Murice, casaries mento cadat, ore nitenti
 Templa viri turmatim adeant, pleno organa cantu
 Inter sacra sonent, bona fert bonus omnia princeps.
 Ite nurus, ite infantes, simul ite puelle,
 Communi lux ista bono sacrata relinquit
 Triste nibil, luxit niueo signanda lapillo,
 Et fastis addenda dies, celebranda quotannis
 A populo & patribus solenni in sacula ritu.
 Virtuti modò nupsit honor, stat pronuba circim
 Nobilitas, communis amor paronymphus & auspex
 Ticta tegant aulae domos, subcingite postes
 Frondibus, & muros bilares ornate ministri.

kkk 3

Huc

Huc hederæ, lauriq; volent, date florea ferta
 Quæ patet ingressus, quæ porticus atria duplex
 Cingit, odor fluat Assyrius, per compita paſim
 Spargit e, perq; vias cumulos flauentis arene.
 Circulus ante fores folijs contextus & auro
 Pendeat, in medio rutilantis lamina ferræ
 Dædalei signum ingenij fælicibus ortum
 Aſſituij, canis Europa custodia ferram
 Seruet, & his signis geminas superaddite claves.
 Ista magistratus domus est & consule digna,
 Quam noua non solum virtus sed auita superbris
 Laudibus illustrem facit, & monumenta supersunt.
 Nobilitas vbi se nostro vetus explicat aua.
 Adde clientelas & tecta, & prædia nullis
 Parta in opum ſpolijs, neq; turpibus aubia rapinis.
 Discite, qui vultis decus hoc inſigne ſenatus
 Vixere, primates decet obſeruantia legum.
 Nil domus hec præda, nihil ausa tyrannidis vñquam
 Nec trans iura manus aut plebiſcita retendit.
 Taliis apud Priscos gens Aemyiana Quirites,
 Portia talis erat, talis domus Appia, tale
 Fabri, & Curij, genus, domus iſta Minerue
 Et Martis ſtudioſa, bonis caput artibus alte
 Exiuit. & patriam ſemper meditata ſalutem
 Florida pace domi fuit, & faris inclyta bello.
 Myrtilus ad Pelopis currus, & Achillis ad axes
 Mittitur Automedon, gaudent iuga, lora tenentur
 Solerti correpta manu, quadriga magistri

Senti

Sentit onus, meliorq; rotæ regit orbita curſum.
 Tiphys habet clauum, residens Palinurus in alta
 Puppe regit, totas ſecura Bononia noctes
 Iam domire potes, bona fert bonus omnia conſul.
 Ite ſacerdotes, cumulate altaria donis,
 Ferte preces, ne mors rapiat, ne liuida lœdat
 Lingua virum, videat canos, ſeramq; nepotum.
 Progeniem, videat ciues in pace quietos
 Perpetua, Superi faucent, fataliaq; aſtra.
 Et longana ferat viuacem gloria famam.

IN ANDREAM MANTI-
niam Piætorem.

Sicut Agenorei ſurgunt vbi cornua Tauri
 Precipiti iam vere, ſolum pubescit, & arua
 Luxuriant, ridentq; noui per gramina flores :
 Sic ſtudijs hec noſtra viget florentibus etas,
 Ingenijq; bonas torpere retantibus artes.
 Sed tuus in primis ut pleno Cynithia cornu,
 Andrea, ſplendescit honor. Tu cætera vincis
 Sydera luce tua. Tantum illuſtrata labore
 Et pictura tuo, quantum Romana poëſis
 Vergilio, & Graiae Smyrnae carmine Muſa.
 Dedala monſtrauit tibi ſe natura, modumq;
 Quo re ſe ipſa facit. Tu viua coloribus ora
 Fingis, & umbrati fallunt mortalia vultus
 Lumina, poſſe loqui credas, animata putantur
 Membra, tepeſs ſanguis venas & ſpiritus implet,

kkk 4

Nec

Nec tabulis herere pedes, sed vera videntur
 Figere, & alterno vestigia linquere gressu.
 Frons, oculi, viuos edunt & brachia gestus.
 Sic varios animi motus ostendit imago.
 Sicleius affectus manus est imitata latentes,
 Et verum mentita decus, simulata verentur
 Ora humana feræ, volucres ad inania teæ
 Ut venere, nihil posint ubi sydere natæ
 Præcipiti fraudem properant euadere lapsu.
 Pictus aper setis horrens & lumine toruo
 Dentibus in falcem ductis armatus & ira,
 Allatrare canes iuuenimusq; audacia corda
 Aspectu frigere facit, fugere columba
 Exanimes aquilam, pueri timuere colubrum.
 Ars tua tanta potest, tantas industria vires
 Obtinet, ut viuis aquare carentia vita
 Posset, & humanos etiam deludere sensus.
 O vetus, ô fælix laudati temporis ætas
 Define te iactare, suos extollere ludos
 Græcia iam cœset, certamina ponat Olympus.
 Posteritas iam vincit aulos, melioribus astris
 Vtimur, optati labuntur ab aethere fluxus.
 Quid Gnidia Veneris, quid te suspendit Apellis
 Gratia? Protagonis tabulas & Zeufidis vuas
 Parrhasij quid cernis aues? Quid signa Myronis
 Lysippiq; vides? Quid te spirantia tardant
 Marmora Praxitelis, statueq; Euphranoris? omne
 Phidiacum superatur ebur, Polycletica virtus

Sordet,

Sordet, & Andree perdit collata decorum.
 Tu decus Italiae, nostri tu gloria seclæ.
 Tu patrui immortalis bonus, concedere laudem
 Patria post Liuum debet tibi grata secundam.
 Ingenio latata tuo tibi semper apertas
 Ostendit pictura fores, tibi porrigit omnes
 Dinitias, penorisq; sui penetralia pandit.
 Ergo sum recte voluit te Mantua ciuem,
 Largaq; magnanimus statuit tibi premia princeps.
 Nec dolet Antenor te regna Bianoris olim
 Preposuisse suis, quando grauiore senecta
 Mantua & antiqua præcellit origine gentis.
 Artis apex ubi consitis vetat altius ire.
 Quid superest nisi picturis infundere vitam?
 At Iouis hor, hic siste gradum. Sed in ocia solui
 Cum nequeat Virtus, manus exercenda, nec artem
 Iam, sed magno operum numero sine crescere laudem.
 Tu potes aethereo deponere numina caelo,
 Atq; animas monstrare oculis, mirabile, nostris,
 Quod natura nequit. Superos mortalibus ergo
 Sensibus exponas, nobisq; ostende Tonantem,
 Thidiacumq; Iouem, confusaq; numina vero
 Vince Deo, quod si meritio tua præmia virtus
 Non habet aqua, nihil pendas mortalia Virtus
 Vera supergrediens sua præmia querit in astris.
 Longa igitur triplices ducant tibi stamina Parcae:
 Nestoresq; dies & Matibus Alemia secla
 Aetherei donent animi, post funera cælum.

kkk 5

IN

multuantem.

Roma quid insanis toties? quid sanguine gaudes?
 Quid geris imbelli spicula tanta manus?
 Quo vesana ruis? studioq; armaris inani
 Iam senio lassas debilitante manus?
 Tota tremis, gelidi velant caua tempora cani,
 Et cauat effætam ruga inhonesta cutem.
 Frons cadit in pectus, caligant lumina, vocem
 Vix trahis, & balbo verba caduca sono.
 Dentibus excusis malas offendis inermes,
 Stillat ab immundis naribus Hippomanes.
 Nec potes antiquos bellii nescire tumultus,
 Nec solitam rabiem longa senecta domat.
 Ars tua finitimus indicere Gentibus arma,
 Bellaq; vocali sollicitare tuba.
 Si foris arma tacent, tu bella domeftica tentas,
 Nec feritas requiem ferre superba potest.
 Tu similis tauro, ventos qui cornibus altis
 Verberat, & rauca voce vomit toniru.
 Tu similis colubro, quoties gratia ira venenum
 Suscitat, & mota lumina bile rubent.
 Aequiparas Libicum, furij agitata, leonem,
 Cum fera rugitu vox fremit æquorco.
 Nec magis amissis bacchatur fætibus vrsa,
 Aut lupus hefternam cum premit ora famem.
 Sic furis ut sumis ex ore cadentibus atrox
 Fulmineo quoties dente minatur aper,

Ira ardes, ceu cum fixam leo saucius hastam
 Rodit, & effusa cæde cruentat humum.
 sic fremis ut frendens cum ferrea vincula mandit
 Cerberus, & si yrias murmure turbat aquas.
 Tu fratres in bella vocas, in pignora patres,
 Et si elus omne audes, & paris omne nephias.
 Dic quoties varijs maculas dum cædibus enses
 Albula purpureis tintæ cucurrit aquis?
 dic quoties violas dominos telluris & yndæ?
 Dic quoties gladijs regia colla petis?
 Mitius est Thoracum genus & Cyclopea proles,
 Et Nasamon Libyci qui tenet arua freti.
 Mitior est Si ythicis qua posidet ultima campis
 Littora concreto terra perusta gelu.
 Mitius est quodcumq; videt crudele per orbem
 Phœbus & yndojo Doris in Oceano.
 Mitior est duri gens implacabilis Orci,
 Quam niger obscuro Iuppiter igne domat.
 Nunc quoq; ciuiles laeo gens omne pugnas,
 Et strepitus tota Martius vrbe sonat,
 Per inga Ianiculi per colles ara Latinos
 Concudit, & stricto fulminat ense furor.
 Vociferant diræ, strarsi pro crinibus angues
 Inflant pestifero sibila colla sono.
 Hinc litui clangunt, hinc tristi concita plausu
 Tympana confusum vulgus ad arma vocant,
 Hinc galæ rutilant, & ahenea pectora fulgent,
 Et rigido durum cingitur ense latus.

BAPTISTAE MANTVANI

Hinc gerit hirsutis eques in spicata pharetris
Spicula crudeli projicienda manu,
Hinnit equus, pictoq̄ feroc sub tergore frontem
Elevat, & sonitu quadrupedante volat.
Mole sub armorum crepitans ferus armiger hostem
Pronocat, & longam sustinet are sudem.
Sustinet are sudem, pronoq̄ in vulnera ferro
Sanguineam portat trabs abiegnā necem.
Hinc niger efflato resonat pilularius igne,
Et iacit ingenti plumbea saxa tono.
Hinc pedes hastatis longo venit ordine dextris,
Tectaq̄ fuscum laua sub orbe latet.
Verrit humum gladius, lucent fulgente metallo
Pectora, sunt capiti concavus arma chalybs.
Hinc resonant magno clamore Erymanthida matrem
Lucida inoccidui qua tenet astra poli.
Herculeas alij clamant pleno ore columnas,
Dividit hec duplex tessera Romulidas.
Saxeal sulfureis pila pulsā furoribus arces
Concutit, & celsas destruit igne domos.
In tua conuerso grassaris viscera ferro,
Atq; tuum proprio conficis ense caput.
Templa gemunt, aralachrymant, suspiria Tjbris
Ducit, & exhausto languidus amne dolet.
Fas & iura negas, homines & Numina fallis,
Nec Iouis imperium, nec Phlegethonta times.
Singula texentem conuictia deseret etas,
Tantum actale tua est improbitatis onus.

Romania

SYLVARVM, LIBER II.

263

Romanis paer est Mauors, lupa Martianutrix,
Hec hominum mores ingeniumq̄ docent.
Viuere qui sancte cupitis discedite, Roma
Omnia cum liceant, non licet esse bonum.

BAPTISTAE MAN- TVANI CARMELI- T AE THEO- logi,

SYLVARVM LIB. II.

AD ILLVSTRISSI MVM DOMINVM,
Dominum Guidobaldum Vrbina-
tem Ducem.



Icut Agenoreæ cùm sol subit aurea
frontis
Cornua felici gaudet sub sydere Mun-
dus,
Quum cœlestis humum virtus comple-
xa calentem

Incipit ordiri tenero noua pignora partus,
Sicut in æquorei stellato pectore cancri
Iuppiter exultat, Venus in squammantibus afiris
Fluminis Assyrii: pulsis ita Mantua curis
Aduentu gauisa nouo est, saliere chorea,

Incre

BAPTISTÆ MANTUANI

Increpuebelyre, lato tuba Martia cantu
 Clangorem alternat, strepitumq; peroja minacem
 Mollius inflexo sonat ad noua gaudia flatu.
 Triste prius densaq; latens caligine cœlum
 Tollit, & occasum Leonora obliita recentem
 Alma dies posito luctus radicavit amictu.
 Mincius Alpino qui ducit ab æquore Nymphas
 Risit, & extemplo clausis humentia venis
 Aequora confternens bilari caput extulit ore.
 Vnde silet placido veluti quum pignora ponto
 Producit Cæcys aues, ubi frigida bruma
 Venit, & arua graui stringens aquilone December.
 Rusticus Andino genius qui presidet agro
 Vicinam e viridi tumulo conuertit ad urbem
 Lumina, quum plausus populumq; audiret ouantem
 Ecquis, ait, tantus successit manibus hospes,
 Posit ut aspectu solo ipsa elementa mouere.
 Et cui fatidico Graium sata sanguine Manto
 Non minus applaudit reduci quam Roma Camillo,
 Quidm Mario fractis Italorum in limine Cymbris,
 Dum loquitur, factiq; cupit cognoscere causas,
 Vna Camenarum quæ cum Duce venerat, arua
 Ibat adoratum nostro sacra Maroni,
 Audijt, & veniens late exhalauit odorem
 Virgineum, lauro flauos euincta capillos,
 Et facies qualis surgens aurora, sinumq;
 Colligit, atq; pedes chlamys aurea tangit eburnios,
 Substitit, & carmen placidis ita vocibus orsa est:

SYLVARVM, LIBER II.

264

Ad vada Tirefia vestriq; Bianoris urbem
 Venit ab Alpina iuuenis pulcherrimus ora
 Baldus, agens secum Musas, & Apollinis omnem
 Militiam: Baldus cui saxa Feretria nomen
 Attribuunt commune Ioui, quia namq; parentes
 Belligeri, exuicias spoliato ex hoste ferebant
 In rupem aëream, celsoq; in monte locabant,
 A spolijs cognomen habet domus illa ferendis.
 Turba igitur comitatus adest Heliconide Baldus,
 Qui regit Vmbrorum populos, montanaq; regna.
 Traxit amor iuuenem, madidos non horruit Austros,
 Non nimbosam hyemen, nec iniquæ frigora bruma.
 Vicit amor casti q; fides sanctissima lecti.
 Languida deserto coniunx formosa cubili
 Mærebat curis, & suspirabat amantem.
 Vota secundauit iusti Deus auctor amoris,
 Et iuueni blandis acuens præcordia flammis
 Suasit iter, suasit Venetos inuisere campos,
 Et Phæton aës cursu superare liquores,
 Patris ubi fatale solum:nam bella gerentem
 In Venetos rapuit mors immatura parentem.
 Magnanimum, cui vestra parem non nouerat etas,
 Sive ferox rigido martis luceret amictu,
 Sive togam cedente sagò vestiret inermem.
 Venit ad ægrotæ castissima coniugis ora,
 Cuius in aspectu Venus est, in pectore Pallas,
 Iuncta viro vestalem animum truncaq; pudorem
 Seruat, & amplexus puder expectare ingales.

Pulchra

BAPTISTÆ MANTVANI

Pulchra verecundas opera ad muliebria Nymphæ
Cogit, Arachnaum docta exercere laborem.
Talis apud priscos nuruum Lucretia princeps,
Et praefecta Deum ducenda in mænia matri
Claudia, & Halcyone, Cephaliq; miserrima coniunx,
Hectoris Andromache, profugoq; fidelis Olysi
Penelope, & nunquam thalamos oblita Sichei
Sidonis, & Beli neptis, thebanaq; Manto.
At iuuenis maiora animis meditatur & ardet:
Nam Martem de more patris colit atq; Mineruam,
Et quantum ille armis superanuit, Apolline tantum
Hic imberbis adhuc vincit, vitturus & armis
Bello rbi tempus erit, rigidoq; licentia ferro,
Tempora circundans hederis & virgine Phœbi,
Nec gradiens acclivis humi, sed vertice supra
Nubila se attollens, geminosq; habitura triumphos
Nititur ad duplarem virtus animosa coronam,
Non vulgare decus: nec enim duo munera tanta
Affiduc iacit in plebem regnator Olympi,
Sed quoties alijs quenquam mortalibus optat
Eximus preferre bonis, rariissima qualem
Sacra virum generant, melioribus afficit astris;
Cum Ioue, cum Veneris flammis, cum sydere Maia,
Cum Mauorte illi caput & præcordia tangens.
Sic Cæsar dictator erat formatus, & Aphro
Ut perhibent Hammone satus, Cæsarq; secundus
Pectus imaginibus cœli signatus & vrsa.
Et tu quem canimus procerum noua gloria Balde.

Lata

SYLVÆRVM, LIBER II.

268

Leta tuos etenim Deus inclinavit ad ortus
Sydera, fortunans ad opes, ad regna, piamq;
Progeniem, ad commune bonum, patriæq; salutem;
Ad Mauortis opus furibundum, ad Palladis artes,
Ingeniumq; ferax fecit docilemq; iuuentam
Ausonijs simul & Graijs incumbere chartiss
Verbaq; adhuc tenero docuit Mosea palato
Deglutire, vias calorum & tempora nosse,
Et volucrum pecudumq; animos, & clausa sub alto
Aequore, & inferno secreta latencia mundo.
Morum etiam vitaq; habitus, & debita diuis
Orgia, diuinarum etiam mysteria legum.
Addidit & cordi stimulos quibus acriter austis
Moliri ingenio semper meliora calentis,
Nec sinere ignaro vitam sordere veterno,
Et semper magis anni i atq; intendere nervos
Ad diuinum aliquid, laudemq; ambire superbam,
Ferre iter ad cœlum, & meditari ingentia magno
Pectore: Semideum casus & fortia facta
Mirari, semperq; hominem te attollere supra.
Signa animi nunquam morituri & ab aetere lapsi,
Hic iuuat annales vestriq; afferre recentem
Temporis historiam, Baldiq; euoluere fatum.
Italæ Deus in mores quum regna videret
Versa Lycaonios, Diomedeasq; rapinas,
In scelus exarsit, iustaq; exauduit ira,
Et noua pena nouo sceleri datâ, nancq; repente
Principibus longa populos qui pace fouebant

III

Sublati;

Sublatis, dedit indignis rectoribus vrbes,
 Ut fierent quasi deserta sine remige puppes
 Flutibus in medijs, desolatiq; per agros
 Amiso pastore greges, quum nubibus atris
 Sicut hyems, fractoq; furens tonat aethere mundus.
 Nam nulla est magis humanae res noxia genti
 Nullaq; terrarum pestis capitalior orbi,
 Quam rex impatiens freni & sine lege tyrannus.
 Apænīgenas altis qui in montibus Vmbros
 Ardua faxa colunt, adriatica litora versus
 Ut sensere Italos tantum impendere pericli
 Suppliciter fama est ita numina sancta precatos.
 Summe Deum populos qui, cum nihil oderis, omnes
 Suscipis, & magno semper bene consulis orbi,
 Parce tua genti, succurre fidelibus Vmbris,
 Neu sine nos arumnarum tot ferre procellas.
 Praeclarum concede ducem, qui regna paterno
 Temperet affectu, placidaq; in pace gubernet.
 Talibus auxiliis & tanto munere dignos
 Nos pietas antiqua facit, qua cognita vobis
 Cælicolæ, genus Vmbrorum seruauit ab alta
 Irati mari illunie, cum liber apertis
 Ennōsigens aquis montana cacumina mersit.
 Nanq; redundantem pelagi non pertulit astum
 Patria, Montigenas Tethys vexare colonos
 Abstinuit, Protheus vsp ad confinia duxit
 Doridis omne genus, delphinorumq; caternas,
 Squammigerum pecus, & phocarum immania terga.

si nos innocuam gentem commune periculum
 Praterit, quando terram scelus obruit omnem,
 Et dedit auroreis vastandum fluctibus orbem,
 Nunc quoq; ab interitu tutos decet esse minori.
 Audit omnipotens: Quis enim clementior illo est?
 Et Baldum, eximiam sobolem Ducus ante sepulti
 Misit in imperium, ac patrias regnare per vrbes
 Instituit, quod pacis erat belliq; futurus
 Censor, & eximus legum moderator & aqni.
 Dumq; adolet, ne forte foret damnoſa iuuentus
 Imperio, patrii dixit prudentia regno
 Praesit, & Aemonio quod erat Centaurus Achilli
 sic senior puer, teneros regaliter annos
 Nutriat, & folio iuuenem sublimet adultum
 Utq; salutiferi veniant in regna nepotes
 Extendenda, nouam monti domus alta feretro
 Det Gonzaga nurum, genitrix Gonzaga virorum
 Inuictorum armis, qua ingenti corpora mole
 Atq; Gygantæas vires & Martia corda
 Ferre solet, quorum occursus formidet Achilles.
 Qualis adhuc prima feruens ardore iuuenta
 Surgit ad armorum strepitus belliq; tumultum
 Franciscus nouus Alcides, qui immania monstra
 Calcat, & equaluit Nemoro obſtare Leoni
 Victor adhuc puer, & Lernæ modò verberat Hydrām,
 Dixit, & ex oculis cum voce receſſit imago.

BAPTISTÆ MANTVANI
 AD ROMAM DE ADVENTU
 Inachi comitis Tendiliæ oratoris Regis His-
 spaniæ, ad Innocentium octauum
 Pontificem Maxi-
 mum.

Roma triumphales si tecum volueris annos,
 Cum tua trans æquor Libycum misere nepotes
 Arma, per infidas Tyria Carthaginis vrbcs,
 Inuenies nullam maiora pericula gentem
 Pro imperio, rebusq; tuis, nec plurat ulisse
 Funera, quād genus Hesperium, sine fine manebit
 Fama Saguntina fidei, qua Punica nunquam
 Iussa tuit, potius voluit dare mœnia flammis,
 Communiq; ardere rogo, quād fallere Romam.
 Obvia nunc igitur veteres gratanter amicos
 Et ciues cognoscet vos. Hispania quondam
 Iura habuit Latij, populis par cura duobus,
 Et sors aqua fuit, morum concordia, lingua
 Idem pene sonus, patria communis vtrig; q;
 Hesperus, uno ambae gentes de sydere dicta
 Hesperia. Quæ pax potuit contingere maior,
 Quæ paritas melior quād descendit ab astris?
 Hespereos igitur gaudens cape Roma colono
 Qui procul extrema digredi à littore terra
 Te longis adiére vijs per inhospita saxa,
 Et iuga Pyrenes, per Gallica regna, per Alpes,
 Atq; per excelsum duri caput Apennini.

Afpi

S Y L V A R V M , LIBER II:

267

Apice vt aduentu primo quasi numina cælo
 Lapsa procul pulsò pacem genuere tumultu.
 Nam cūm Parthenopes regem concorribus armis
 Impeterent regni proceres, scis quanta per omnes
 Italiam subito Mauors exciuerit arma.
 Italidas à fonte Padi commouerat omnes
 Ad Scylla furor vsg; canes, Rhæginaq; saxa,
 Longus vbi Ionias cadit Apenninus in vndas.
 Exue marorem. Tempus deponere ferrum
 Admonet, hi cum pace tuos subiçere penates.
 Et Martem pepulere tuis de finibus vsg;
 Ad salis Ismarij populos, vbi dicitur ortus.
 Pone sagum ciuile togæ decus inde longa.
 Prolituus redire fides, arguta superbam
 Depellit Sambuca tubam, tranquilla tumultum
 Pax fugat, & profugi redeunt in rura coloni.
 Ad sua plaustra boues, fortis ad aratra iuenci.
 Iam fora sollicitant lites, annona per altum
 Nauigat, & plena Týberina per ostia puppes
 Vina ferunt Cyrræa cadis spumantibus. Vrbem
 Samnites Volsci q; petunt impunè, receſſit
 Insidiarum omnis metus, & latronibus omne
 Iam nemus est vacuum, ludunt in mœnibus Vrsi.
 Iam canit ad teretem pubes Romana columnam.
 Hac Tagida tibi dona ferunt, caput erige, & altam
 Frontem attolle, astro, gemmis, redit vſus & auro:
 Gaudia fert tam fausta dies, Hispania mittit
 Gaudia, pacificum poscit sibi gaudia tempus.

III 3

Spar-

Spargite fronde vias, viridete suspendite myrtum.
 Fertetimum, plenis & gramina odora canistris,
 Ferte olea ramos, & tempora cingite lauro.
 Et quò maiori saliant præcordia plausu
 Accipe quis tantæ caput est duxorq; caterue.
 Inachus illustri veniens ab origine gentis
 Mendocia, cui magna subest Tendillia lato
 Margine terrarum, qua pinguis permeat arua
 Bethys oliuiferis properans in Dorida ripis
 Regius orator. Clarus belliq; togæ &
 Officijs, quem Castalijs dignatur Apollo
 Fontibus, en se suo belli pater, agide Pallas.
 Cùm rebit Hispanas animosa in bella phalanges
 Territus incursu tanti Duci, ora fugaci
 Vertit equo refugitq; suam Saracenus in arcem.
 Sicut precipiti fugunt stridore volantes
 Instantem quoties aquilam videre columba.
 Scit mores animosq; viri simulatus Alama
 Murus & albenti circundata mœnia velo.
 Et netam insolitum belli stratagema sepultum
 Sit tibi Roma, canam, fortes audite Latini.
 Diruerat fragiles hostilis machina muros,
 Cùm iam sol nocturna cadens accenderet astra.
 In summis vrbs alta iugis monstrabat apertum
 Hostibus ingressum, sed formidabile noctis
 Tempus obest animis, dant corpora fessa quiete
 Manœ reuersuri. Summa vigilabat in arce
 Inachus, & nudum cernens latus, arte ruinam

Clauſit

Clauſit, & inuenit noua mœnia condidit aſtu.
 Pittores quot erant vocat, & consuta figuris
 Lintea murorum scribi iubet atq; silenti
 Nocte locans simulat reparatam mœnibus vrbem.
 Manœ attollentes oculos de vallibus hostes
 Supciunt vrbem integrum, noua mœnia noctu
 Iacta putant, mirantur opus quasi cœlitus ortum.
 Pertasiq; moras & opum diffencia, tollunt
 Sarcinulas, & caſtra mouent, poſt terga repente,
 Inachus exiliens omnes obtruncat ad vnum.
 O genus insuetum pugna, delusit imago
 Belligeratorum fortissima caſtra virorum,
 Et vicit pictura Duces, industria tantum
 Vnius molia viri, mirabitur omnis
 Ad quam fama huius belli peruenerit, etas.
 Legimus annales, veterumq; reueluimus annos,
 Europa, Libyæ & Duces. Asiatica bella
 Nouimus, & nusquam tam mira inuenimus artis
 Ingenium, talem nullis in gentibus astum.
 Huc igitur tanti orator tibi regis, & author
 Pacis, & armorum tellus Saturnia duxor
 Inachus ingrediens sancti vestigia patriæ
 Venit adoratum, sacraq; limina Petro.
 Roma tuas aperi portas, vel mœnia frange,
 Iste honor Elæis datus est victoribus olim.



III 4

AD

BAPTISTAE MANTVANI
AD PAMPHILVM SAXVM
Mutinensem.

DAmphile Calliope soboles & Apolline nata
Inter Hamadryades & Oreades adita Nymphas,
Dum nos implicitos curis urbana fatigant,
Et procul abducunt a fonte negocia sancto,
Floriferotu rure latens, sacrata Napaxis
Arua tenes, dulcissimam sedens diuinam recessu
Ocia lensus agis, frueriesque silentibus umbris.
O felix cui Socratica sanguisima charta
Pabula & altrices adhibent vitalia Musae
Pocula, cui celi radiis concordibus ignes
Leniter aspirant, omnisque indulget Olympus.
Quem faciles diui, quem fors non invisa pergunt
Fortunare. Comes cui temperat omnia virtus
Vota, premens animi fluctum, sensusque vagantes
In gyrum rationis agens, ut fertur habenis
Castor Amyclais domitos egisse iugales.
Et quamvis (ea fama meas peruenit ad aures)
Militiam simules habitu, tamen Attica Pallas
Tecum habitat, pulchrumque tibi sine Gorgone pectus
Torrigit, & lactante sinu blanditur apertio
Uberibus, niueisque premens rigat imbribus ora.
Nulla pudicitiam Venus inquinat. Arma Cupido,
Continet, & tecum virides innoxius agros
Lustrat, auestantum feriens, & in annua rursum
Pignora sopitas acuens verno igne medullas.

Vrit

S Y L V A R V M , LIBER II.

269

Primit Itym, Scyllam inflamat, Pandione natas
Mane sub auroram cum ros in gramine caelo
Labitur, in dumis accedit, & amula cantu
Guttura sollicitans mouet in certamina vocum
Omnia turbatam lenire potenia mentem.
Cum sua florifera redeunt solennia Maiae,
Rus haber agrestem Charites sine ueste choream
Arua per & sylvas & compita rustica ducunt.
Tunc mare tranquillum, tunc est placidißima caelo
Temperies, tunc est felix opulentaque tellus.
Deniq; tunc urbes strepidumque perosa Voluptas
Fert spacians alacrem per rura virentia gressum:
Si captare feras & opaca inuadere lustra
Venatuque acrem iuuat exercere iumentam,
Retia, tela, canes, arcus, plenamque pharetram
Præbet, & accincto tibi militat agmine luna.
Silibet ardente quum sol volat altius æstum
Euitare, soporique oculis blandissimus instat,
Sternit humum formosa Dryas, gelidaque sub umbra
Gramineos parat accubitus, ubi molibus auris
Mota ciet lenem quercus frondosa susurrum
Adriui salientis aquas, ubi plurima garrit
Ales, odorati pingunt ubi grama flores,
Quod si prædari fluijos & aquatica regna,
Ex Glauci delectat opus, maculosa per amnem
Linamoues, amnem cuius rada vitrea fulcat
Tergo alibi lucente greges, vel arundine mota
Piscem agis herbose recubans in margine ripa:

lll 5

Et

Et præda arridens esca rursum induit hamum,
Gaudentemq; suo fallis discrimine turbam,
Si placet aut laqueo volucrem vel fallere visco
Aut alijs petere insidijs, ut ab aethere lapsus
Fulminis instar, auem feriat pede peccatore & ore
Vultur, & aëria spectacula cernere pugna,
Hec nemus, hac valles, hac dant tibi gaudia campi.
Urbe quid ars operum inuentrix inuentaq; longo
Vsu operum praestare queat, quid magna virorum
Ingenia efficiant, hominumq; industria constat.
Rura docent vires cæli, quid numina possint,
Quid natura ferat, quo ve ordine gramen & arbor
Semine quo surgant, quid nix hyberna, quid imbre,
Quid venti, & cæli regio conferre colonis
Quid ve auferre valent, quibus interlunia & iris
Officiat, iris curuo Taumantias arcu
Multicolor Phœbi radijs & nubibus orta.
Quam potare ferunt tepidos e flumine nimbos.
Quod luna crescentis opus, quid mane, quid alto
Sole, quid occasu facias, armenta gregesq;
Quis cultus, que cura regat, qua industria seruet,
Rus monet, & miris oculos animumq; vacantem
Afficit illecebris, mentemq; resuscitat ægram.
Affice vti semen iactum putrefacat, & inde
Vis occulta soli gremio & genitalibus aruis
Atq; calecentis cœlesti lumine Phœbi
Irritata, rudi tenuem de corpore partum
Ordiri incipiat, vultum fætura recentem.

Pallet

Pallet adhuc, mox cæruleum trahit ore colorem.
Frons incerta prius speciesq; incognita tandem
Panditur, & foliorum apices in mollia surgunt
Spicula, vel manui simili diffusa virentes
Frons abit in digitos, vellingua induit figuram
Tenditur, & certo currentibus ordine costis
Vndiq; ferratum creber facit angulus orbem.
Terra parens dulci teneros alit vbere partus,
Atq; vrigineum bibulis radicibus imbre
Potat in exiguis latitans natura cauernis,
Et miris alimenta modis in corpora transfert.
Crescit opus sensim, longo iam stipite cortex
In solidos circa molem durescit amictus,
Et liber occultam duro sub cortice vestem
Texit, vt inclusum tenui diaphragmate corpus
Ambiat, exteriorq; minus clamys asperet artus,
Fortior in ramos truncus iam surgit, & alto
Vertice sub folijs vmbrosa comantibus arbor
Accipit hospitio volucres, & porrigit vmbram
Pubertate valens, & iam fecundior ambit
Nomen & officium matris, studiumq; futuræ
Posteritatis habens, generandi ardore calescit.
Iam floret, noua iam proli incunabula ponit.
Parturit, & medijs proles de floribus exit
Imperfetta, rudis teneroq; in corpore clausum
Semen habet, quo cum mater decesserit, arbor
Altera consurgat similis, sic prouida rerum
Est natura parens, sua quid mortalia norit.

Pignora,

BAPTISTÆ MANTVANI

Pignora, vitali sobolem cum semine profert.
Cruda noua frugis tristes infantia succos
Emollire nequit, sensim mitescit, acerbam
Duritiem calor eneruat, penetrabilis estas.
Phlegma coquit, longi domant fera viscera soles.
Purpurei tot veris opes, tot rustica tempe
Delitiasq; soli varias preferre Latinis
Fascibus, & soli regum sublimibus ausim.
Attalica quid Gaza domus, quid regia Creſi,
Quid gladii flipatus bonos, quid pendula semper
Ambitio, fortuna fugax, securaq; nunquam
Prosperitas, & perpetuis obſessa venenis
Vix atyrronorum, sumpti pro laude labores
Præcipiti proſunt & cimit in Tartara vita?
Vineigiturrebusq; fidem præbere caducis
Nescius, ad cœlum ſecuro annitere gressu.

AD IOANNEM PONTANVM

Carmen ex tempore.

Cvm legerem nuper curis accensus amaris
Vranien, Pontane, tuam, lucentiaq; astra,
Et cali ſtellantis opes, egressa repente
Luxit ut expulsa Sol tempeſtate voluptas.
Carminibus vis tanta tuis, quantam neg. Circe
Nec Medea ſagax medicis inuenit in herbis.
Tristibus applaudunt animis, & grandia cantu
Dulcione totam rapiunt in gaudia mentem.

Hoc

SYLVARVM, LIBER II.

271

Hoc erat Amphion, quo mœnia ſurgere fecit.
Hoc erat Orpheo quod agebat flumina plettro.
Felices igitur, tua qui cunabula primum
Et ſacri videre ortus primordia campi.
Si cœlo in noſtras eſt tanta potentia mentes,
Vicanit Vranie, tanti ſi credere fas eſt
Eſſe vagos aſtronorum ignes, cilenia certe
Flamma tibi nimium fuit, nimiumq; potenti
Sydere Phœbæum pluit in tua peltora carmen.
Te virides inter lauros Baianaq; Tempe
Per loca que fertur coluisse Papinius olim
Piērides aluere dea. Nos inter opacas
Mincius eduxit ſalices per aquatica rura,
Inter arundineas lutris vbi tecta lacunas.
Propterea mea fila ſitum ſenſere palustrem,
Etrudis extranco nobis formata ſaligno
Eſt Lyra, & articuli reſides, & inutile plectrum.
Hos igitur tenues orſus priuumq; futura
Limen amicitia ridentibus aspice Myſis.

Romæ.

AD BENEDICTVM MORAN.

dum cum legiſſet eius libellum contra
Senenses editū, cuius oratores corā
pio Pontifice max. Bononi-
ensibus ſe præfere-
bant.

Compo-

Componens veteri praesentia tempora seculo
 Sine quod huic nostra dominatur inertia vita;
 Sine quod aetherei noceant mortalibus ignes,
 Seu quod tunc natura potens modo fessa creādū
 Fœtibus & longo sterili sit redditā partu,
 Prateritis video tantum noua cedere, quantum
 Collis Auentinus Tindo, Palatinus Olympos.
 Nostra tamen paulo melior laudiq; priorum
 Aemula progenuit felici sydere quosdam
 Quos conferre audet priscis heroibus atas:
 Hos inter longaen r̄su tua cognita virtus
 Te ascribi Morande iubet, nec stemmata gentis
 His opus est censere tuae, splendore parentum
 Quanquam claruerit late tua gloria maior
 Non egit, ipsa sibi satis est, petit aethera pennis
 Nequaquam Icareis, proprias leuat altius alas:
 Non ut Lunanites alieno lumine, verū
 Ipse tuo, ut cœli princeps & splendor Apollo:
 Utq; tua paulum recolam primordia laudis,
 In tua socratici subierunt peccora mores
 A teneris, tibi tunc etiam fuit hospita virtus,
 Et laribus gauisa tuis commercia tecum
 Magna habuit facta tibi consuetudine tandem
 Nupsit, & aeterno se fædere iunxit.
 Tu puer ingenuas non ut plabeia iuuentus
 Confuevit longis doctrinae anfractibus artes
 At celeri breuitate capis, facundia venit
 Obvia, & occurrit nondum quaesita poësis
 Spōte sua, st̄a prona Deus tibi sydera fecit.

Non

Non fuit in Grajstib; res abscondita chartis,
 Non fuit in nostris, Phœbi tibi tota supellex
 Cognita, & arcana penetralia magna Minerua.
 Tam subito ingenium studijs adoleuit, vt effet
 Inuenisse magis quād te didicisse, putandum.
 Tu sapis ut cūstos ouium Parnafidos Ascre
 Incola, quem subito Musa instituere poëtam.
 At postquam frontis grauitas atq; aspera mēnto
 Barba virum confessa fuit, non improbanummi
 Esuries, non segnices, non gaudia ventris,
 Non obſcēna Venus, non res flexere caduca.
 Publica res animum subiit, curare salutem
 Et commune bonum patria, velut antē solebant
 Fabricij Fabij & Senes, mente incipis alta.
 Et claros imitans proaenos vestigia nunquam
 Fers obliqua, tua pietas cynosura carinæ
 Sola fuit, regis hoc omnes duce sydere cursus.
 Te tua sancta fides rebusq; probata gerendis
 Prouida sedulitas, & maiestate serenum
 Os placida, nec non florētis copia lingua
 Ad varias legatum v̄rbes misere per orbem.
 Munere fungentem tali te Hispania quondam
 Te Italica populi videre, & maxima Roma
 Sapius, ast illo præsertim tempore, quando
 Sena tua voluit patria temeraria se se
 Audaci præferre animo. Sena in scia que sit
 Gloria Felsinea gentis. Tua Felsina quondam
 Hetrusca ditionis erat caput, antē ingofis

Long

BAPTISTÆ MANTVANI

Longi Apanini quam Sena infederit armis.
 Corporis amissis longo iam viribus aeo
 Ipsa suum retinens, mens inconcussa vigorem
 Ocia neglexit, quantum perferre senectæ
 Eualuit longis attrita laboribus etas
 Dat prisca pietati operam, patrumq; tuerur
 Nomen, adhuc tardæ morbo non victa podagra.
 Pectoris occulto virtus incocta recessu
 Protulit Entelli castus & robore crudo
 Egit præcipitem Senam, velut ille superbum
 Ac fidentem armis viridiq; etate Darhetem.
 Quo properas animose senex? Quid pergis in hostem
 Debilis? imbellis quid adhuc bella afferat tentas?
 Quid tristes oneras curis grauioribus annos?
 Osia vult senium, placidam tua fracta quietem
 Membrarogant, pacem emerita concede senectæ.
 Quid cupis ad veteres laurum superaddere lauros?
 Nonne tibi fat sunt veterum monumenta laborum,
 Quorum plena domus, quibus à tellure levatus
 Supra hominem iam te magnis heroibus aquas?
 Quid nouis assumpis casus sudare sub armis
 Impulit? Agnosco quid sit. Torpere vetero
 Non potes, ipsa negat tibi mens generosa quietem,
 Et patriæ pietas, & nescia cedere virtus.
 Iure facis, sed iura super viresq; senectæ.
 Si Padus Adriacis æquet se fluetibus: aut si
 Barbarus Euxinis Ister se praferat vndis,
 Si sata perfundens Meroës iuxta lymphis,

Nilus

S Y L V A R V M, LIBER II.

273

Nilus aquas Libyci certet superare profundi,
 Quo stomacho Titon, quali excande fecerit ira
 Proteus? omne maris numen, cui mobilis vnda
 Aequoris est curæ, iustis insurgeret armis
 Amphitritea pro maiestate tuenda,
 Te quoq; dum patriam patrumq; tueris honorem
 Nec sinis exuviias temerarius asperat hostis,
 Communis iustas iniuria misit in iras.
 Nam licet in charos pietas sit magna parentes,
 In patriam tamen & nostros est maxima ciues.
 Ipsa duci Phrygio patrem vectare per ignes
 Suasit & ardentis Troia seruare penates.
 Ipsa quoq; armatum docuit transmittere Coelum
 Flumen, & excisis excludere pontibus hostem.
 Ipsius auspicijs saliens sub inane barathrum
 Curtius aeterna meruit compendia famæ.
 Hec eadem mittens inimica per agmina Codrum
 Cade sua docuit patriam seruare labantem.
 Thebanumq; ducem strictos ea misit in enses,
 Qui sua pro populo moriens amplectitur arma.
 Hec tibi viuentes eadem meditata coronas
 Te in pugnam Morande vocat, rugasq; seniles
 Herculeo accedit mens indignata furore.
 Ite per hæc patrum vestigia sancta nepotes,
 Et veteres imitare viros generosa iuuentus.
 Decrescit requie virtus, adolescit agendo.
 Ite per exemplum clari senis, ipse labores
 Fortia dum faceret melior præcordia sanguis

mm m

Vicit

BAPTISTÆ MANTVANI

Picit, & in rebus fuit indefessus agendis.
 At postquam vires abierte cadentibus annis,
 Ne foret ignavius, vocat in certamina mentem,
 Excitat ingenium, priscas reminiscitur artes.
 Ruminat elapsum tempus, metitur Olympum,
 Stellarum cognoescit iter, complectitur orbem
 Terrarum vigilanti animo, subit aquora, cælum
 Scandit, & in summa mundi videt arce sedentem
 Qui regnum tenet omne Deum, videt ordine ferri
 Omnia perpetuo, certa videt omnia lege
 Et sine lege nihil fieri, facit esse beatum
 Mens tranquilla senem, longè iuuenilibus annis
 Dulcius hoc senium. Vita hac syncerior illa,
 Qua leuibus studijs omniq; libidine sordet.
 Multum igitur tanto studio ja Bononia ciuit
 Vltoriq; tuo debes, si fecit Achaten
 Troius Aeneas tantis, si Nestor atanti
 Inclitus Atrides, nec te decet esse tuorum
 Immemorem, & qui te toties iuuere iuuandi
 Ad vita summam usq; diem, monumenta sepultis
 Danda, & si superest, in posteritate colendi.
 Forsttan antē Tij ratio quam caca Secundi
 Est per sua sua palmarum concedere Sena,
 Crediderim ob tristes radios frigentis aquari.
 (Quid tibi nascenti primum illuxisse feruntur
 Et Veneris fecisse odium) tepuisse parumper
 Ingenium & lingua plettrum cecidisse disertæ.
 Addac quod extinctio senibus facit omnibus igne

Somni-

SYLVARVM, LIBER II.

274

somniferum natura gelu, quo incuria rerum
 Immemore & tardo rediuina infantia sensu
 Pullulat, & similis vita subit ultima prime:
 Corde latentem animum dolor irritauit, amorem
 Ante oculos patrum manifestæ iniuria fraudis
 Traxit, & accedit corda, ac iuuenescere fecit.
 Et nondum extinctos pietas noua flauit in ignes.
 Vere novo lacer iam sole sub aquora lapso
 Cum subiicit pastor stipulis humentibus ignem,
 Ante habeat quam flammaviam, qua viscera lambat
 Intima, cum pugnare opus est elementa, calorem
 Frigora & humores abigunt, calor igneus urget
 Frigora & humores, stipulisq; exire coartans
 Colligit in fumi nebulas, quas tollit in altum
 Impetus ardoris, glomerantq; per aëra venti.
 At postquam vix superato frigore flamma
 Emicuit, jubilo viræ afflantibus Euris
 Explicat, atq; pyram rapido complexa volatu
 Undiq; stridentes paleas vorat, atq; cacumen
 Iam superans, rento nunc hac, nunc annuit illac:
 It cælo scintilla rubens, extincta fauillam
 Reddit, & in terras albo pluit arida nimbo.
 Pastores, qui tunc pecoris vel septa reuifunt
 Vel tempestates notis speculantur in astris,
 Ut nigrum prius aspiciunt rarescere cælum
 Flammicomos altis spectant in montibus ignes:
 Sicq; diu languens ubi tandem soluitur ardor
 In sublime volans vacuumq; per aëra ludens.

m m m 2

178

BAPTISTAE MANTVANI

In se hominum longinquam mouet soli amulus ora.
 Sictua mens si forte fuit sopita veterno
 Elicuit radios longe lateq; micantes.
 Tantaq; de parua prodire incendia trunco
 Miratur quicunq; animi non nouit & artis
 Posse tegi modico magnas in corpore vires.
 Res breuis est fulmen, paruaq; in corpore nubis
 Quod facit attonitos, homines quod diruit alpes.
 Parua silex ignem includit, quo maxima sylua
 Conflagrare potest, arsur & incendia Troiae
 Claudebantur equo, paruis mens maxima membris
 Clausa latet, cui si liceat se extendere, late
 Regnat, & ex breibus lignis magnum excitat ignem.
 Ut sublime voles, hominumq; per ora feraris
 Non opus Herculea que monstra immania clava
 Sustulit, aut arcu, quo sauum inuasit adulter
 Dardanus Aeaciden, nec qua Cyllenius Harpe
 Custodem Inachiae fertur domuisse iuuenca.
 Sed neq; palladio quo stravit Gorgona vitro
 Perseus, aut alii Syria quibus iuit ad vrbes.
 Sola animi virtute opus est. Sint corpora quanquam
 Aegra, poteq; virtus decus immortale mereri.
 Ipja homines facit esse deos, ingentia facta
 Constat ab ingenij potius quam corporis orta
 Viribus. Est diuina animis vis insita nostris,
 Quam quicunq; bonas studet exercere per artes
 Transit in aetherios cines, & possidet astra.
 Quantum moriales alios praecelet Olympum

Tantum

S Y L V A R V M, LIBER II.

275

Tantum adit, est quidam gradus excellentia ad astra.
 Incipit ascribi caelo, diue scere sensim
 Incipit, & superis pleno iam concolor aeuo
 Libera desertis abit in sua sydera terris.
 Non secus ac volucrum nidi, cum facta volandi
 Copia, dant alas ventis, & velafigurant
 Obliti ignauæ prima incunabula vite.
 Sic & poma diu prius inmansueta colonus
 Neglit, at postquam feritas crudumq; recebit
 Ingenium, color aspectu iam lumina pulchro.
 Iam nares inuitat odor, spondetq; palato
 Dulce aliqd, tum vimineis matura canistris
 De matris collecta sinu portantur in vrbes,
 In procerum thalamos, nitida in conclavia regum.
 Sic mens vt scelerum fæda ebulliuerit vnda,
 Atq; bonos longo in se habitus contraxerit vsu
 Iam matura fugit terras. Vindemia mors est
 Spirituum, messis mors est, sunt horrea coeli.
 Vinitor & messor Deus est diuq; ministri.
 Quare age docte senex sensim morientia membra
 Neglige, vinctura semper cole numina mentis.
 Vt p; soles dicitis patrum decus affere chartis.
 Et conscribe manu nunquam moritura trementi
 Carmina. Te à nobis sero precor auferat aether,
 Nec videant Stygia te post tua funera ripe.



mm m 3

AD

AD IOANNEM BAPTISTAM
 Refrigerium de aduentu Ioannis
 Baptista Sabelli Bononiæ
 Legati.

VT cupis & fama est gentis Baptista Sabella
 Immortale decus, sacrif̄ aeterna senatus
 Gloria, Felsineam Roma legatus ad urbem
 Mittitur Aemiliam iustis recturus habenit,
 Aruaq̄ longe quondam subiecta Ravenna.
 Non hic primus honor, id non incipit annis
 Tanta viri virtus, vetus est, & cognita paſsim.
 Tuscus ager non uit, Roma meminere penates
 Flaminia meminere urbes, Tua Felsina ciues,
 Percontare tuos non est ignara, vocabat
 Ipsum in opum legumq̄ patrem, dum talia prima
 Lora magistratu regit ita per oppida quondam.
 Ergo diem celebrare bonam gaudere secundis
 Rebus opus, superisq̄ nouas persoluere grates.
 Per fora consurgant concors plebisq̄ patrumq̄
 Latitia, & celsis rutilent in turribus ignes,
 Pendula suspendat paries aulæ, superbo
 Splendidus ornari u, pidiu venabula Gallus
 Vibret, & intexta volent per stagna volucres.
 Ipsa crebro rutilent aro, templo ardua sument,
 Et caua multisonis resonent tinnitibus aro.
 Gestiat omnis ager, fieri inbet vndiq̄ plansum

Commu-

Communem commune bonum, caput hactenus agrum
 Eleuat, & frontem virtus attollit apertam
 In vires redditura suas, habitura fauorem
 Praesulēs, & mores emendatura nefandos
 Gentis inhumana, quo ferrea facula tandem
 Duricia euifta vetus instaurentur ad aurum.
 Nil optare potest vñquam reſpublica peius
 Rege malo, nil rege bono præstantius, omnis
 Diſcipit omne bonum sine lege licentia regum,
 Ut boreas frondes, glacialis ut hordea grando.
 Libertas est summa bonis sub principe iusto.
 Roma sub Augusto poſtquam pacata fuisti,
 Quatibi libertas potuit contingere maior?
 Quatibi Traiano melior fortuna relixit?
 Felices igitur populi quos viuere diui
 Concedunt sub rege pio, quid facula fecit
 Aurea? Saturni pietas, clementia Iani.
 Ille senatores atanos, & magna parentum
 Stemmatæ non iactat, nec inani turgidus aura
 Desipit, at sacras leges ineunte iuuenta,
 Socraticos mores, fidei documenta recepit.
 Ut patria meliorem operam præstaret, & omne
 Officium, seſi iuuenis formauit ad omne
 Tam belli quād pacis opus, non horruit vmbra
 Carceris obscuri, non formidanda minantum
 Ora tyrannorum, mortem persuasus acerbam
 Pro virtute pati, pro religione tuenda.
 Viuit in hoc Fabius, viuit Cato, viuit Horati

mm m 4

Ardua

BAPTISTAE MANTVANI

Ardua mens vieto pontem qui rupit Hetrusco.
 Viuit Anaxarchus. Viuit genus illud auorum
 Qui Romam rerum dominam fecere. Quod ergo
 Egregium facinus non est felicibus huius
 Auspicijs sperare datum? Renocate cadentes
 Innocuij cines animos, sperate reuerti
 In decus antiquum, florere videbitis urbem
 Ut Maio redeunte solum. Sperate quietem
 Principe sub tanto, leges consultaq; patrum
 Instaurare parat, scelerumq; extinguere causas.
 Ergo decus patria sanctosq; resurgere mores
 Te gaudere decei, virtus cui fioica semper
 Est comes, & tetricos Scenecas colis, atq; Catones,
 Vnde diu, curef^{q;} tuam Baptista salutem.

DEPRECATIO PRO SALV-
 te Aemylij Romani.

PHaeb*e* quid Aemylio febrem finis esse molestam?
 In tua quidi iuris corpora languor habet?
 Tu pater herbarum, tu vim medicaminis omnem
 Per maria & fluvios mittis & omne solum.
 Viribus vsa tuis subigit Medea dracones,
 Terrigena&q; viros, igniuomosq; boves.
 Vulneris auxilium non Larissa tulerunt
 Spicula, sanatrix arstua Phaebe fuit.
 Tu piper & myrrham casias & Synnams profers,
 Et redolens opus est thurea virga tuum.

Tu

SYLVARVM, LIBER II.

277

Tu paris hyblaum nectar, paris attica bella,
 Sunt etiam munus Medica mala tuum.
 Tu quoquis albentes in apricis collibus vnas,
 Gnosia vina paris, vina falerna paris.
 Qua generant humiles fœlicia balsama sylue
 In Hiericuntino sunt tua dona solo.
 Tu facis astatem, tu ver, hyememq; niuosam,
 Esq; potens pluia, grandinis, atq; gelu.
 Luna regit mensis, tu Cynthie dirigis annos:
 Illa colit tenebras, tu iubar atq; diem.
 Semina cum liquida tu digeris omnia Tethy
 Qua freta, qua tellus, qua leuis aer habet.
 Tu liber, tu sancta Ceres, Tu nunina plura,
 Nam quia multa potes, nomina multa tenes.
 Omnia comburis sub eodem sydera signo,
 Omniaq; imperijs subiycis astratus.
 Sola tuam claudit veniens soror obvia lucem,
 Et tua liuenti lumina nube tegit.
 Displacet id superis. Ideo protalibus ausis
 Non leue vindicta constituere genus.
 Namq; viam lunæ nobis volucere per vmbram
 Ut chaos & tenebras discat & ipsa pati.
 Ergo quid Aemylio febrem finis esse molestam?
 Curtam dira lues hactua membra premit?
 Hic tibi primevis vix ablaciatus ab annis
 Obtulit atatis tempora tota sua.
 Nullus in Sonijs argutior ambulatoris,
 Sem numero currat impare, sine pari.

mm 5

Ad

BAPTISTAE MANTVANI

Ad domini funis cecinit miserabile carmen,
Vnde tua meruit tempora fronde tegi.
Nunc iacet, & morbo dolet eneruatus acerbo
Mæstitia tristem debilitante animum.
Non redit ad dulces musas, belicoidas vndas
Non valet infirmo sollicitare gradu.
Plectra iacent, lyra muta silet, sine carmine languent,
Et vidua ducunt oia longa fides.
Vitales aperi fibras, artusq; iacentes
Erige, nec stygius poluat ora color.
Quale Gigantæ post aspera bella tumultus
Te memorant carmen concinuisse Ioui,
Tale tibi referet, cum te preftasse salutem
Senserit, & medicas applicuisse manus.
Et cecidisse tuis veterem Pythona sagittis.
Dicet, & auxilio Pergama factatuo.
Quod te, quod triniam pulcherrima Thea sororem
Progenuit. Sed eis cur tibi, quarta datur.
Curve tuo mitem curru premis Aphrogeniam,
Curve sub ardenti sydere Martis eas.
Cur Veneris clando? cur Martia furtamarito
Detegis, occultum nec finis esse scelus.
Quid sibi vult Phœbus, quid sol, quid nomen Apollo,
Et cur te Rhodij Læmion esse canunt.
Cur tibi det Titan, & cur cognomina Delos,
Nomina cur Cynthus, cur tibi Thymbra facit.
Cur Lycius, cur Grinaus, cur Smyntheus esse
Diceris, & Clarus, Chrysocomusq; Deus,

Cur

SYLVARVM, LIBER III.

278

cur Myrinus, cur Cyrrheus, Peanq; vocaris,
Vnde tibi Argenetes nomen & Ortigius.
Argolico ritu quare Argyrotoxus Agyleus,
Ac Nomius, quare dictus Alexicacos.
Vlion adiunget cur te Milesia pubes,
Cur Graio veteres ore Thaneta vocant.
Quid sibi tela volunt, quid laurea serta, quid arcus,
Quid lyra, quid crines, quid iuvenile decus,
His alijsq; tuas mulcebit versibus aures,
Et tua Pimplao carmine dona canet.
Phœbe pater vatum communibus annue votis,
Proq; tuo fusas accipe vate preces.

BAPTISTAE MANTVANI CARMELI-TAE THEOLOGI,

SYLVARVM LIB. III.

AD ALPHONSVM CALABRIÆ DV-

cens pro recepta e Turcis Hydrunte vrbe

Salentinorum.

Egia progenies regniq; habitura coro-
nam
Cum pater accepto diuos augebit Olym-
po,
Cognita Tyrrhenis olim tua gloria,
quando Casfra



Castra super collis Bonsci iuga summa tenebas,
 Non Italos tantum populos vicinaq; regna,
 Verum & barbaricas longe mouet vndiq; gentes.
 Qui iuga qui campos qui rura vrbesq; frequentant,
 Et qui carulei fulcant vada naue profundi,
 Te noctu, te luce canunt. Tua sola loquendi
 Materiam prabens volat ora per omnia fama.
 Inq; tuas populi coëunt per compita laudes.
 Non secus, ac cum stella comam crinita mitantem
 Explicat, & subito tenebras illuminat ortu,
 Fatalis noua mortales incendia flamma
 Mirati alternis ineunt noua murmura linguis,
 Et nouus est cunctis sermo, nouus omnibus ardor.
 Omnia quæ circum pelagus sunt hospita nautis
 Littora in immenso oceano vel in aquore nostro
 Concordi te voce sonant, orbisq; videtur
 In laudes certare tuas. Tibi totus Apollo
 Militat, & jacrum referant Helicona Camœne.
 Tota cohors confessa nouo nona gaudia cultu
 Instaurata parat citharas, prolata supellex
 Tota recensem tur pacuis penitralibus, arma
 Militiae sacrata sua suspendit ab omni
 Arbore per sylvas Aganippidos Hippocrenсs.
 Eungilant vates, grauiumq; ingentia rerum
 Pondera metiti resident, minus Hectora iurant,
 Et minus Aecidas ausos. Arsisse fatentur
 Omnia nascenti tibi, quæ victoribus astra
 Illucere solent magnis, & ferre triumphos,

Iuppiter

Iuppiter ut perhibent (etenim tua fata notari
 Fecit opus tantum) crinem circundedit auro.
 Sceptra dedit, grauitas oculos Saturnia tristes
 Fecerat, & vultus cum maiestate seueros.
 Non est passa Venus, sed regia leniter ora
 Mitibus afflavit radijs & dulcia fecit.
 Mars dedit armorum studium, mortisq; timorem
 Abstulit, ignito lustro trans praecordia ferro.
 Cor magnis regale animis, quod seminet aurum,
 Quod contemnat opes, quod magna negocia voluat,
 Sol qui cuncta suis accendit sydera flammis
 Imbuit, adjiciens fama immortalis amorem.
 Luna voluptatum domitrix compescuit ignem,
 Quem nimis accenso Venus inspirauerat astro.
 Maximus ille opifex rerum qui regnat Olympo
 Ad tua tam dextro venit natalia caelo.
 Hinc hominum te tantus amor, te bella gerentem
 Tanta fides sequitur, tanta est in rebus agendis
 Prospexit, toties vincis, totiesq; triumphas.
 Hetruscas iam pridem artes anguisq; superbi
 Scintillantem iram superasti, & sibila colla.
 Iam Venetos factus atq; impatientia fræni
 Ora capistrato misisti in vincula mento.
 Et quanquam bellorum opifex aduersa Robertus
 Arma ferens tibi tam validis obficeret ausis,
 Non tamen evaluit tantum se attollere toto
 Robore, quin clausis fugeret Leo territus alis.
 Tu mare classe premis, tu forti milite campos.

Tu

BAPTISTÆ MANTVANI

Tu penetras altis positas in cotibus arces.
 Ausoniosq; armis genus insuperabile calcas,
 At modo Thraicos hostes Mahometica castra
 Finibus ejcieni nostris qd Iapygis ora,
 Non Calabros tantum saltus urbemq; receptam
 Brundusijq; lares, & rura Lacinia longe,
 Ac Lacedemonij tutaris iura Tarenti.
 Verum omnem Italiam sicut qui littora seruat
 Vicinos omnes tractus subducti ab yndio.
 Et quanquam fatis ea bella ferentibus essent
 In Latios traecta domos, licet arduas aether
 Mitteret hac sceleri tam dira piacula nostro,
 Tu tamen auertis, maior tua sydere virtus
 Fata virosq; domat, prohibetq; oracula vatum
 Obseruare fidem, qua dura hac bella canebant:
 Quid legimus stellas? quid cœli inquirimus ignes?
 Temperat excellens humana pericula virtus,
 Imponitq; astris franos, & numina vincit.
 Deniq; tota salus populorum in rege reposta est,
 Et commune bonum. Si mens tibi leua fuisset,
 Tardaq; frigentes hebetasset inertia sensus,
 Heu quantas Italis clades, quot saeva parabant
 Funera ab Artois venientia gentibus arma:
 Iam Stygia intortia crinita draconibus ora
 Extulerant Furiae, iam littus Erinnyes omne
 Vexabant Calabrum, tria guttura Cerberus bausto
 Iam cedis nidore parans siuebat apertis
 Faucibus: Alecto auditæ est vulnare per vrbes,

A*u*

SYLVARVM, LIBER III:

286

Atq; errare fremens & anhelo accensa furore.
 Cui mors atra comes, flebat Garganus, & altum
 Iam caput obscura nebularum absconderat vmbra.
 Mærebat longana Croton: Sibarisq; sepulta
 Menia, & afflita mæcerbant Cratidic vnde.
 Ipsa quoq; borrebat cædem bibitura suorum
 Terra parens hominum. Pasim resonantia mœsta
 Halcyones lugubre dabant per littora carmen.
 Illa flagellando rabies Othomanica mundo
 A Stygys egressa vmbris ut sustulit armis
 Regna Pelasgorum, postquam est Aulone potita,
 Transiit ad Calabros, vbi mox Hydrunte subacta
 Consumpturum omnes Italos accenderat ignem.
 Tu prohibes. Tu ne vltierius tam atrocia serpent
 Bella, vetas, primoq; necas in littore Martem
 Tam immanem, tam sanguineum, tanto agmine missum.
 Tu fidei vallum excelsum. Tu immobile Roma
 Praesidium, quo non aliter quam littore fluctus,
 Omne hostile odium frustrata eliditur ira.
 Manlius excuso Capitoli à vertice Gallos
 Deiicit, exuicias hostiis ablata Camillus
 Signa referit, lento Fabiana indiffrigia bello
 Conterit Hannibalem, Valeri præstantia Pyrrhum.
 Reppulit instantes velut aquora concita Cymbros
 Marte potens Marius. Dacos & dura Getharum
 Quos dixere Gothos, forti inga milite Narses.
 Tu mahomethigenam Phlegethontia semina gentem
 Cerbereumq; genus, sisueri ere Daunia regna

E*t*

Et Calabros ausum vastare procaciter agros
Funditus extirpas, Stygioq; immarginis auerno.
Martia barbaricos toties experta tumultus
Roma tibi immensas grates dgit, atq; triumphos
Et meritas Lauros & nomina Cesaris optat.
Hoc Padus, atq; padi ripis vicinus vtrinq;
Tractus, vtrunq; etiam longi latus Apennini.
Sed tibi præsertim deuota Bononia, & omne
Bentiuolum genus viris apex, apicisq; supremum
Culmen Ioannes princeps patriæq; domusq;
Flaminiaq; decus, qui te alta mente reposum
Seruat, & extensis animi complettitur vlnis.
Ausonia populi proles Saturnia vestro
Assertori opus est ingenti mole trophyum
Ponere, & illustres aeterno in marmore pugnas
Phidiaca cœlare manu, monumenta laborum
Tantorum superesse decet, ne forte nepotum
Posteritas abyssè putet sine laude parentes.
Ferte triumphalem lapides orientis ad arcum,
Et niueam spoliare Paron, spoliare Domysem.
Cedite Ophitæo silices, onerate Carysto
Synnadeq; aquoreos & Nili marmore fluctus.
Ferte Onycen, date saxa Thasi, date saxa Iugurtha
Nata iugis, etiam Libykos incide montes.
Surgat opus varium, statuas ostendat equestris
Fluctibus Epyri surgens in littore moles.
Mittat ab Hetrusco ferrum Populonia ponto.
Brixia de saxis chalybem Tropiensibus haustum.

Et

Et confusa Pelops lugubribus æra caminis.
Aera metalliferis Themicæa ferantur ab antris
Ad decoranda ducis facta immortalia, surgant
Pyramides alta, surgant immania membris
Signa Colossis: Obeliscorumq; leuatis
Spicula cuspidoibus, te saxa atq; æra loquantur
Vndiq; præsertim superi maris aquora circum,
Qua Metapontinas ingens ferit Adria cautes.
Ite duces, quibus est studium certamen & arma
Ite, reuertentem solenni adducite pompa.
At tu Parthenope veterum domus inclita regum
Sis memor Alphonso decus immortale locandum.
Sed modò regali cultu cum murice & auro
Egrediens occurre duci, totò obvia plausu
Accipe vietorem, Dominum regemq; futurum.
Tu vero armipotens, quoniam tibi tanta tuorum
Est imitanda patrum virtus, ne parce labori.
Semper in aduersos casus audentior ito,
Calum aderit, sublimi animo fata aspera contra
Stare para, fortuna viris illustribus obstat,
Sed vinci virtute potest, victoria tecum
Semper erit, nisi deposito te abiceris ausu.
Aude igitur, sic viator eris telluris & vnde,
Sic tandem ad proaños venies in Olympica regna.



nnn

EIV&

BAPTISTÆ MANTVANI
EIVSDEM BAPTISTÆ PRO
Paulo Fulgoſo Carmen; Ad Maximili-
ianum Cæſarem.

Salue hominum rex atq; parens Auguste, potentes
Cæſarea populos qui maiestate gubernas.
Tanta est acta tanto radiat tua lumen virtus,
Ut ſplendore ſuo nedum facunda virorum
Ora, ſed infantes etiam noua carmina linguis
Cogat, & audaci laudem depromere cantu.
Vnde ego ſexennis genuit quem Sfortia mater
Fulgoſo genitore ſatum, præonia Paulus
In tua confirans ingenti pondre rerum
Vincor, & inuictas ſuperat tua gloria vires.
Non igitur reges atauos, non ſtemmata gentis
Sacra tua, non innumeris tot bella triumphis
Clanfa, nec ardentis pugnas, nec fortia facta
Con numero, metuit fluctus mea cymba ſonantes.
Hec tentare quid eſt aliud, quā n voluere ſaxum
Sifypium? quam ſolis equos Phaetonta volantes
Scandere, quam ſuperos contra certare Gigantes?
Id tamen in numero meritorum Auguste tuorum
Altius attollit caput, & ſuper ignea ſurgens
Sydera te viuentem animis cœlestibus aquat.
Quod recolens commune bonum ſedare tumultus
Vndiq;, & indomitum ſtudeas compescere Martem.
Id tua ſoleanni reſonans Germania plausu
Indicat, & ſolita gentes ſudare ſub armis,

Nunc

SYLVARVM, LIBER III.

232

Nunc poſitife authore odijs, teſtantur ab alto
Te miſſum, vt reprimas flagrantia bella per orbem.
Nos quoq; te ſtudio paciſ trans ardua vēctū
Saxa, & inacceſis clauſas anfractibus alpes
Cernimus hic, te cura hominum, te publica adegit
Vtilitas tandem noſtros inuiſere fīnes,
Italiāq; tuam, que te quafinata parentem
Et quafin nupta virum recipit. Iam fracta ruinis
Bellorum antiquis, attrita furentibus armis
Incipit optatam ſub te ſperare quietem.
Iam dudum caput imperij te Roma Latini
Optat, vt aduentu videas tua regna ſecundo.
Te rupeſ Tarpeia vocat, Saturnia tellus,
Et domus Euandri, vicinaq; Thybridis vndis
Regia bifrontis Iani: Capitolia mundo
Clara triumphato, parijsq; innixa columnis
Templa, ſacri cineres, veterumq; recondita patrum
ſedibus offa pijs, fidei monumenta vetuſta.

Est aliud quod fama frequens vulgauit in omnene
Italiā, te facta animi ingentia magnis
Voluere, & ordiri tacito molimine bellum
In Mahonei higenas Romani nominis hostes.
Hunc tibi ſi dederit dextro Deus omne martem
Sum: re, quid meritis deerit? quo tendere virtus
Ulterius poterit? Celsi ſub cardine mundi
Nil aliud ſuperēſi aequa imperialibus armis
Conuictus, nihil unde tibi par gloria ſurgat:
Hinc illud tam grande decus, quod Casari implet

nnn z Nomen,

BAPTISTÆ MANTVANI

Nomen, & ethereo quodam quasi numine fulgens
 Diuiscat, clarisq; viros interserit astris.
 Nostra fides olim dum res Romana tenebat
 Latius imperium, multis amplissimaregnis,
 Nunc supposta Scythis, & conculata tumultus
 Barbarico, vocat ingenti clamore suorum
 Subsidium: Freti vociferant Bizantia, & alte
 Regna Trapezuntis, gemitus orientis acerbos
 Hinc audimus, opem mundo praestare iacenti
 Hoc opus est Auguste tuum, tibi terra fretumq;
 Supplicat, ex alto Christus te implorat Olympo.
 Italia pars ista, fuit cui Gallia quondam
 Nomen, ad hoc tantum facinus concurrere magnis
 Prompta est auxilijs, hic sunt cœn brachia quædans
 Imperij duo magnatui, duo fortia regna.
 Hinc Veneti regnant terra pelagoq; potentes.
 Belliger hinc Maurus, cui se fortuna ministram
 Fecit, & in vincis Martem tenet, omnia late
 Iam patria regit arua meæ: Genueq; superbum
 Littus, & ingenti ditione per aquora magnam
 Classem inferre potest, pontumq; onerare frementem.
 His socijs victor potes ire in bella duobus,
 Signaq; iam toties nostris ablata referre.
 Sed quo cœpta magis tibi sint secura, memento
 Pacare Italiam, bellis ut tota sepultis
 Tuta sit, ut concors ad rem confiret agendam.
 Et quia post commune bonum, curare salutem
 Fas est cuiq; suam, Pauli precor atq; parentum

Sis

SYLVARVM, LIBER III.

285

sis Auguste memor, letos habitare sub umbra
 Caesaris & nobis liceat. Fulgora propago
 Nos quoq; pars rerum non aspernanda tuarum.

PRO EODEM PAVLO FVLGO-

so puero, Baptistæ Mantuani Carmen
 ad Lodouicum Sfor-
 tiam.

Maxime Dux salve, prisco qui ducis ab Anglo
 Excelsum Lodonice genus, tua gloria longe
 Sparsa per Italiam populos & barbara regna
 Me quoq; in hac tenera vix fari atate valen-
 Impulit herois tibi soluere canibus ora.
 Et quia laudantum murmur strepit vndiq; vocum
 Non sine intento meditari ingentia sensu
 Virtutis monumentataua. Maiora relinquens
 Vatibus altiloquis referam vulgaria tantum,
 Et qua fama frequens hominum circumsonat aures.
 Temperat ut fluctus argentea luna marinos
 Et dominatur aquis, ita Martia bella gubernas
 Arbitrio Lodonice tuo, si iussis arma,
 Arma, seges velut illa virum Cadmæa, repente
 Exiliunt. Mars frenat equos. Bellona tumultum
 Suscitat, & cristicis operit caput, agide pectus.
 Flammigerant hastata acies, & lomeratur in altum
 Puluis, & ardentes præcepit furor incitat iram.
 Si Martem seuire vetas, mora nulla, fugato
 Pax Mauorte redit, furijs in tartara pulsis

nnn 3

Corda

BAPTISTAE MANTVANI

Corda virum rediuius amor tranquilla subintrat.
 Nec faciunt has fata vices, non ignea mundi
 Sydera, sed fato prudentia maior & astris.
 Hoc facit ille animi vigor igne citatior, illa
 Perpetua & nullo cedens vigilantia somno.
 Secreta tu in sede cubans ruis oppida solo
 Ingenio solaque mones regna omnia mente.
 Scit Rhenus, scit Gallus Arar, scit Lydius, Arnus.
 Scit Tyberis, magnaque memor Campania belli.
 Ipse tibi infensum pugnam excidiumque minantem
 Parthenopes magnum potuisti euerterere regem.
 Namque illi extremis Gallorum a finibus hostem
 Elicuisse, armis qui mox quasi fluctibus omnem
 Obruit Ausoniā, sceptrumque amisi Arago
 Auspicete. Nec enim sine te penetrare tumultua
 Illius in regnum poterat, nec tanta fuisse.
 Vis peregrino hosti, neque tanta audacia Gallis.
 Tunc Celtae Bouique truces ex alpibus altis
 In nostros coiere agros. Tentoria Vasco
 Qui tenet Hispanis contermina finibus arua
 Fixit & Eridani campis. Lunensis capit
 Oppida Tyrrhenos equitans magno agmine colles.
 Tum Pisa posuere iugum, sata semina belli
 Multipliciter nam Pisa ad nos Salamina tulerunt.
 Ista lues urbem Romanam complexa recepsit
 Longius ad Calabros, & quatenus Italatellus
 Tenditur ad Siculalatrantia littora Scylla.
 Hac Gallis fortuna fuit, dum Gallia tecum

Militat,

SYLVARVM, LIBER III.

284

Militat, at postquam fraudata Nouaria falsos
 Detexi Gallorum animos, contraria tanquam
 Tu Gallis fortuna fores fortuna fauorem
 Abstulit a Gallis, & te comitata coegerit
 Turpiter Italia victos discedere Belgas.

Hic ego si tempus sineret, tua fortia facta
 Insererem Francie ducum fortissime, solus
 Qui potes Italia Gallorum auertere gentem.
 Te solum sensere hostes, ultroque fateri
 Non puduit te iniuctum armis, te Gallica pubes
 Non imbelles genus, sed dura atque aspera ferro
 Prosternentem acies ac fulminus instar eunt
 Horruit, & clade ingenti spoliata, recessit.
 Tarrus adhuc hac caderubet, rubet Appula longis
 Afflictata malis tellus & Dania rura.
 Hinc data bellorum nuper tibi tanta potestas
 Vi facile antiquos superet tua gloria patres.
 Namque potentatus Itali, Caesarque magistrum
 Militiae fecere sua. Tua maxima virtus
 Non formidat opus tantum, generosa labore
 Mens amat, immensum reddit leue gloria pondus.
 Sed quoniam angusti spaciū breue temporis urget,
 His propere excursis ad te Lodouice reuertor.
 Gallia non solum, verum & Germania nutu
 Motatuo, venere truces in bella Sueui,
 Venit & articos gelidi maris accolat Cimber,
 Ampsani Landiisque simul, quique imminet agris
 Noricus Ausonijs socialibus affuit armis.

nnn 4

Cæsar

BAPTISTÆ MANTVANI

Cesar ab alpinis niuibus per inhospita faxa
Transiit ad Ligures. Pisanaq; littora vidit,
Et pareretibi non dedita reliquit
Maiestas augusta lares, peregrinaq; longis
Arua vijs inuisit, hyems dum seu rigenti
Stringeret arua gelu, nives dum molibus alpes.
Altius assurgunt scythicisq; aquilonibus algent.
Ipsetibi (quid opus fando percurrere terras?)
Ipsetibi Deus arma gerit, tibi totus Olympus
Militat, aspirant placidis tibi sydera flammis,
Iam tua religio, pietas tua cognita paßim
Allicit humanas mentes, & amare coalte
A te quam cupiunt audent sperare salutem.
Quod si illis sperare datum quos nulla ligavit
Proximitas Lodouice tibi, quam magna relicta est
Spes mihi, qui veniens a sanguine Sfortiadarum
Aemulor exelsum genus, & vestigia sector
Admiranda patrum? cui dat fœcunda virorum
Progenies te authore pium Fulgoja parentem?
Mens mihi, si fortuna licet contraria, niti
Semper ad egregiam per honesta negocia landem.
Conari virtute, meum est, conatibus istis
Fortunam probere, tuum. Præstare roganti
Auxilium pietas, si non indebita poscit,
Mandat, apud priscos nomen meruere Deorum
Qui iuere homines, iter hoc ad sydera certum est.
Si quisquam de stirpe mea est cui fidere possis
Ille ego, quem naturatum facit, atq; voluntas.

Hoc

SYLVARVM, LIBER III.

285

Hoc caput, hanc ne sperne animam, si debiliis atas,
Si membra hac infirma nihil promittere possunt
Maius adhuc, paucis Deus incrementa diebus
Afferet, hi crescunt artus tibi, pendere tanti
Me poteris, quantum totis conatibus, vñquam
Fas erit enti, quantum fortuna fauebit.
Sic ego polliceor, sic qui genuere parentes,
Gens tua, gens animi locuples, licet indiga rerum,
Quas fortuna regit. Si te clementia, virtus
Regia, si tangit pietas qua mitia corda
Stringit, & humana gemit infortunia vita,
Esto tui semper Pauli memor atq; parentum.

DE REDITV PHILIPPI BE-
roaldi iuuenis literatissi-
mi ex Gallia,
Elegia.

M Vja olim comites Beroaldo iuere Philippo
Trans Rhodani ripas, trans Ararisq; vada.
Atq; diu iuuenē per barbara regna sequutas
Pœnituit nostros deseruisse lares.
His igitur verbis reditum suasere poëta,
Vnaq; pro toto sic fuit orsa choro.
Chare puer virides superas qui laudibus annos,
Egregium Latij, Pieriumq; decus.
Accipe (nec noster pariat tibi tardia sermo)
Publica sacrati vota precessq; chorii.

nnn 5

Altius

BAPTISTÆ MANTVANI

Altius ordinur, quo res tibi cognita posſit
 Altius in mentem se insinuare tuam.
 Inter Parrhasios ignes & sydera Cancri
 Sunt locanec flammis, nec nimis vta gelu.
 Hic primum Phœbas, primum dea cognita Pallas,
 Primaq; sunt nostris sacrallata fociſ.
 Phœnices habitant, & Agenoris arua nepotes.
 Regalesq; Tyrus tingere docta togas.
 Hic populus primum nostras ostendimus artes.
 Primaq; de nostro gens ea fonte babit.
 Nomina syderibus primi numerosq; dedere,
 Qua Argolicos nautas, Sidonioſq; regunt.
 Solis iter norant, hyades & Gnosia signa,
 Nec dum Cœcropijs cognita Pallas erat.
 Serpere paulatim lento Sapientia passu
 Cœpit, & in Solymi setulit arua ſoli.
 Iuit in Assyrios, & qua cognomina tellus
 Quod sit fluminibus cincta duobus habet.
 Transiit ad Persas rbi regna antiqua magorum,
 Quod docuit nati ſtella Tonantis iter.
 Transiit ad campos Phœnix rbi cinnama carpit,
 Cum ſibi supremam nouit adesse diem.
 Illa colunt fulcias Arabes faelicibus arua,
 Quos dupli claudit Doris amara ſinu.
 Inde adiit Pharias rbes Memphitica regna,
 Tum primum Inachia vidimus ora dea.
 Tum primum Libya magni pars tertia mundi
 Cognita, & Ausonio gens inimica ſolo.

Inde

SYLVARVM, LIBER III.

280

Inde per Ionium peregrino remige recta
 Applicui fauſto Dorica tecta pede.
 Tunc datis Eurotas nobis, Cadmeaq; Dirce,
 Et fons quem volucris vngula fecit equi.
 Hinc Linus, hinc vates troiani carminis author,
 Hinc bibit Euripides, & tuus Ascra ſenex.
 Hinc alij quorum pulcherrima nomina Phœbus
 Iuſiſ ab aeterna posteritate coli.
 Venit in Ausonios Graio de littore fines,
 Limen ad Euandri, Romuleaſq; domos,
 Hoftis aduentu colles riſere Latini,
 Et capitolini templa ſuperba Dei.
 Non fuit his nobis vſquam iucundior oris
 Terra, nec in toto gratior orbe locus,
 Illic deposita requieuit Gorgone Pallas,
 Et dixit noſtra meta ſit iſta via.
 Non decet ad gelidum vſtigia ferre Bootem
 Qua steriles agros Parrhasis vrsa facit.
 Ut peius fruges hominum, ſic corpora Titan
 Digerit, & terra mens graue ſentit anus.
 Si ferat arma ſit rubiginis aſpera miles,
 Fiet inerſcubito, fiet inerſq; genu.
 Non bene digeflos ita mens infusa per artus
 Tarda ſit, & crudo pondere preſſa iacet.
 Sunt tamen & Gallis praſtantia corda, fatemur,
 Et feritas ſenti barbariesq; minor.
 Multa negant cœli, qua more parantur, & vſu,
 Et ſtudium contra sydera multa potest.

Amphi-

BAPTISTÆ MANTVANI
*Amphitryoniades odium lethale nouerca
 Vicit, & astrorum fortior igne fuit.
 Per Maria Aegides ad monstrabiformia venit,
 Illa dabant forti sydera fata viro.
 Menstamen Astrorum cæliq; potentior igne
 Restituit patrijs Theseal littoribus.
 Bobus ab Euxinis cum virgine venit & auro
 Aesonides fato durior ipse suo.
 Sæp' ratem contra flœbas, Boreamq; sonorum
 Impulsam valida vidimus ire manu.
 Fortis, & aſiduo virtus animoſ alabore
 Nescit agi fatis, Sydere nescit agi.
 Non igitur multis Gallos præcellere rebus
 Et laudem egregiam promeruisse nego.
 Est tamen Ausonia nobis gratissima tellus,
 Qua fluit ingenti lingua Latina vado.
 Sunt illic chordæ, sunt barbita, plectra, Lyraq;
 Armaq; Thœbœcæ cætera militiae.
 Tradidit Italia ſua munera quiq; deorum,
 Et fuit ad dandas ingeniosus opes.
 Iuppiter imperium docuit, ſceptrumq; tenere,
 Et premere æquali barbara colla iugo.
 Arma dedit Manors, galeas enſeq; coruſcos,
 Et cauſorato ſcuta ferenda ſinu.
 Addidit & latos humeros ceruicibus amplis,
 Aptaq; thoraci pectora squammifero.
 Per campos equitum turmas & nautica bella,
 Per fluuios docuit currere perq; fretum,*

Fronte

*Fronte graues Italos lingua incessuq; modeſtos
 Esſe facit lento falſifer igne Deus.
 Barbaricam ſtimulat rabies in bella cohortem,
 Itala consilium non furor arma mouet:
 Hic Deus agrorum cultus, artemq; ferendæ
 Vitis, & arboreas inſinuauit opes.
 Cynthius ad Musas animos inflexit Apollo,
 Et disciplina tradidit omne genus.
 Alma Venus populis urbes impleuit & agros,
 Sylvestresq; casas, aquoreasq; domos.
 Ut ſint qui current urbana negocia ciues,
 Qui ferat arma manu, qui colat arua boue.
 Fædera Mercurius docuit, legesq; feueras,
 Et dare clamori litigijq; modum.
 Tersa coloratis componere vocibus ora
 Erudit, & rafro callida verba ſale.
 Luna pudicitiam suasit, cæſtumq; ruborem,
 Ne furat ardescens & ſine lege Venus.
 Alma Ceres docuit fruges, quas ſemine iacto
 Decolor incurvo rufſicus enje metit.
 Vina dedit Bacchus, paſsimq; comantibus agris
 Vix graue ſuaram vinca portat onus.
 Quid genus arboreum referam? quid mitia poma?
 Quod dat inexhausto fertiliſ ſuaria ſolo.
 Sepibus Ausonijſ lauri naſcuntur, in aruis
 Spargit odoriferum myrrhea ſylvæ nemus.
 Et qua purpurea rutilant in cortice mala
 Punica, de Libyco per mare veſta ſolo.*

Quid

BAPTISTÆ MANTVANI

Quid memorem sicum biferam? quæ diuite ligna
 Mellifluous signit, nec flaresq; dapes?
 Palladij staceo quæ sit vindemia baccis,
 Et quantæ ex oleis accumulentur opes.
 Aplice Picenos colles, Samnitica rura,
 Appula, Campani littoris arua lege.
 Aplice Banacum, inga Tusca, Lygustica saxa.
 Profuit in latices Palladis omne nemus.
 Quid referam tristes succos quos barbaræ misit
 Media? quid roseis Persica malagenis?
 Et quæ maternos aurora pondere ramos
 Poma sagittifera missa Cydone grauant?
 Adde lacernatas corylos, & amygdala messe
 Nuncia, & hirsuto castaneas thalamo.
 Adiuce pinorum nemus, id easq; cypressos,
 Et secta in tabulas ligna abieagna leues.
 Quid tibi primitias fruges memorare necesse est
 De Cerasuneto poma vocata solo?
 Et quæ Pyrameo non sunt perfusa crux?
 Et quæ Tysbeo sanguine mora rubent?
 Atq; Damascena retinentia nomina terræ
 Pruna, salutiferum quæ medicamen habent?
 Plurima prætero, riguis quæ seruat in hortis
 Helleponiaci prouida cura Dei.
 Sunt saltus vbi mille greges pascentur equorum,
 Qua Sybaris calabro floruit alta solo.
 Qua; Tarentinas arces Spartana iuuentus
 Condidit, & pulchro tingitur amne Croton.

Sunt

SYLVARVM, LIBER III.

289

Sunt illic Dryades, agrestia numina Fauni
 Flaminios colles, & myliosq; colunt.
 Plusq; lupercales quam ludi Panalycæi
 Delectant, Itali Panam arua soli.
 Pallibus Ausonij habitat, non Menala curat,
 Non Pholoes agros parthenium re nemus.
 Nunc Athesis, nunc arua Padi, nunc lœta reuicit
 Pasca, quæ nitido Mintius amne rigat.
 Herbosos nuncum magno pecus agmine saltus
 Tondet, & innocuo iungitur agna boni.
 Hinc lane tenues, hinc grandi caseus orbe,
 Quiq; graui taurus vomere scindit humum.
 Mollia quæ soli carpabant vellera Seres,
 Nent Itali, & texunt, in tunicasq; suunt.
 Sunt Gelidi fontes, sunt flumina magna, lacusq;
 Altaq; piscois sunt vada gurgubus.
 Adde salutares vndas, quibus agra leuantur
 Corpora, cum Medicæ deficit artis opus.
 Cælestes adiunge faunos & nectareum mel,
 Quod vaga de florum vertice lambit apis.
 Adde quod argentum tellus, quod parturit aurum,
 Et graue quod ferri pondus & eris habet.
 Lata croci silco primis quæ fila pruinis
 Vimincis virgo colligit in calathis.
 Nulla tot egregias tellus complectitur vrbes,
 Nulla tot ardentes Maria corda viros.
 Qua gelidus Tanais, qua Bathyca labitur vnda
 Sollicitant Itali mercibus omne fretum.

Nusquam

BAPTISTAE MANTVANI

Nusquam calitibus maior reverentia, nusquam
Maiori colitur religione Deus.
Ip̄sa Dei proles Solymo sata sanguine Romam
Iura Sacerdotij ius sui habere sui.
Ilic esse quibus reseret, quibus aethera claudat
Instituit claves, imperiumq; dedit.
Roma sibi terras quondam subiecerat, at nunc
Aetheriasq; domos, Tanariosq; lacus.
Quare agebare puer gentis pete regna Latina,
Heroumq; solum, Semideumq; lares.
Te rogas ut redeas pater Ap̄cennius, & ipsa
Templa cypressifero qua gerit alta iugo.
Saxosoq; cadens summis ex aliib; amne
Clarus arenosis Rhenus harundinibus.
Te patrij proceres, te turba coana sodales,
Tetuata domus, tenua chara parens.
Magnatua statuunt patrie tibi premia patres,
Et vocat aduentus curia totatuos.
Sancta, venusta, ferax, cum diuite nobilis auro
In thalamos virgo crescit ituratuos.
Iam satis occiduas tecum lustrauimus vrbes,
Hesperiae est reduci terra petenda pede.
Ilic diuitijs & pulchra prolis honore,
Et fama veteres transgredieris auos.
Tecum erimus Musæ, tecum celeberrima viuet
Gloria, qua nostrum concomitatur iter.
Eja igitur cum manè rubens aurora resurget
Ausonia dextra regna petantur, aue.

DE

SYLVARVM, LIBER III.

289

DE BALNEIS P ORRECTANIS,
Carmen Panegyricon.

Hic ubi perspectant duo se iuga frontibus altis
Balnea Porrecta fama vetusta vocat.
Vallis in umbrosa medio per grandia saxa
In Rhenum tenui labitur amnis aqua.
Solis ad occasum mons est, mons solis ad ortum,
Et tepidos latices fundit vtrung; latus.
Montis ad occasum cuius magis ardua moles,
Cum pluit interdum fumat & ardet apex.
Huc veniunt agri quoties Asclepia morbo
Ars minor, & nullam fert medicamen opem.
Huc veniunt gelidi, quos nominat vnda Lemanni,
Qui mare Dalmaticum Chaoniumq; vident.
Quisq; Ararim Ligerimq; bibunt, quos irrigat Ister
Et Padus Alpinis multiplicatus aquis.
Et quos Ausonijs Siculi mare partit ab oris,
Et qui longinqui Cratidis arua tenent.
Campani, Tyrrheni, Vmbri, Picentia rura,
Samniaq; & pinguis terra Latina soli.
Qui iuga qui campos qui rura vrbesq; frequentant:
Qui rate Neptuni regna liquentis arant.
Vndiq; Porrecta sacrum concursus adamnem
Soltitio longos abbreviante dies.
Sydera littorei dum Soltinet ardua Cancri,
Et leo flammanti cum premit ore solum:

ooo

Carmi-

BAPTISTÆ MANTVANI

Carminibus resonant montes, Citharœdus Arion
 Orpheus Amphion per nemus omne canunt.
 Mane diem Phœbo vix dum spargente bibendum
 Fumantes cyathi sollicitantur aquæ.
 In rada cum nitro veniens & alumine sulfur
 Ardorem domita frigiditate facit.
 Porridge ventrosum calicem, crateribus hospes
 Grandibus ad vitæ pocula sancta veni.
 Guttura prælargo buccis tumentibus lauri,
 Salsaq; per fauces fluctuet vnda cauas.
 Torgite ados laticem, qui mox descendat in aluum,
 Et grauia audaci vase leuata manu.
 Flumina concursu celebrate salubria magno,
 Sed procul à vobis sit sopor atq; venus.
 Vade, redi, gressu profer vestigia lento,
 Et bibitos fontes euome, minge, caca.
 Ter bibe, & horarum facito interualla duarum
 Semper, & exili prandia ventre vora.
 Paucæ Ceres, flauo præcordia dilue Baccho,
 Et veruecis in hoc viscera fonte coque.
 Labitur in venas aqua, membra perambulat ægra,
 Corporeq; ex omni dira venena fugat.
 Restituit crudos, stomachoq; medetur inertis,
 Et ciet expulsa debilitate famem.
 Fertur & antiquum capitio sedare dolorem,
 Difficiles animas sanat, & asthma leuat.
 Labitur in renes, lapidemq; in renibus ortum
 Frangit, & rrinx vase viamq; lauat.

Facundas

SYLVARVM, LIBER III.

298

Facundat steriles vteros, sperataq; nunquam
 Pignora fert, tristes latificatq; nurus.
 singula quid referam? Rursum renouata iuuentus
 Vernat, & ex vultu ruga senilis abit.
 Extenuata prius facies impletur, & ardet
 Purpura in extensis sanguinolenta genis.
 Corda calent, vena saliunt, caua tempora surgunt
 Mens reddit ad primos exhilarata dies.
 Apænine pater qui diuidis Itala regna
 Verticeq; aereo cernis vtrung; fretum,
 Cum locuples ferri, cum sis ditissimus auri;
 Nil tamen hoc sacro flumine maius habes.
 Gignis opes varias, sed nil prestantius isto,
 Quod reparas homines in meliusq; refers.
 Dicite qua colitis montes & flumina Nymphæ:
 Quo Deus has patto significavit aquas?
 Dum precor, ex tenui qui præterlabitur amne
 Protinus est tali nympha loquuta sono.
 Bos confectus erat macie quasi fascina paſsus:
 Lentus, iners, recubans, nec iuga ferre valens.
 Hepar erat roſum blattis, erat vlcere pulmo
 Tabidus, agrotans asthmate vocis iter.
 Rusticus indulgens operis absoluit, & omne
 Nocte dieq; tulit per nemus ire vagum.
 Magdalena loco qua præsidet, ora bubulci
 Sumpsit, & hac lassum duxit in arua bouem.
 Ille sitim patiens fonti iam proximus vndam
 Hanxit, & in tepido proluit oravado.

000 2 Delectatus

BAPTISTAE MANTVANI

Delectatus aquis salsoq; liquore vagari
 Desijt, in viridi iam stabulatur humo.
 Pascitur ad ripas, in margine fluminis herbam
 Carpit, & à sacro nescit abire loco.
 Mensis erat, cum iam tergo reparatus obeso
 Diua eadem rursum facta bubulus adest.
 Atq; bouem vulsa nemorum de stipite virga
 Depulit ignota de regione domum.
 Nam locus ante fuit sylvis horrendus opacis,
 Nulla Dryas norat, nulla Napaea viam.
 Vallibus obscuris tellus abscondit a saltu
 In iuio, & hyberno semper adusta gelu.
 Vedit ut incolumem quem nec superesse putabat,
 Vix pecudem dominus credidit esse suam.
 Cunq; memor fontis taurus remcaret ad umbram
 Vallis, & ad Gelidi pascua nota soli,
 Rusticus insequitur vestigia nosse laborans,
 Quis tulerit casus, quod medicamen opem.
 Venit ad angustias fauces conuallis, & audit
 In glaream riuo defiliente sonum.
 Audit, & appropians nebulas ascendere cernit
 Ut solet ardenti cum tepet olla foco.
 Substirrit admirans, ut sulfur anaribus hausit,
 Accipit admota flumina lapsa manu.
 Agnitus ut calor est, alio nihil indice dixit
 Est opus, hi latices, hi medicamen habent.
 Iste latex medicamen habens decurrit in amnem,
 Inde salutares efficiuntur aquae.

Nec

S Y L V A R V M , LIBER III.

291

Nec mora, vulgatum vicina per oppida fontis
 Nomen, & ad sacras turba cucurrit aquas.
 Posteritas cipiens grates persoluere diuæ
 Struxit in excuto parua facella solo.
 Vi sic fata, sonum fundo dedit vnda sub imo.
 Nymphaq; prolatum traxit in antra caput.
 Ergo loci genio diuisq; habitantibus astra
 Annua solenni ponite sacra die.
 Magdalena loci genius, concurrите ad Aram
 Cum fuit ad Christi diua vocata thronum.
 Iulius ardebat, canis ignea iuncta Leoni
 Arentem flammis inficiebat humum.
 Ut fugias igitur discrimina fontis & astri,
 Protinus ad diuæ configiatur opem.

P R O P A C A T A I T A L I A P O S T
 bellum Ferrarensis ad Oliuerium
 Carafam Cardinalem Nea-
 politanum.

Minera, qui norint & sancta commoda pacis
 Sæna velint Stygio bella sepulta lacu.
 Triste quid est aliud bellū, quā missa per om-
 Publica tēpestas diluuiq; domos? (nes
 Bella necant homines, faciunt sine honoribus Aras,
 Urbis & agrorum depopulantur opes.
 Ab ~~pro~~ quisquis tam seu criminis author
 Extiit, & nostras misit ad arma manus,

000 3

Ferreus

BAPTISTÆ MANTVANI

Ferreus exultat bellis & sanguine Mauors,
Et ciet inuito bella tubasq; Deo.
Pax celeste bonum. Sacris altaria flammis,
Atq; tepeſcentes fufcitat igne focos.
Pax hominum genetrix. Pax eſt cuiſodia rerum.
Pax aperit iuris, iuſtitiaq; forū.
Gloria pace minor, minor eſt vicitoria pace:
Atq; aliiquid peius pacetriumphus habet.
Nulla quies homini, nulla eſt sine pace voluptas:
Nullus amor, nullum religionis opus.
Pax vrbes, pax regna ligat, pax congregat orbem:
Fiat vt ex multis vrribus vna domus.
Secula pax renouat, pax aurea tempora portat:
Et mores priſcae simplicitatis habet.
Ingenuæ redeunt artes, Academica florent
Ocia, Caſtalia ſollicitantur aque.
Pax facit innocuos saltus, nemorumq; receſbus.
Tutus it, & tutas aduena portat opes.
Pax Cererem campis, & mitem collibus vuam
Reddit, & armoſo diuidit arua boue.
Gramina pace virent, per pinguis pascua latum
Luxuriat multa fertilitate pecus.
Pax vehit aeras peregrina per aquora merces:
Et steriles ponti non ſinit eſſe vias.
Pax hilares mensas facit, & coniuia paſſim:
Et recreat molli triftia corda mero.
Pax aperit thalamos, hymeneaq; carmina cantat.
Excitat, & reſides non ſinit eſſe Lyras.

Pro gladijs

SYLVARVM, LIBER III.

292

Pro gladijs lauros habet, & pro caſide ſerta:
Et ſua palladia tempora fronte ligat.
Gefit, & ad Thyasos agili volat ardua saltus.
Et vocat ad festos agmina longa dies.
At tibi qui limen referas & claudis Olympi,
Retia qui Petri, nauiculamq; tenes:
Et tibi regali qui maieſtate per vrbes
Ausonia regnas, Parthenopenq; colis:
Sint faciles ſemper diui, ſint mitia vobis
Numina, qui paci contribuifit opeſ.
Viuite concordes tranquilla per ocia pacis:
Ducite faſiles mellifluosq; dies.
Et tibi ſacrata ſtam vefit cui purpura frontem:
Et cui pacificum nomen olinia dedit:
Iuppiter ad ſuperum faciat diſcumbere mensas:
Nectaris vt ſuccos, ambroſiamq; bibas.
Semper enim tibi pacis amor, tu ſoluere lites
Et genus humanum conciliare ſoles.

AD IO. CRESTONVM CARME-
litam, qui componuit Lexicon.i.
vocabularium græcum.

V Ade Caleſtani viſure cacumina montis.
Vade bono auſpicio, ſed meliore redi.
Et ſi monticulas Faunos, vel Pana ridebis:
Iſta velim referas nomine paucā meo.

000 4 Numinis

BAPTISTAE MANTVANI

Numina, que vanum nil iam nisi nomen habetis
 Turpis apud veteres, & grauis error auos,
 Dicite, nec nostro pigeat sermone teneri,
 Non faciet longam quiesco nostra moram.
 Romanus toto quondam dominantibus orbe
 Magna fuit diuina copia, magnus honos.
 Maximus excelsas habitabat Iuppiter arces,
 Et capitolinis sedibus altus erat.
 Certa dabant Phœbus populo responsa petenti,
 Inter honoratos stabant & ipse deos.
 Tu quoq; magnus eras Mauors, quia condidit urbem
 Natus adulterio frater vterq; tuo.
 Et Venus oceanis, iuuenum dea, cognita Marti,
 Ipsa pharetrati mater Amoris erat.
 Hanc olim Anchises propter Simoënta repertam
 Preßit, & Aeneam progenuisse ferunt.
 Pectora defendit qua Gorgonis ægide Pallas
 Magna inter magnum numina numen erat.
 Hac vt rumor erat cunctas inuenierat artes,
 Deq; Ioui sancto vertice nata fuit.
 Mercurium Maia genitum virgaq; potentem
 Somnifera fecit nescia turba Deum.
 Mulciber ætnae fulmen cudebat in antris,
 Actibereo formans que daret arma Ioui.
 Ibat magna Deum mater venerabile cincta
 Turribus aereis aggeribusq; caput.
 Maxima ponabant dirca munera Baccho,
 Hic Deiss eloquium lactitiamq; dabat.

Vestigia

SYLVARVM, LIBER III.

293

Vestigia perpetua gaudens erat inclita flamma
 Templa tenens ripis albula iuncta tuis.
 Pulchra per umbrosas venatum Cynthia sylvas
 Ibat agens celeres mollia castra deas.
 Pax pia Tybricola claudebat limina Iani
 Semper, at in bellis Ianus apertus erat.
 Diniso inter se proles Saturnia mundo
 Iura mari & terra calitibusq; dabant.
 Dicite, maiestas cur sit mutata Deorum?
 In superos quævis præualuisse potest?
 Plurima mortales nos ignorare fatemur,
 Ingenijs moles corporis ista nocet.
 Vos dý corporea mentes sine nube serena
 Omnia perspicuis cernitis hæc oculis.
 Terrigenas olim sublimia corpora fratres
 Fama est in superos arma tulisse Deos:
 Sed pater iniecit fulmine montes,
 Atq; rebellantes sustulit igne viros.
 Scilicet in cælum quim mens humana superbit,
 Semper in auctorem pœna repulsa cadit.
 Ob nimios ausus preciosaque furta Promethei,
 Humanum patitur non mala pauca genus.
 Nam quicunq; grauis mortalia corpora languor
 Vexat ab illius crimine pœna venit.
 Quanam igitur facinus tantum fuit ausa potestas?
 Roboris humani non fuit istud opus.
 Ense caret Mauors: Pallas non vtitur hasta,
 Nulla Lyra est Phœbo, fulmina nulla Ioui.

ooo 5

Sunt

BAPTISTÆ MANTVANI

Sunt aquata solo sublimia templa, nec extat
Qui pecudum Tusca consulat arte iecur.
In famem veteres quendam finxere Prapum,
Cui modò non aræ, non simulachra manent.
In guina subtato Deus hic monstrabat amictu,
Et risus turba prætereuntis erat.
Isida quis nescit? cui gens Memphitica tantos
Exhibuit cultus, desit esse dea.
Quanam igitur facinus tantum fuit ausa potestas?
Roboris humani non fuit istud opus.
Magnus ab æthereo Christus qui venit Olympo
Dicitur in vestrum præualuisse genus.
Istud opus soli dignum dare credimus illi:
Fecit enim summo plurima digna Deo.
Namq; malum diro tulit à serpente venenum,
Qui domini sanctas insciiebat oves.
Confixitq; suis tumidum Phitona sagittis
Pestiferam terris horribilemq; feram,
Nostra salutiferis firmavit peitora dittis
Errori statuens stultitiae modum.
Ipse tenebroso peperit noua lumina mundo,
Perq; nouum cœlos currere fecit iter.
Cautior ad pugnas, & fortior Hercule magno,
Terribilis iniuncta Tartara nigra manu.
Cerbereumq; suis disruptis vocibus antrum,
Et spolia à nigro traxit opima Deo.
Ille triumphato regna ad cœlestia Dite
Duxit honorandos à Stygiis amne patres.

Dc-

SYLVARVM, LIBER III.

294

Defunctos iterum ritam reuocauit in artus,
Bisq; homines fecit vivere, bisq; mori.
His igitur moti, qua virginis unica proles
Egit, & à nostris commemorantur auis:
Credere suademur vos numina viribus huius
Percita veloci terga dedisse fugæ.
Si fuit hic vestri dominor, procul ite sub orcum,
Ad stygias ardentes ite paludis aquas.
Indocilem falso quid nomine fallitis orbem?
Luditis ignaros, decipitisq; rudes.
Si tamen in nostras cadit ignorantia mentes
Atq; aliter se res quam meditemur habet:
Detegite errorem protato lumine nostrum,
Et date, ne tanta nocte premamur, opem.
Templare reponentur, surgent altaria rursum,
Et vetus extemplo restituetur honor.
Tarpio inueos mittet Meuania tauros,
Inferno dabitur victimæ nigra Ioui.
Sus Cerpi ardebit, caprum soluemus Iaccho,
Præbeat ut pleno dulcia musta lacu.
Munera erunt sua cuiq; Deo, cumulabimus aras,
Et tuba lucentes mugiet ante focos.
Dijs maris & terra dijs omnipotentis Olympi
Inflabit biforem tibia longa sonum.
Hec sunt illa quibus si qua sub rupe videbis
Deprecor ut veteres aggrediare Deos.
Et responsa (mei si qua est tibi cura) reportes,
Et super hoc veniens dulce poëma refer.

Ruru

BAPTISTÆ MANTVANI

Rura salutato, sata lata, nouisq; superbum
 Frondibus & cantu dulcisonante nemus.
 Vitiferos colles, fucus, oleasq; Jaluta,
 Et redolens tergo multicolore solum.
 Mox cum mane rubens tenebras aurora fugari,
 Excute ab ignauo sedula membra thoro.
 Tunc per rura sonos vigilans instaurat Achantis,
 Et modulans alnum gaudet adesse diem:
 Concitus areolas rigui prædaberis porti,
 Et viridem gelidi gramine veris humum.
 Carperena scens fruticantia graminamentha,
 Serpilliq; nouas luxuriantia opes:
 Abrotani, absinthiis comas, marathbiq; capillos,
 Ocytas, sampfucum, pullegiumq; leges.
 Frange rosas duris defenso à jentibus vngue,
 Et plecte artifici rosida ferta manu.
 Vade Calestani visure cacumina montis,
 Vade bono auspicio, sed meliore redi.

A D IACOBVM CARPHORVM

Machiauellum Ferrariensem, qui dederat

Legenda opuscula Basinij Par-
 mensis.

Accipe quem nobis dederas Iacobe libellum,
 Accipediuini nobile vatis opus.
 Vertice me clamat pater Apenninus ab alto,
 Me iuga, me fontes, palladiumq; nemus.

Falsi-

S Y L V A R V M, LIBER III.

295

Falsidicus crebris me nauit a vocibus vrget,
 Et vocat aduentus nauis itura meos.
 Supplicat accelerem placido Padus equore gressum,
 Tuq; procul fusa Rhene palustris aqua.
 Auferor, atq; tuos vultus Iacobem relinquo,
 Et peto Felsinei pingua rura soli.
 Displacet, à charo quoniam disiungor amico,
 Qui mihi curarum dulce leuamen eras.
 Et placet, egregiam quia nauerelabor ad vrbem,
 Qua mibi dat votis sydera fausta meis.
 Tu mibi Ferrariae magnes, mibi Felsina magnes,
 Ast ego confitens inter vtrumq; chalybs.
 Vnde tibi meritas possum persoluere grates
 Non habeo, superi præmia digna ferant.
 Tu mibidas tristes minuant qua carmina curas,
 Carmina de sacri fontibus hausta chori.
 Tu mibi delicias, tu dulcia dona dedisti,
 Dona quibus poterant non meliora dari.
 Tu Iouis & superum coniuicia, tu mibi donas
 Cum Meleagro somnia matris apro.
 Tu mibi magnanimi faustos ostendis amores
 Principis, & vacuos non finis ire dies.
 Intermissadiu sopitaq; carmina surgant
 Efficis, & residem non sinis esse lyram.
 Pieridum memorem tu me facis esse sororum,
 Oblitasq; diu visere cogis aquas.
 Et quia iam exueram temploq; affixa dicaram
 Tanta cui cura est, induar arma facio.

Ante

BAPTISTÆ MANTVANI

Ante quidem tibi me multum debere videbam,
Et meus extingui non potui set amor:
Sed modo plus longe solito mea singula, meq;
Efficiunt iuris munera tanta tui.
Tu potes ad niucam solus me quittere Leucen,
Euxino Leucen qua procul orbe latet.
Herculeas ultra Gadeas, si iusseras, ibos,
Si cupis aoi Memnonis arua petam.
Ipse labor fiet requies, dolor ipse voluptas,
Quando tibi factum dixeris esse satis.
Sive egocaucasas rupes seu caspia claustra,
Sive colam steriles Arctophylactis agros.
Sive meos vultus teneat longinquus Hydaspes,
Sive Tagus fuluis imuidiosus aquis
Seu ferar ad Boream, pluuium seu mittar ad Austrum,
Sive per Aethiopas, sive per Hesperios:
Pectore sub nostro semper tua viuet imago,
Nec potero moriens immemor esse tui.
Et si sunt aliquid manes, vt credimus, & sunt,
Est immortalis iste futurus amor.
Tu modo sic aques sanctum non segnis amorem,
Atq; duos homines spiritus unus agat.
Viue memor nostri longos feliciter annos,
Post obitus videoas regna beata, Vale.

SYLVARVM, LIBER IIII.

296

AD ELIAM CAPREOLVM, ET
Ioannem Ruatum ciues Brixenses de Ste-
phano Vossonio Bænacensi, Car-
men ex tempore.

A Ccola Benaci Stephanus Vossonia proles
Omnia qua felix vita requirit, habet.
Ingenium solers, patientia membralaborum,
Eximum præsca nobilitate genus.
Indolis egregia sobolem de coniuge sancta,
Et bene compositam morigeramq; domum.
Pradia vbi Libyæ segetes, vbi gnoſia vina,
Pinguis vbi omnigena fruge redundat ager.
Gazagrum veteres ideo dixere coloni,
Gaza quod in tali nascitur omnis agro.
Vita viro simplex, qualis fuit ante recessum
Erigones, qualis floruit ante Iouem.
Hospitibus laetus, parcus sibi, largus amicis,
Quæ superant pietas sola gubernat opes.
Cælicolas & templa colit, veneratur, adorat,
Nullus abit vacuus relligione dies.
Libera mens vitijs symtera in pate quiescit,
Nec satagit curioſ sollicitata malis.
Castalides horinæ Nymphae comitantur, & inter
Pierios habitat nocte dieq; choros.

Mille

BAPTISTAE MANTVANI

Mille sonos audit, numeros intelligit omnes,
Sive heroa tonet, sive elegia fleat.
Fruges Apollinea plena est domus, atria, & ipsa
Area qua domui proxima, carmen olenit.
Scilicet hic illo felicior Arcade, quem vox
Delphica felicem testificata fuit.
Ergo inter vestros illum consciscere ciues
Et donare hominem vos decet urbe pium.
Indocrem vobis fore frustra creditis, omni
Tempore qui Musis militat atq; Deo.

BAPTISTAE MAN-
TVANI CARMELI-
TAE THEO-
logi,

SYLVARVM, LIB. IIII.

AD IAFREDVM CAROLVM DELPHI-
natus Præsidem, & Mediolani Vicecan-
cellarium.



Agne Gubernator duplicitis Iafrede se-
natus

Typhis in hoc tanto vel Palinuri
fretu,

Si

S Y L V A R V M , L I B E R I I I I .

297

Si tam grandemeos onus hoc conuoluis in armos,
Et vis ut reges regnaf; tanta canam:
Pareo, sed tanto ne sim temerarius ausu,
Te vires, opus est ingeniumq; dare.
Fer mihi suspicias, ne mens vbi tendere in altum
Cæperit, in terras cum Phaethon teruat.
Quod tulerit Phaethon sine vi, sine Numine currus,
Decidit in liquidas præcipitatus aquas.
Icaron, audaci dum permeat aëra currus,
Fama est incæpsæ pœnituisse via.
Non eget istud iter cymbis, sed nauibus altis,
Aequora & vndantes que patiantur aquas.
Fac quoq; ne si qua est, mea su mibi noxia virtus;
Dum subeo leges imperiumq; tuum.
Neu male constructi subter gurgustia claustris
Langueret hyberno me patiare gelu.
Hic Boreas noctu rimas vestigat hiantes,
Et scythica ingentes congelat aura cados.
His ego sub laribus patior Rhodopeia semper
Frigora, Bistonias, Sarmaticasq; niues.
Vidi ego nocturni per mille foramina tecti
Signiferi flamas, Parrhasiumq; polum.
Hos hyemis mores malefert infirma senectus,
Præsertim in laceris pauperibusq; casis.
Metu iam nostris igitur clementia terris
Reddat, & in patrias me sinat ire domos.
Corpoore descendens tibi corq; animumq; relinquo:
Quod veniam, pignus do tibi grande fidem.

ppp

PRO

BAPTISTAE MANTVANI
PRO MARIO OLIVETANO
ad Ptolemæum fra-
trem.

Accusant aliqui Marium Ptolemæe, quod olim
Dum iuuenis Romæ florentes degeret annos
Laſciuum ediderit laſa grauitate libellum.
Non est officij venerem defendere nostri,
Et prabere malis infamem moribus ansam,
Sed magis insectari odij capitalibus omne
Quod probitas condemnat opus, quia sancta professus
Dogmata, & incanus Christi Mariaque sacerdos,
Vivere mente, manu, debet sincerus & ore.
Attamen ingenium quoties iuuenile renoluo
Natura in virtutum primum, rude, labile, cogor
Indulgere magis, minus excandescere, quando
Forte aliquod scelus ista recens commiserit atas.
Impatiens etenim frenicolor ille iuuentam
Principitat, sensusque nouo innata voluptas
Alligat affectum spirans in corda potentem.
Impetus hinc oritur, rapidi qui turbinis instar
Imperium mentis, legumque repagula frangit.
Nec fugit hec rabies morumque acerrima pestis
Ut nix verna, fugax ut ros, ubi tangitur orto
Sole, sed affixis animo radicibus hæret.
Atq. reluctat nr valide extirpare volenti,
Ut sapor austerus, grauis, immaturus, acerbaz
Qui insequitur fruges, nisi succedente dierum

Curri-

SYLVARVM, LIBER IIII. 298

Curriculo, non vi, non arte repellitur villa.
Ut malus ex agris habitus non tollitur vno
Agricola sudore, sed est inuertere glebas
Sepropus, & multo feritas vincenda labore,
Sic natura ferox, adolescentumque libido
Non subito, quamvis totas industria vires
Conferat, inflitti poterit, venientibus annis
Vincitur, & celo labens domat omnia tempus.
Id licet ex nobis perdiscre, se legat ipsum
Quilibet, & prisci casus interroget cui.
Quis furor Hamonem rapuit, genitore creatum
Fatidico Hamonem? tanto qui criminere regiam
Est ausus fædere domum, conuertere fratres
In furias, & vi raptam incestare sororem?
Quia in Salomone Venus? quæve in Samsone Megera?
Quis sanctum David error, cum factus adulter
Atq. homicida, tulit, quantis miserignibus arsit?
Quid Polemon? magnusque Plato? quid gloria gentis
Nostra Paulus adhuc sbarso lugine mento
Non est ausus? Aper minus impetuosus in hostem
Cum fremit, & torua ruit in venabula fronte.
His igitur stimulis quoties agitata iuuentus
Fulgurat, & rationebulis abscondita languet,
Et si plectendum scelus est, ne infraxa voluptas
Obstipa ceruice ingum contemnere discat,
Est tamen humano minus à censore premenda.
At matura atas & circumspecta senectus
Quo ritiorum astu febris minus, improba forsitan

ppp 2

si

BAPTISTAE MANTVANI

Si fuerit tanto est maieri obnoxia pena.
Indomita Marius patiens incendia vita
Difficiles quondam salebras incurrit, et arsit
Impatienter, opus flagrans furor expulit illud,
Erbna velut fundo flammas eructat ab alto.
Ludere Ariippum voluit: Cynicumq; Epicurum
Corruptus sermone magis quam moribus: at nunc
Postquam solstitij grauis ille effebuit ardor,
Mitius agrotans pusoq; serenor imbre
Templa Deum, superos colit, inclinatur ad aras
Accusans corda ita manu, res testibus ipsa
Non eget, et totum viuit me iudice Christum.
Legimus illius de religione libellum
Multæ fruge grauem, natos ab origine ritus
Subiectentem oculis, per regna externa vagantem.
Per populos omnes, per sacra antiqua Deorum.
Et demum nostras, velut ad tutissima quedam
Littora tranquillosq; sinus se ficit ad aras
Vociferans Christum pleno ore, Deumq; triformem:
Ut fuit insanis iuuenit seftatus amores,
Sic vir (vt atatem decet) ad magis alta leuauit
Ingenium studia, et tetricas examinat artes,
Quas Stoa pacilijs inuenit picta figuris.
Et quas ore brevis sensu longissimus amplio
Traxit Aristoteles veterum de indagine patrum.
Quas etiam sacra concors Academia legi
Protulit, et grauibus sensu hæc altissima chartis
Concilians lingue decorat splendore Latina.

Talem

SYLVARVM, LIBER IIII.

299

Talem igitur ne forte virum petulantia lapsi
Temporis, aut cœci vasa licentia amoris
Sic premat, ut metuas veteri conuinere amico,
Hac ego tecur, atq; hoc errore leuandum
Censui, et innocuae volui subscribere vita.

EIVSDEM EPITHALAMIVM IN nuptijs Ptolomæi fratri, & Dorotheæ Valentis.

Exultemus, adest longum expectata voluptas,
Et votis operata dies, latatur Olympus
Omnis, et expulsa caelum caligine parcit
Imbris, arrident terreno sydera mundo
Omnia, et in terris aliiquid latabili cernunt.
Aemula fraternalis radis argentea luna
Gestit, et acclivis conuerso leniter orbe
Quo defertur, agit bigas et lora deorsum.
Tangere iam montes, et iam lapsura videtur
Endyvione aliiquid magis exoptabile natu.
Qui modò trans Indos, et trans Garamantica regna
Sol urgebat equos, versoiam concitus axe
Nos petit, et plures lucem producit in horas,
Ac noua tam nitido pretendit gaudia vultu.
Et quanquam modò regnet hyems, qua soluere ab arcto
Acre gelu solet, et niibus abscondere montes,
Et campos sepelire, tamen clementia quadam
Verna fouet terras, glacies vix asperat amnes

ppp 3

Sar-

BAPTISTÆ MANTVANI

Sarmaticos: Rhodope vix frigora sentit & Aemus
 Thracius, in pontum Tanais curse exit aperto,
 Arua virent, clementa silent, atq; ocia ducunt.
 Aëra non vexat Boreas, nihil aquora clamant.
 Incubat Halcyone clausis turrisima ventis,
 Vxorem duxit Ptolemaeus, & omne tanto
 Omnia significant felix faustumq; futurum.
 Exultemus, adeſt longum expectata voluptas,
 Et votis optata dies. Hymenæe coronis
 Cinge caput, vireant redolenti tempora myro.
 Et properans ad festa veni. Te lata iuuentus
 Iam choreas initura vocat, duc organa tecum,
 Duc citbaras, præeunte moue tibiue gressum.
 Saltent ad numerum comites: Thyasosq; frequentent.
 Exultemus, adeſt longum expectata voluptas,
 Et votis optata dies, altaria flammis
 Incipiant lucere nonis, aulæa ministri
 Per de'ubra ligent, tepeant ardoribus ara
 Vndeq; thuricremis, & cingite limina fronde.
 Importate Tymum, croceoq; inspargite rore
 Sacra paumenta, & redolens humus balet amomum.
 Hic nihil est quod sit diuis graue, non vetat ista
 Gaudia religio, res consentanea magno
 Ita Deo, sine qua rerum natura periret,
 Et paucis hominum genis e... anesceret annis.
 Connubium diuinum opus est, contemnere certe
 Grande nefas, quod tam præstans absolverit author:
 Ut terrarum orbem stellanti inclusit Olympos,

Atq;

SYLVARVM, LIBER IIII.

300

Atq; nouum terris hominem prafecit & vndis,
 Quo series aeterna foret, connubia campis
 Fecit in Elysij, sexumq; adscivit vtrungq;
 In coitum pater ipse suo solenniter ore.
 Ista propagandis fecit medicamina rebus,
 Hinc homines, hinc heroes, hinc semideum gens,
 Et qui regna tenent magni cælestia diui
 Indigetes, tutellares sanctiq; penates.
 Nam neq; quod fixit quorundam inscribas, Cecrops
 Connubium primus statuit, nec fronte biformali
 Est ideo, Deus, ipse Deus connubia fecit.

Exultemus, adeſt longum expectata voluptas
 Et votis optata dies, properate sorores
 Gratia ab Orchomeno, tu primum Aglaia decoro
 Latitiam præ ore ferens, tecumq; Thalæa
 Cincta sacrum viridi strophio caput: Euphrosyneq;
 Lata genas, lata os roseum vagâ lumina lata.
 Dorothœam tu diuina refers, sic ita venusto
 Splendicat asperitu, furata Cupidinis arcum
 Atq; faciem ferit, incendit sporumq; triumphat.
 Ogermane igni potis es ne obſistere ianto?
 Subtrahete pugne, blanda præcordia flammæ
 Corripient, tanto nec erit modus ullus amoris.
 Tantus amor vitium, ratione potentior aufert
 Iudicium, memor Alcida compescit furorem.
 Nec perge inſidijs arcem expugnare, nec armis
 Ante diem, tali tibi nulla licentia furto.
 Nil sperare potes, legem patiare necesse est.

ppp 4

Sancta

BAPTISTAE MANTVANE

Sancta parens nata cūflos acerrima clausit
 Omnem aditum Veneri, frustra conabere, mater
 Dotla pudicitiam nata incubat, atq; obit Argum.
 Nec tamen est sponsa tua forma innoxia, vultus
 Sentit & ipsa tuos, & cæco vulnere languet.
 At virgo est, animum cohabet pudor, & minus audet.
 Simplicibus paucorū est custodia magna puellis.
 Lata dies aderit, patientius vrere, tempus
 Proximat, interea legem patiare necesse est.
 Parua futura mora est, hoc expectare mereri est,
 Et facit, ut nequeat res expectata negari.
 Exultemus, adeſt longum sperata voluptas,
 Et votis optata dies. Accurrite Nympha
 Pierides, nimio dum languet amore, clienti,
 Qui bene de robis meritus, succurrите, dignus
 Vestra ope est, sacri non est nouus accola fontis:
 Scitis enim quantam teneris impendit ab annis
 Vestro operam studio, quantum profecerit inter
 Aōnios montes & valles Aganipas.
 Dicite in his tantis clauis ne deserat vndis,
 Vitet Abydeni iumentis miserabile fatum,
 Et veniat spectata vijs ad gaudia sanctis,
 Improbitas odiosa Deo est, sine lege voluptas
 Est scelus, & natura hominum contraria labes,
 Cœlestem in nobis deformatura figuram.
 Coniugis in gremium nunquam petulanter & asta
 Nequitie fas est descendere, frana furori
 Ponat, honestatem veneri memor anteferendam.

Prolis

S Y L V A R V M, LIBER IIII;

304

prolis amor sexus & non lasciuia iungat.
 Sic poterit longos soboles euadere in annos.
 Exultemus, adeſt longum expectata voluptas,
 Et votis optata dies, proferte ministra
 Ornamenta domus, pītis & tapeſib; aulas
 Sternite, & historias veteres appendite circum
 Atria per thalamos, confundite cinnima nardo,
 Aßyrijs Styracem calamis, opobalsama Cypro,
 Quicquid odoratum vendit peregrina Damascus
 Frangite, titillent omnes sua gaudia sensus.
 Sericea promantur opes, quas Pamphila fertur
 Inuenisse, fluat circum laetitia membra
 Instita Sidonium que bis potauerit imbre.
 Primus vt in varios flores seſe induit annus,
 Sic ornanda togis melior melioribus atas.
 Annus enim docet ornatus, ver purpurat agros
 Luxuriose, estas minus est lasciuia, decorem
 Incipit Autumnus deponere, Bruma senilem
 Contrahit aspectum, piceoꝝ operitur amictu.
 Sic rerum natura parens documenta ministrat
 Omnia, vult operum nobis exempla suorum
 Esse rudimentum vita legis & ferenda.
 Pendeat ergo humeris vjꝝ ad vestigia lato
 Orbe pedes fugiens, auro aspera & ignea cocco
 Lanā decus nuribus quod misit Iberia nostris.
 Corrigat auricomum caput intra retia mater
 Aurea diuitijs rubri baccata profundi,
 Pendeat à iugulo, iugulo quod eburnea vincit

PPP 5

Signas

BAPTISTÆ MANTVANI

Signa lapis seuros, qui sub Cythereide concha
Vnicus est semper straxitq; vocabula ab uno.
Pendeat, & fulvo demissus ad vbera filo
Quando inter matres incedit ad orgia Virgo,
Gaudet alterno pectus contingere plausu.
Præmia seruando sunt hec donanda pudori.
Hac emitur mercede fides, amor arribus istis
Incrementa capit, duo corda feruntur in vnum,
Quod pietas eterna liget, nullo ante sepulchrum
Dissoluenda molo Deus hec consortia fecit.
Exultemus, adeſt longum expectata voluptas,
Et rota optata dies. Pulcherrima certe
Copula, qua claras eterna in fædera gentes
Contrahit inspirans vnam in tot pectora mentem,
Vnum animum, sensumq; vnum. Memorare parentes
Virginis atq; viri res congrua, collaboringens,
Et maior quidam nostræ ausint assumere vires.
Fastamen est utrinq; aliquid decerpere cursim.

Mantua Dorotheam genuit, pater illius ortus
Classibus è primi generosa à stirpe Valentum
Primatum de sorte fuit. Domus ista superbis
Inclita maiorum titulis, rerum inclita grandi
Copia, & immensis opibus, latissima campis.
Predia frugiferis nequeunt iuga scindere centum.
Semiferas pecudes que pinguis pasqua tondent
Non numerat pastor, Dominis incognita summa est.
Materab armigera demissa pro pagine Parmae
Hinc Bravios habent, inde Lupos, infirmate fulgent

Ora

SYLVARVM, LIBER IIII.

302

Oravirum magnos vultu referentia reges.
Vtraq; bellipotens soboles, & idonea Marti,
Vtraq; maiorum superant monumenta per verbæ
Ausonias, vbi cum fremerent crudelia quondam
Bella, virum validis virtus inclaruit actis,
Vrbs fuit antiquo Sora cognomine Volscis
Soranis genus vnde Lupis sic regia proles
Quatenut Soram dicta est, hos expulit illinc
Barbara gens Libyco que quondam erupit ab austro
Campanosq; graui pressit ditione penates,
Et Calabros vſq; ad Siculæ confinias terræ.
Fata Lupi errando passi inconstantia, tandem
Parmensi sedere solo, fuit hospita Parma
Longo actis errore viris, Sorania testis
Castellum quod adhuc supereſt de nomine Sora
Nomen habens, vbi parua tenent, sed ditia regna.
Hec super illustri Nymphe recitamus ortu.
Nunc Ptolemæe tua gentis fastigia tangam
Atq; mea, genus est nobis commune duobus.
Strenuus & rigidus gaudens Antonius armis
(Hinc satis ordiri est, ne longa ambage feramur)
Venit ab Hesperia magnis cum heroibus. Ipse
Namq; erat Alfonso regi cum in regna veniret
Parthenopæa, comes, comes indiujus, & inter
Bella latus regis tegere ac munire solebat.
Rex iter aduersum passus Genuensis armis
Præda fuit, captus cum rege Antonius armis
Magnanimos proceres (sic illum fata tulerunt.)

Venit

BAPTISTAE MANTVANI

Venit ad Insubres, & tanti magna triumphi
 Pars fuit. Insubrum Domino fortuna Philippo
 Sic blandita, quid est multis opus? omnia verit,
 Quicquid id est, cui dant homines cognomina sortis,
 Fortunamque vocant, & re dominatur in omni.
 In sua regna abiit rex libertate potitus.
 Ad Ducas ascitus magno are Antonius arma
 Floruit extemplo, longe lateque per omnes
 Insubrum Lygurumque urbes sua nomina mittens.
 Aequiparabat enim facunda Nestor a lingua,
 Hectora vi. Laartiadem prudentia & astu.
 Ipse igitur dicens senas in pralia turmas.
 Ibat per Venetos, Cenomana per oppida victor.
 Bethucus hic fuerat, ciuis tibi Corduba, vatum
 Corduba multorum mater celeberrima, ab ipso
 Petrus, & a Petro venit Ptolemaeus, & ampla
 Nostra domus pollens numero fratum atque sororum.
 Hac de patre satis, superest materna propago,
 Clara opibus, clara ingenij, clara ausibus altis.
 Neue per ambages fluat insinuatio longas,
 Brixia progeniem longo iam tempore Maiam
 Nouit, & austriq; eius feliciter aucta est
 Publicares fuit ex Mijs qui moenia quondam
 Restituit tua iam senio labentia longo
 Brixia, qui proprijs argentea flumina duxit
 Sumpibus, & riguos misit per compita fontes.
 Iste idem meritis decus exposcentibus illud,
 Venerit ad imperium patria, populoque volente

S Y L V A R V M, LIBER IIII.

303

Et princeps & pastor erat, nec iustius alter
 Ante gubernauit, nec post sua tempora rector.
 Nec restest caret, veteri certissima fama
 Magna fidem faciunt illam monumenta per urbem
 Visi istis paulo ante oculis, quid tanta moramur?
 Hic quoq; maiorem patria meditatus ad usum
 Grande opus, exhaustus vitrei vasa lucida Clesis,
 Atque nouis fluij partem decurrere ripis
 Fecit, ut inuictas saliens ferat alueus ornos,
 Et sola currentes potent sitientia riuos.
 Hec est Maia domus pollens propagine tanta
 Tot claris ornata viris. Constantia mater
 Hinc Germane tibi nuribus praedita pudicis.
 Haec tenus ista super domuum paritate diuarum.
 Exultemus, adest longum expectata voluptas.
 Et votis optata dies, cunabula fert
 Picta Nur, scuta ex citroniue ore Elephanto.
 Tempora textrices Nymphae perdite, bissim
 Pettite, qua paruo faciat preciosia cubili
 Stragula, & infanti tepidaria vase lauando
 Quarite. Iam pridem inbet huc Lucina parari.
 Hec est terra ferax, concepto semine multa
 Frugeredundabit, Domino impletura quotannis
 Horrea tam pinguis, stantaq; vligine lata est.
 Tam vigil ad tenera cultum telluris arator.
 Iam nutrice opus est, cui plurima murmure dulci
 Nenia, qua placidum sciatis incantare soporem,
 Et cui sint mammis lactentia pectora plenis.

Fiat

BAPTISTAE MANTVANI

Fiat Alexicacon, teneros ne fascinet artus
Noxia Strix. Date ceruicem coralia circum
Ter cruce signantes, & baccare cingite cunas.

Exultemus, adest longum expectata voluptas,
Et votis optata dies. Hymenae venito
Ocyus, ante fores iam pronuba, iam par nymphus,
Atq; alacres Nympha, platoꝝ Thalassius ore.
Iam sua differri sponsus solatia dudum
Atq; trahi in longum queritur sua gaudia, iusta est
Ista querela, Padus pleno premit aquore ripas
Vndiq; nec tantam vndarum vim sustinet agger.
Iandudum positis fumanit conuua mensis.
In greedere, ad plenos tempus discumbere discos.
Omnia letitiam resonent, natura ingali
Instauranda thoro nobis noua gaudia mandat.
In greedere, hic omnes Genio indulgere paramus
Quando optata dies, quando expectata voluptas
Venit, & ingressa est ricto ratis aquore portum.
Altera latandi de munere Principis orta
Causa meas subito volat (exultemus) ad aures.
Dicitur (O pietas indulgentissima) princeps
Te magno decorasse sua cognomine gentis.
Quid donarat opes (O magnificentia nunquam
Admiranda satis) qui te illustrauerat auro,
Coniuge qui tali felicem fecerat, ipse
Tel generis splendore sui radiauit, & isto
Induis heroem quasi transformatus honore.
Nil magno satia est animo, cum magna dedisset,

Magna

S Y L V A R V M , LIBER IIII.

364

Magna suum quia non equabant munera amorem,
Adiecit maiora, etiam maiora daturus
Si fortuna finat. Te clementissimus emit
Tot meritis princeps, te q; in sua viscera traxit
Coniuge, diuinitis, fortuna & honoribus autum.
Te decet aeterno grates persoluere Patri.

IN BAPTISTAM FERAM ME-

dicum ægrotantem locus.

C Vm febris medicum ruri vidisset agentem
Frenduit, & toruas sic ait ad comites:
Hic est qui toties nos exturbauit ab urbe
De procerum thalamis, de mulierum adytis.
Cogitat hinc etiam nos exturbare. Quid ergo
Contra has insidias consilijs capimus?
I Quartana, tuis splenem confige sagittis,
Ut citò per venas frigidus humor eat.
Paret, & in vulnus telum fugit, ille relinquens
Rus, redit, & lepto languidus ecce iacet.
Pharmacæ concursum facite, & Clysteria fertis,
Ut per posticum querqua febris eat.

EIVSDEM AENIGMA DE AN-

THONIO & VIOLANTHA.

D A mihi præcipuos flores. Rosa murice multo
Ebria, Narcissus, candentia lilia. Sed si
Producas Violam, caudaq; accesserit Anthonas,

Flos

BAPTISTAE MANTVANI

Flos mihi primus erit, verum quia dissonat Anthos,
Neutraq[ue] vox, finis mutetur, & exeat in thā,
Fæminaq[ue] euadat, florum regina resultat
Delicias redolens Graias simul atq[ue] Latinas.
Dic Violam græcē, mutataq[ue] synthesis Anthos
Praferat, & fiat N[ost]rō dōrica littera sigma.
Nascitur Antho[n] Ion, sensumq[ue] reseruat eundem,
Transpositissim in idem redeunt mas fœmina verbis.
Copula que melior, quām que cognata reducit
In coitum? faucent euentu fata secundo
Et Venus, & Iuno thalamis p[ro]fecta maritis.

DE ANNALIBVS AD HELIAM
Capreolum Brixiensem.

Si semel elapsum non est reuocabi' etempus,
Quis tulit huc veteres prateriosq[ue] dies?
Hic sua iam senior videt incunabula & ortum
Brixia, & hic simul est, parvula, adulta, senex.
Capreoli Heliā potuit facundia tantum,
Sic patria pietas ingeniosa sua est.
Aesonā restituit Medea potentiibus herbis,
Et grauis est medica pulsa senecta manu.
Plus dedit Helias, eum simul omne coëgit,
Et senij rugas sustulit atq[ue] necem.
Immortalis enim (dicendi copia tanit est.)
Tota à Capreolo Brixia facta suo est.
Debuit ut patria ciuis, sic patria & ipsi,
A quo habet hoc ingens perpetuumq[ue] decus.

Vine

LIBER III.

305

Vine liber, vīnat tecum tua Brixia, & author
Dignus ab æterna posteritate legi.

EIVSDEM APOLOGVS AD
Iaffredum Carolum.

Forte coxantem Neptunus ab æquore ranam
Audit in stagni gurgite littorei.
Tam graue miratus murmur Tritone vocato
Limnocharim celeri iussit adesse gradu.
Illa natans pelago salsa ut sorbit vndas
Facta est amissō muta repente sono.
Iussa coxatu regem oblectare profundi,
Talia vix agro gutture verba dedit.
Nostrum est ad iuncos, non hic, cantare lacustress.

Nos iuuat insulsi lympha quieta vadi.

Vos opus est rerum vires aduertere diui,
Vertere naturas est violare Iouem.

APOLOGVS ALTER

ad eundem.

Rūsticus ex malo dulcissima poma legebat,
Vnde dare urbano sola solebat hero:
Ast herus ille est us frugum dulcedine, malum
Transtulit in laribus proxima rura suis.
At quia malus erat senior, translata repente
Aruit, & proles cum genitrice obiit.
Heu male transfertur senio cum induruit arbors.
Inquit herus, fuerat carpere poma satis.
Qui nimium cupiunt atque inconcessa sequuntur
Despiunt, cobibet qui sua vota sapit,

qqq

DE

SYLVARVM
DE SANCTITATE IEIVNII QVA-

dragesimalis Elegia.

IAm cineres adsunt: adsunt ieiunia verni
Temporis, & madidis flens metanda genis.
Nunc opus est comites sensum cohibere fluentem,
Atque bonos mores, iustitiamque sequi.
Hattenus oppressa clausim ratione voluptas
Rexit, & ad Stygias ire coegit aquas.
Nos dedit in praedam dominis crudelibus Orcis
Vendidit inferno pectora nostra Ioui.
Hac duce nos oolidis Larue infixere cloacis,
Et sibi nos dirae prostituere canes.
Illusere malae nobis obscenius Vmbrae,
Bacchus, & ad fraudes ingeniosa Venus.
Et Genius pingui gradiens distentus omaso:
Cui comes est omnis desidis aula gula:
Ebrietas, sopor, ingluies, petulantia, risus,
Scurrilitas, nugae, desidiosae quies.
Hinc genus accept mollis lascivia, vultus
Blandula, Circæis infidiosa dolis.
Hæc tenuit sceptrum, postquam Titanius axis
Applicuit Cephei frigida regna senis.
Sed mirum est, animos quando facit ille seueros,
Cur leuitas isto tempore tanta potest.
Nec tamen id mirum: seruant qui sidera, tradunt
Hinc etiam Birias nascier, atque Danos.
Nunc opus est comites sensum cohibere fluentem,
Atque bonos mores, iustitiamque sequi

Mille

LIBER. IIII.

Mille modis talcum rapuit lascivia, & aures:
Linguam mille modis, lumina mille modis,
Quid nisi lascivium resonant spectacula noctis,
Comicaque in mores fabula nata piros?
Quid moduli dulces? quid personata iuuentus?
Quid lyra? quid Phrygo tibia blanda sonos?
Mimorumque greges mixta lurconibus, inter
Spumantes pateras, viscera asque dapes?
Quid choreæ poscunt, nisi concilcare pudorem,
Et ritio vires, auxiliumque dare?
Viuvæ in his tenebris scelus est immane, furorque:
Vel Lethæa grauis quem facit ynda sopor.
Ebria mens obliterata per lustra ferarum
Fertur: in immunda sordida dormit humus.
Nec minus insanit, quam si vir nobilis ortus
Clæsibus è primis per foræ nudus eat.
Per fore nudus eat, iaceatque in puluere, totò
Corpo, & obsceno perlinat ora luto.
Perlinat ora luto, iaculansq; per aera saxa
Seria trattantes non finat ire viros.
Nunc opus est comites sensum cohibere furentem,
Et teatricas leges, consiliumque sequi.
Omnia que confert oblettamenta voluptas,
Præcipiti cursu fluminis inflari eunt.
Semper abit velox, nec habet retinacula tempus,
Et volucri fugiunt mobilitate dies.
Disce quid hic possit sperari optabile, quando
Nasci pena, labor viuvæ, triste mori.

992

Quid

SYLVARVM

Quid sit forma, docent viola, rosa, lilia, quorum

Imbecilla et as tam breue tempus habet.

Aurea cæsaries sordescet, & vuida quondam

Splendidaq; in rugas contrahet ora cutis.

Pro candore fubit pallor, vicina senectus

Corpus A uernali polluit omne situ.

Conficiunt oculos lacrimis stillantibus anni,

Et veniens reddit lumina torua dies.

Lumina Lucifero nunc æmula: lumina, flammis

Que faciunt hominum feruere corda suis.

Qualia quo Turnum, qua corripiere Leandrum,

Pelidem, Æneam, Demophonta, Parim.

Quid leuibus ventris, quid manifidimus umbræ?

Perpetibus, si vis fidere, fide bonis.

Nunc opus ô comites sensum cohibere fluentem,

Atque bonos mores, iustitiamq; sequi.

Tandem canus homo, vitijs oneratus & annis,

In tumulum vita deficiente ruit.

Sæpius ante diem, dum florida viuitur ætas,

In cineres atros prima iuuenta redit.

Id modo significant conspersi puluere crines

Dictaque cum sacro puluere verba nouem.

Vita, licet rigeat, semper contermina fato est,

Et spatij supereft inter utrumq; nihil.

Qui sapit, & qui non, qui seruit, & imperat, æqua,

Et miser, & felix, conditione cadunt.

Nunc opus ô comites sensum cohibere fluentem,

Atque bonos mores, iustitiamq; sequi.

Iam

LIBER IIII.

307

Iam cineres adsunt: adsunt ieiunia verni

Temporia, & madidis flens metanoea genis.

Hæc est illa vetus, simplex, & casta parentum

Quæ in terris mundo vita recente fuit.

Nam neque tunc homini cæsis animantibus vi

Fas erat: arboreis frugibus usus erat.

Quod pirus & malus: quod habebat aquatica lotos

Quod rubus: illius temporis esca fuit.

Per dumeta greges ibant impunè, per arua.

Vellere & reberibus se redimebat ovis.

Non erat ingluies tanto saturanda labore:

Omnis erat sumtu splendida mensa leui.

Nec domini seruis prandebant laetus.

Veras epulas una ferebat humus.

Talia mandabat Samius coniuia ponit,

Contentus vita simplicitate senex.

Talia Saturnus, qui dicitur aurea quondam

Sæcula, & innocuos instituisse dies.

Hæcigitur nobis vita est renocanda quo annis?

Quæ premat affectum, luxuriemq; domet

Nunc opus est comites sensum cohibere fluentem

Atque bonas leges, iustitiamq; sequi.

Moribus obscenis toties offendimus ipsum,

Ætheris a summo qui tonat axe, Deum:

Qui statuit maria, & terras, & sidera: tanto

Ordine caelestes qui facilitare polos:

Qui fuit, est, & erit sine fine, & origine: tanti

Diligit humanum qui pietate genus:

qqq 3

Quæ

S V I V A R V M

Quæ fuit in terris olim sub imagine nostra
Vetus, ut ad celi nos animaret opes.
Et quia nos fieri superos propensius optat,
Si quod obest votis talibus odit opus.
Nostra autem votis dementia talibus obstat,
Et qui cœca facit pectora nostra furor.
Hæc sunt illa igitur, quæ tam vehementer acerbant
Numina, factura tam studiosa sua.
Inde fit, ut quoties homines delinquere cernunt,
Cœlicolas animo fama sit esse graui.
Omnia tristantur caelestia regna, Tonantem
Cum laedi offensa religione vident.
Et natura docet Diui quid mente voluntent,
Cum cernunt spredo nos dare terga Deo.
Tunc etenim pitor Diuis lugubria singit
Ora, genas humiles, triste supercilium.
Tum Stygii Manes Lethæaque Numina gaudent,
Et celebrant festos in Phlegethone dies.
Cerberus exultans minus est venientibz asper,
Et minus horrifico mugit ad antro sono,
Iam cineres adsunt: adsunt ieunia verni
Temporis, & madidis flens metanœca genis,
His corrupta bonis mens instauranda duobus:
His medicamentis restituenda salus.
Multæ pudicitiam soluunt opsonia: multo
Fit sensus petulans, & sine lege mero.
Pauperies affert quod fert opulentia, parco,
Atque rudi improbitas est abolenda cibo.

At

LIBER IIII.

308

At quæ luxus iners peperit mala gaudia, franget
Ditta peregrino quæ metanœa est sono est,
Hæc igitur nostris duo quæ contraria morbis,
Omne fugant, si sint continuata, nefas.
Qui gemit, & luget, sceleris quem penitet, omnes
Ad veniam Superos prouocat, atque Deum,
Rex Solymum David, fuerat qui factus adulter,
Nequitiam tali lauit in amne suam.
Sic sua piscator sepelisse piacula Petrus
Dicitur, & quassam restituisse ratem.
Post Stephani lapides, famosaq; crimina Paulus
Taliter ex imo venit in astra solo.
Nunc opus ô comites sensum cohibere fluentem,
Atque bonas leges, consiliumque sequi.
Et nunc tempus adest renouandis viile rebus,
Quanda, humus in fruges incipit ire nouas.
Iam discessit hiems inimica feracibus aruis;
Libera discusso iam fluit vnda gelu
Iam tedijt Procne: iam sunt de prole palumbes
Sollicitæ: Venerem iam meditantur aves.
Incipiunt natis thalamos componere, cunas
Texere, & aerias edificare domos.
Inflamantur, amant, & voce fatentur amorem,
Ac paßim dulci garrulitate sonant.
Rusticus ad cantus aures accommodat istos,
Dum colit, & putrem vomere scindit humum.
Vomere scindit humum, spargitq; legumine campos:
Vnde sequens alias colligat annus opes.

999 4

Num

SYLVARVM

Nunc renouant plumas volucres, coluberque veternum
Exuit, adsppirans ad iuvenile decus.
Primo igitur comites reparantur, ut omnia vere,
Et natura suum tota recentat opus:
Sic animi probitas est instauranda, vetustas
Sordida tallenda est, & cariosa cutis.
Nunc opus o comites sensum cohibere furentem,
Nostraque diuino subdere colla iugo.

AD CORNIGERVM CARMEN
Iocosum.

Corniger Ausonios inter celeberrime vates,
Insignite boni nominis elogio,
Nemo det hoc viatio, tibi quod cognomen ubique est
Istud apud patres, istud apud populos.
Corniger est æther, nobisque ostendere gaudet
Sidera, in obliquos cornificata sinus.
Corniger est Aries, ubi per, cum venit Apollo,
Inchoat Europæ cornua Taurus habet.
Cornua habent hedi cœlestia sidera: Nutrix
Ipsa Iouis magni cornua fronte gerit.
Exuit, & cum rult, assumit cornua Luna.
Corniger Ægoceros; cornua Cancer habet.
Di quoque cornigeri. Libycæ regnator arena
Corniger est Hammon: cornua Bacchus habet.
Finibus in Libycis opus admirabile quondam
Structa fuit iunctis cornubus ara Ioui.
Sunt deformes pecus cervi sine cornubus adde
Cornua, nulla pecus pulchrior esse potest,

Eft

LIBER IIII.

309
Est pecus unius cornu, quod toxica vineat,
Quod virus perimat cornibus omne suis.
Capripedes Satyri filuestria Numinia gestant
Cornua: corniger est Pan Deus Arcadiæ.
Tr adidit Alcides Cereri pre munere magno
Cornua, Acarnanis quæ prius amnis erant.
Corniger est Moses, Luca cornuta videmus
Tempora, & in manibus cornua Christus habet.
Coclea prolatis Nequinum cornibus urbem
Terruit, & trepidas ciuit ad arma manus.
Pasiphaen nitidi mouerunt cornua tauri:
Cornua formosæ gratia frontis erant.
Et Bellona regens pugnas interprete cornu
Nunc cohabet, tali nunc ciet arma fono.

Cornua, cor magnum, robur, munimen, & arma
Significant: cornu significatur honor.
Cornua nata sibi cernens in flumine Cippus
Territus est, at rex si voluisset erat.

Magni aliquid semper cornu prænunciat. ergo
Corniger est clarum nomen, & omen habet.
Vnde igitur felix magno sub præside, & vsque
Tu memor esto mei: sit memor ille mei.

DE MORTE, ET DEDICATIO-
ne poëmatum Nicolai Corregij ad Illust. E-
lisabellam Mantuæ marchio-
nissam.

Currite Tyrrhenæ placidissima Numinia Musæ
Ad noua Corregij funera Nicolei.

qqq 5

Currite

SYLVARVM

*Currite veloces ad Elisa limina Bellæ
Quò se cœlestes proripuere chori.
Ipsa quod illius sacri sit carminis heres,
Funereos sumtus exsequiasq; facit.
Falcifer à nostro quamquam magis orbe remorus
Et licet ignaus frigidus, atq; senex,
Dudum lapsus adeſt, veniens per regna nepotum,
Sedulo ad hanc omnes iuſſit adeſſe diem.
Et turrita parens Diuum Berecyntia ditta,
Vestaq; quod viridi gramine vestit humum.
Iupiter insigni dederat qui regna poetae,
Venit, & augustas iam ſedet ante fores.
Venit & ipsa gradu ceteri Saturnia Iuno,
Et ſacras oleis cincta Minerua comas.
Mars quoque, qui vati Manortia pettora fecit,
Venit, & acceptis exuit arma togis.
Venit, & Aonidum pater, & regnator Apollo.
Qui decorat radijs athera, & astra ſuis:
Venit, & ad sancti corpus venerabile vatis
Adſtitit, ac cinxit tempora fronde ſua.
Mox capulum ramis texit redolentibus omnem
Balsamo, & ambroſia pettora, & ora rigans.
Et redolens myrto Cypria Venus, atque Cupido,
Qui retinet molli tela, facemq; manu.
Sunt Veneri iunctæ charites ſuauissima viſit
Numina, qua aeternus conciliavit amor.
Pinnataſq; ferens plantas Atlantius Hermes,
Qui dare vim verbis, ingeniumq; potest.*

LIBER IIII.

*Et Dea filiarum teneris ſtipula euteruſis,
Tiresia rapido venit in arua pede:
Venis ut obſequium vati praefaret, Elisam
Viſeret, ambobus ſemper amica fuit.
Nam paribus ſtudijs ambo coluere pudorem,
Casta verecundos quos Dea nouit, amat.
Attulit & flores & ab ipſo gramina Cynto,
Membra quibus vatis ſpargat, & omne ſolum:
Attulit & myrrham, eafias, & cinnama ſecum,
Thuraq; in ardentes proiecta focos.
Liber adeſt: Vulcanus adeſt: Neptunia currunt
Numina, cum Nymphis candida Doris adeſt.
Numina naſcentem qua refplexere poetam,
Ut facerent vultu proſpera fata ſuo,
Ad mortis venere diem: quo deniq; funblum
Hiſ animum tenebris in ſua regna ferant.
Et quo membra, quibus mens eſt ſinceriter vſa.
Funere ſollenni reſtituantur humo.
Currite Tyrrhenæ, neufit moya, currite Muſæ
Ad noua Corregij funera Nicolei.
Conuenere igitur Nymphæ Tyrrhenides omnes,
Quæ mare, quæ campos, quæ iuga ſumma tenent:
Et totum querulo complentes aera planſtuſ,
In terram laceris procubuere comis.
Interea elatum funus, ſubiere feretro,
Quos magis illuſtres illa poeſis habet.
Arnigenæ Danti comes it Cortaldea proles,
Quem ſua Laura premit, quem ſua bella manus.*

SYLVARVM

Hac sacrata cohors medium suscepit Elifam,
Atque per aerium trans mare nauit iter.
Transit Epiri trans alta Ceraunia: tandem
Constituit ad fontes Pegasus vnda tuos.
Dicitur hic vates laudasse Polyhymnia, & ipsum
Rettulit in superos, in numerumque Deum.
Mox fletu abstergo Bellam respexit Elifam:
Et Dea ad illustrem taliter orsa nurum.
Onimum felix formæ splendore, virago
Progenie, sceptro, progenitore, viro.
Sed felix etiam longe mage, quod tibi tantus
Tradiderit vates omne poema suum.
Vidi ego te in titulo scriptam, tua nomina legi,
Atque palam Musis conspicienda dedi.
Gaudeo te nostri decoratam munere vatis,
Ac tibi tam clarum gratulor esse decus.
Immortalis eris, vivent tua nomina semper,
Et tibi erit vati fama coœua tuo.
Ergo tui princeps memorem decet esse poetæ
Semper, & illius manibus esse piam.
Tu quoque Pierias vigilando enitere ad artess.
Tota nec in leuibus tempora perde iocis.
Ne cade ab inceptis: summatam virtutis ad arcens
Te labor exiguis, te via parua feret.
Sic vbi laudatrix effata Polyhymnia, Diuum
Talibus est dictis ad stipulata cohors.
Membra sepulture tandem data: protinus Hermes
Signauit paucis hoc epigramma notis.

Heic

LIBER. IIII.

Heic iacet heredem vates qui fecit Elifam
Nicoleos, gratae gratificatus heræ
SVPPPLICATIO AD BEATISSI-
mam Virginem Mariam.

Gloria terrarum, cæli Regina, Tonantis
Mater, in humanis portus, & aura malis.
Cum peccata miser tristi mea mente reueluo,
Hiscere conspicio me pudet ante tuos,
Nam tu labe cares omni: tu mundior auro,
Quod decies acri torruit igne faber.
Asi ego tabificis Erebi sum perlitus vndis,
Et mea sunt Stygio sordida membra luto.
Sed quoties recolo tua tam clementia corda,
Sollicitat paulo me minus iste pudor.
Spes mihi te spendet placidam mitemque futuram,
Atque tuam nobis pollicitatur opem.
Ergo meas sordes non auersata, fauorem
Fer mihi progeniem iugiter ante tuam.
Comprime bacchantes bona per mortalia sensus,
In scelus oppressa qui ratione ruunt.
Fac sapienti ori cælestia pabula nostro:
Fac mea diuinus pectora pungat amor.
Fac habeam terras odio: fac Tartara vincam,
Cum Phlegethoneos concitat ira Deos.
Esto mei custos inter discrimina vitæ:
Nec manus in corpus sciuat villa meum.
Te duce sit mihi fas in Olympica regna reuerti,
Et tibi discusso ponere vota iugo.

Tetua

SYLVARVM

Tetua Progenies interueniente gubernet
Rebus in aduersis meq; meamq; domum.

AD HERCVLEM CANTELMV M.

SAlius ades Cantelme: foci accendere sacris
Thura decet, diuisq; nouas exfoluere laudes.

Nam tua, quandoquidem saclis tu gloria nostri.

Mon minus est curanda salus, quam publica, nobis.

Hei mibi vix tali possum te credere funebre.

Turbine, de tanto viuum euasisse tumultu.

Tanta fuit strages hominum certamine in illo,

Vt mens illorum horrescat meminisse dierum.

Num foror, an virtus tulit hæc te in prælia contra.

Vasconas atroces, Senonumq; immania castra,?

Ausus es, ista recens plus quam consentiat etas.

Heu iuuenis miserande cruentos ire per hostes,

Et roseum tantis os obiectare periclis.

Myrmidonum, Dolopumq; furor, si respicis arma.

Gallica, ludus erit: minor est violentia Parthiorum.

Centauris, Lapithisq; minor genus omne Scythiarum.

Mitius? inferni rabies humior Vmbbris.

Ecce vides in te Ligerim, Rhodanumq; Ararimq;

Præcipiti cursu ruere, & spumanibus vndis

Mars tonat in nebulis, & ferrea fulmina montes

Eversura iacit. tu fers vestigia contra.

En Martis Bellona soror crista trilingui

Angue comas, longoq; manus armata flagello.

En serpentigeram quatiens venit ægida Pallas,

Brachiaq; extendens in vulnera porrigit hastam.

Et

LIBER. IIII.

35

Et potest in tanto non formidare tumultu?

Martia per totos flagrant incendia campos:

Sub pedibus tibi terra tremit pulsata volantum

Quadrupedum strepitu. furor inter classica toruum

Mugit, & intentat mortem feralis Enyo.

Agmina tu intrepido penetras horrentia gressu,

Exemplaq; tuos ad fortia facta maniplos

Non sermone cies: quamquam tibi copia lingue

Suppetat: in bellis melior tibi dextera lingua.

Quis Deus has teneris vires infundere membris,

Quæ vis corda potest tantis incendere flamis?

Num quod eras galeam, tegmenq; indutus ahenure

Fidebas, teque audebas exponere bello,

Credebasq; armis, ac si impenetrabile ferrum,

Te tegeret: quale illuderat, quo cinctus Achilles

Hectora, & AEneas egit sub tartara Turnum?

Non venit a iaculis, non a thoracibus illud:

Quod facit heroas, quod vincit Olympia robur.

Amphitryoniades infans elicit inermi

Serpentum fauces, & biantia guttura dextra.

Sed vel luce sua facit hoc vitalis Olympus:

Vel genus in causa est tanti genitura parentis,

Vt pote quem tulit ex atavis domus alta superbis,

Et studio armorum tenero insudauit ab ævo,

Non potuit nisi magnanimam, nisi bellipotentem

Gignere progeniem. rerum natura creatrix

Perfimiles patribus gaudet producere natos.

Peleus AEacides magnum generauit Achillem:

Pyrrhus

SYLVARVM

Pyrrhus Achilleo satus est de sanguine. semper
 Vel plerumq; solent dare fortia pignora fortis.
 Heroes magni à magnis heroibus orti.
 Laomedon. Priamum, Priamus tulit Hectora: proles
 Iulia ab Assaraco venit, cui Dardanus auctor.
 Tu quoque Cantelma veniens ab origine gentis
 Pectore fers maiorum animos: nec tela, nec hostes
 Formidare potest: nec cedere casibus ullis
 Quod si puber adhuc tantum te attolis, & audes
 Fortibus, & bello assuetis concurrere Galliss:
 Quid poteris cum maior eris? cum profusa mento
 Ostendet te barba virum? cùm fecerit olim
 Iam matura tibi cilium magni Herculis aetas.
 Nec fuit ista tibi prima experientia Martis,
 Prima fuit, cum te vittorem Brixia pleno
 Protestata foro est. illo in certaminis astu
 Viribus Hector eras sub casside: casside dempta
 Visus es Astyanax, maiorque minoribus annis
 Laus fuit, aetatem superans magis inclita virtus.
 Altera cùm Petra summam tu primus in arcem
 (Præcipiti meminere Athesis vada concita cursu)
 Pro Venetis pugnans vittoria signa tulisti.
 Tum nimis ardenter miserans fortuna iuuentam
 Opposuit se feso iaculis, retroq; retrorsit
 Marmora Teutonicis in te contorta lacertis.
 Matte animis puer excelsis: enitere toto
 Pectore, neue sinas pessum decus ire Latinum.
 Ecce quod inuadunt Italos externa Penates

Bella:

LIBER III.

Bella: quod in prædam miseri damut hostibus omnes;
 Hoc crudele nefas vtricia postulat arma.
 Discite militiam iuuenes: nauate gerendo
 Marti operam, patrios bello defendere fines
 Vos decet: hinc opus est gentes arcere superbias;
 Vndiq; concurrens Europa furentibus armis
 Nos premit, & posito languens iacet Adria fastu.
 Rursus in Italiū Pænus descendit, & Alpes,
 Et maria in nomen coniurauere Latinum.
 Rursum Cimber adest, gelidoq; a cardine rursum
 Vandalus erumpit, nostris in funibus alter
 Hannibal est: alter Brennus capitolia pulsat.
 Conculcata iacet gens, qua regnare solebat:
 Quæ sola imperij solium sublime tenebat
 Orbe triumphato, iuuenes adsurgite magnis
 Ad virtutem animis, tantamq; auertite pestem.
 Tu in primis Cantelme, referis qui nomine & ausis
 Grandibus Alcidem, desertam amplectere matrem
 Italiā, pietas eius tua moliat exsta,
 Et grata officium sobolis largire parenti;
 Quantum iure potes: nam ius præstantius armis:
 Disiunctis Italos animis discordia in istas
 Compulit ambages: pestros hæc dira libido
 Implicuit, dum damna ruunt in mutua, patres.
 Vos si fata sinunt animis melioribus este,
 Et studio pacis labem emendate paternam.
 Hanc solam Stygii Manes, qua perdere possent
 Italie imperium, libertatemq;, decusq;

rrr

Inne-

SYLVARVM

Inuenere viam, missa est discordia: missum.
 Est odium crudele, domos quod dissipat omnes:
 Quod consumit opes: quod funditus omnia vertit.
 Atque ita venerunt non ferrea saecula, verum
 Testae: confractis similes euasimus viris.
 Hanc Deus obnoxiam casus tot mittit acerbos:
 Hunc pluit in terras, sed non aduertitis, ignem,
 Et pergit feniare, quo ad concordia surgat.
 Conspirate igitur iuuenes: meliora referte
 Tempora: quæ si non siant argentea, si non
 Aurea: fictilibus saltē sint ferrea pulsis.
 Pellite Barbaricum, non accerite furorem.
 Alter in alterius cladem, quibus vrere certat.
 Proxima testa, tuum subeunt incendia limen,
 Ardetisq; simul flammis communibus omnes.
 Tollere sola potest dirum hoc concordia fatum,
 Et grauium stellarum istud restringere virus.
 Scipiadum vobis virtus imitanda: Camillos
 Torquatos, Coclem, Fabios, & ab alite Phœbi
 Progeniem dictam vobis proponite: pestros
 Ferte per hec tam sancta patrum vestigia gressus.
 Forte aliquis nostro surget de sanguine, tanta
 Qui sit perfidus, qui sparsi sanguinis vltor.
 Hanc mihi spem Cantelme facio. te Numinis seruent
 Incolumem, tantoq; velint te ornare triumpho,
 Et, quia saluus ades, sacras accendere ad aras
 Thura decet, Diuīsque nouas exsolnere laudes.

EXTRA-

LIBER IIII.

EX TRAGOE DIA, QVAE DICITVR³¹⁸
 Atila, Chorus primus.

C AE Elites, summo quibus est Olympo
 Vera cum magni Genitore mundi
 Vita in æternum, requiesq; nullis
 Saucia curis.
 Nos, quibus sortem dedit inquietam
 Triste primorum facinus parentum,
 Ferre inhumana prohibete gentis
 Impietatem.
 Bellicus nostras furor it per urbes,
 Marsque lorica radians ahena
 Eleuat cordis fitibundus ensem
 Sanguinolentum.
 Nulla speratur requies in istis
 Cladibus: pestis magis ista semper
 Crescit, & virus iaculatur omnes
 Omne per agros.
 Iam diu noster rigat arua sanguis,
 Et feræ casos epulantur artus,
 Atq; per lucos laniata portant
 Exstria volucres.
 Insolens campos populatus hostis
 Abstulit fruges, alimenta vita
 Omnia in prædam dedit, atque passim
 Regnat egestas.
 Pallor obscurus, macies, & haustis

rrr

Vribus

SYLVARVM

*Viribus languor moribunda pascens
Membra discurrunt, & ubique mortis
Errat imago.*

*Cernite arumnas, miseramque fortē
Cælites: nec tot populos finatis
Amplius turba petulantis istos
Ferre tumultus.*

IN ILLVSTRISSIMVM ET EX-
cellentissimum Princ. Franciscum Gonzagam
Mant. March. Venetorum inuictissi-
mum Imperatorem.

Distichon.

P Rincipe gaudendum est iterum victore reuerso,
Musæ moue residem desidiosa lyram.

Tetraстиchon.

Dant sua Romanis villa cognomina gentes,
Et iam patratum testificantur opus.
At nondum vibi dederant tibi nomina Franci,
Quæ tibi ventura nuncia laudis erant.

Distichon.

Nomen habes Turcus, sunt hac præfigia rerum
Maxima, & hoc nomen grandius omen habet.

Aliud.

Esse ferunt regi Turcorum insignia lunas.
Sol tibi. Sol certe nobilitate prior.

Aliud.

Vincere ab occasu cœpit, mox vicit ad ortum.
Res hac magna omen prosperitatis habet.

Aliud.

LIBER IIII.

Aliud.

Prima fugant Gallos (crescit tua gloria) Gallos
Atque grauem morbum bella secunda domant.

Tetraстиchon.

Prima domat Francos, quid aget maturior atas?
Virtus certe aliquid maius adulta potest.

Suspicor his signis aliquid sublime notari.

Quod precor in lucem tempora nostra ferant.

Distichon.

Gignit, alit virtutem vsus, confirmat, & auget.
Perge igitur, fies Scipio vel Marius.

Tetraстиchon.

Omnia que magnis capiunt è fontibus ortum
Flumina in ingentes amplificantur aquas.
Sic tuus à magnis sumens exordia rebus
Tendere in immensum significatur honor.

Distichon.

Vine tua splendor patriæ, tecum Itala virtus
Surgit, ex elatum tollit in astra caput.

IN THOMAM VVOLEIVM DE-
cretorum Doctorem ac ædis S. Petri & Mi-
chaëlis Argentinensis Decanum, qui
habebat Basiliscum mōr-

tuum, jocus.

H Ydra venenoſo letalia vulnera morsu
Intulit, & solo noxia dente fuit.
Natus in ardenti Libyæ basiliscus barena
Vulnerat asperitu, luminibusq; negat.

rrr 3

Ergo

SYLVARVM

Ergo tuum tanto maius decus Hercule Thoma,
Quanto oculus morfu longius ire potest.
Ut minus est oculis missum vitabile virus,
Gloria sic maior regulus, hydra minor.

IN THOMAM VVOLFIVM IV.
niorem Decretorum Doctorem, ac Al-
bertum de Rattzenhusen German-
nos amicitia coniunctissimos.

F Allor? an hi duo sunt, duo sunt, pluresq; duobus.
Hi duo, & hi plures sunt tamen unus homo.
Corporibus duo, corde unus, cum viribus addat
Unio, tres, sic sunt tres, duo & unus homo.
Ad Marcum Caballum nobilem factorem.
Ipse nec est factus, vivit Franciscus in auro.
Quod si factus, opus Marce Caballe tuum hoc.
De lugubri casu.

Fert lupus infantem præhensa ceruice, pater se
Proripiens natu pendula crura tenet.
Dum rapit inde famas, pietas ardenter istinc,
Heu tislit hæc truncum corpus, at illa caput.
In Pamphilum Saxum.

Pamphilus & Saxum duo sunt contraria in istis.
Nominibus, saxum friget, amor calor est.
Sed tamen ignescit saxum, atque tenacius ignem
Seruat, & e' colo saxa pluisse ferunt.
Pamphilus est igitur saxum, quod ab æthere venit
Igne calens, quo Sol, quo Venus alma calet.
Ad Iacobum Antiquarium.

Tanta

LIBER. IIII.

37

Tanta humanarum facta est mutatio rerum,
Ut videar mundo coiuere nunc alio.
At quoniam noster manet Antiquarius æui
Maxima pars mundus qui fuit ante manet.
Optima pars & res & rerum nomina seruat.
Este alacres, mundus qui fuit ante manet.

In Codrum.

Ilias in genibus spumat manus una lebetem,
Una veru versat, tres obit iste viros.

Ad Carolum Ambasium Caldimentis
proregem Italiæ.

Liberat à Gothis belli molimine Narses,
A longobardis Carolus Italiam.
Carolus ecce aliis: frustra Germania frendis,
Tuta sub hoc Italos, & diurna quies.

Ad eundem.

Qui tantam aggrederis circumdare manibus urbem.
Cæsareos animis Carole vincis auos.

Perge: Sed innocuum sacris præcor ædibus istud
Effice, ut aeterno tempore duret opus.

Si quid habent odio superi, durable non est.
Hi namque imperium totius orbis habent.

In Imaginem Caroli Iaffredi.
Picta videns domini, dominum putat ora catellus,
Dedala Iaffredum sic imitata manus.

In Herculem Stroziuum.
Strozius Heracles Venerem dum querit, adulter
Illiusr obscuras Mars erat ante fores.

Mars

SYLVARVM LIBER IIII.

Mars Iuuenem claudum Veneris ratus esse maritum;

Deprehendi in furto dum timet, arma capit;

Confossum iuuenem ferro cognouit, & inquit;

Contentus Nymphis debuit esse nouem;

De mitra & pedo Pastorali.

Mitra notat vitam duplēm: denominat vnam;

Actio, & istius Martha magistra fuit.

Altera, quam docuit soror altera, dignior ista:

A contemplando numine nomen habet.

Sextus apex etiam duplēm prētendit amorem;

Hic genus humanū respicit, ille Deum.

Est etiam diuīsus apex sapientia duplex;

Scilicet antiqui Fœderis atque noui;

Pastorale pedum, pecoris tutela, luporum;

Et furum infidias, perniciemq; fugens.

Epitaphium Stephani de Bassignana,

Carmelitæ Theologis;

Aspera continuos peperit cui vita labores;

Heis tandem Fato me miserante cubo.

Ad lapideum tabernaculum Corporis Christi;

Siste gradum: lapis hic venerabilis hospite Christo.

In apostamat de se ipso loquentem.

Depositum Benedicte tuam, rapuiq; petrinam

Vestem, sic Ditem fallere posse ratas:

At mihi nil prodest vestis mutatio: nam me

Prodit calunies, & mea lingua leuis.

TERTII TOMI OPERVM BAPTISTÆ MANTVANI

FINIS.

